
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
25 B
19

13-18.A.45



Digitized by Google

COMMENTARIUM IN PRIMUM LIBRUM INSTITUTIONUM IURIS CANONICI

AUTHORE

Adm. R. P. Io: Baptiſta Neri à Petra Sancta Ordinis Minim. S. Franciſci de Paula, Lectore Iubilato, & Iuris Canonici Profeſſore.

Cum Appendicibus Undecim Caſuum Conſcientiæ.

REVERENDISS. PATRI

ANTONIO PEYRIER

Totius Ordinis Minimorum Correctori Generali Meritiſſimo, ac Virtutibus omnibus Inſignito.

Ab eodem Authore Dicatum.

FLORENTIÆ, MDCLXXXVI.

Apud Petrum Matini ſub Sig. Leonis, *Super. perm.*

Digitized by Google

REVERENDISSIMO PATRI

ANTONIO PEYRIER

Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Correctori Generali.

AUTHOR.

NOndum Curſum meum Philoſophicum abſolveram (Reverendisſime Præsul) ut in lucem darem, Commentarium meum in secundum Librum Canonicæ inſtitutionis (ſic Tuo immediato Anteceſſore annuente) antequam ad quæſtiones Theologicas enodandas devenirem, prout promiseram. At quia mihi, suadentibus amicis meis, ut etiam, Librum primum, dictæ Canonicæ inſtitutionis, explicarem, ausus fui tale, ac tantum opus aſſumere ob publicam utilitatem; etenim, regna, & principatus, non magis

armis, quàm legibus conſervantur. At quia nulla planta, ſine fulcimento radiorum ſolis fructus odoriferos, ac ſapore dotatos profert; hinc eſt, quod hoc virgultum laborum meorum non ſub alio sydere, quam ſub ſole Tui Patrocinij Reverendisſime Pater) ponere deſtinavi, ut inde tutelam firmam ſumendo, à tempeſtatibus invidentium illud ſecurū remaneat; Tibi inquam, in quo tamquam in ſole fulgent radij omnium virtutum non tantum literalium verum, & moralium; quapropter ab ipſis, ut ſpero, mea debilitas fucimentum habebit. De tua igitur (Reverendisſime Pater) prudentia, non minus hoc meum Commentarium, quàm tota Minimitana Religio, Patrocinium ſperat; reſpice igitur illum ſupplicem, fave ſcriptorem, porrige manum, dum ad tuos pedes provolutus exoſculor illos. Deum quotidie precatus, ut Te ſervet diu incolumem ad publicam Religionis utilitatem, ac virtutis augumentum. Vale, &c.

Vẽſtræ Patern. Reverendiſs. Minimus filius
Fr. Ioannes Baptiſta Neri.

SInè dubio miraberis, benignè, & amice Lector. Me Minimum tot tantiſque Doctiſſimis, & literatiſſimis viris, qui ſuos labores, lucernam olentes in publicum comparere permittunt, & præcipuè in hac materia de Iure Canonico fuiſſe auſum me aſſociare pro ſecunda vice, nec verecundatum cum illis choreas ducere, quibus, ut ex corde fateor non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere. Sed ceſſet quæſo tibi ſtupor, quia ne me ligaret otietas, quæ mater eſt omnium malorum, prout ait Polybius, vidi multos vagare, quos non laudavi, ne ego, inciderem in talem foveam, ab amicis rogatus, quibus ut complacerem poſt ſecundum librum Inſtitutionis Canonicę iam impreſſum, ad inſtar Pilæ in parietem proiectę, loco tranſeundi librum, repercuſſus, reverſus ſum ad primum; & ne mireris de hoc, quia inquit Phyloſophus, à facilioribus eſt incipiendum.

Noli quæſo me condemnare, ſi aliquando, non repreſſus ſum aliorum rationes, quia ex mea ratione, facillimè concuſſæ remanent, Libros citatos non omnes vidi, quando ferè res impoſſibilis mihi fuiſſet, vidi tamen multos, tam ex antiquis, quam ex modernis, quantum potui; veritatem quæſivi, non laudem, nec à te deſidero, ut me laudes, ſed ut misericorditer ignorantiam meam ſuſtineas, prout ſpero vale, &c.

IN-

INDEX MATERIARVM

QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Rubrica 1. *De Iure Divino pag.* 2.

Rubrica 2. *De Eccleſiaſticis Conſtitutionibus pag.* 18.

Rubrica 3. *De Iure Perſonarum pag.* 61.

Rubrica 4. *De Electione pag.* 138.

Rubrica 5. *De Iis qui eligere poſſunt, & eligi pag.* 155.

Rubrica 6. *De Poſtulatione pag.* 192.

Rubrica 7. *De Confirmatione electionis pag.* 195.

Rubrica 8. *De Conſecratione Epiſcopi pag.* 213.

Rubrica 9. *De Pallio Archiepiſcopi pag.* 235.

Rubrica 10. *De Vita, & honeſtate prælatorum pag.* 238.

Rubrica 11. *De Officio Archidiaconi pag.* 290.

Rubrica 12. *De Officio Archipreſbiteri pag.* 295.

Rubrica 13. *De Coadiutore pag.* 337.

Rubrica 14. *De Translatione pag.* 340.

Rubrica 15. *De Renunciatione pag.* 375.

Rubrica 16. *De Depoſitione, ſive Degradatione pag.* 418.

Rubrica 17. *De Sacerdotibus in inferiori gradu pag.* 420.

Rubrica 18. *De Præbendis, & aliis beneficijs pag.* 440.

Rubrica 19. *De Collationibus pag.* 456.

Rubrica 20. *De Inſtitutionibus, & Iure Patron. pag.* 465.

Rubrica ultima. De Regularibus, & Monacis pag 592.

Appendix 1. *De Privilegijs Clericorum pag.* 99.

Appendix 2. *De Præſcriptione pag.* 157.

Appendix 3. *Multa dubia Curioſa proponuntur pag.* 208.

Appendix 4. *De Irregularitate pag.* 219.

Appendix 5. *Multæ difficultates proponuntur, & ſol-*

vuntur

vuntur pertinentes ad Prælatos tam Seculares, quam Regulares pag. 251.
Appendix 6. De Excomunicatione pag. 317.
Appendix 7. De Adulterio, & Simonia pag. 349.
Appendix 8. De Reſtitutione, & Scandalo pag. 391.
Appendix 9. De Horis Canonicis, & Homicidio pag. 430.
Appendix 10. De Debito Sponſi, cum Sponſa, & de Ingratitudinis peccato pag. 513.
Appendix 11. De Voto, & Proprietate pag. 560. & 580.

Digitized by Google

LIBER PRIMUS
IVRIS CANONICI.

PRÆAMBVLVM.

PRout in meo Commentario in ſecundum Librum Canonici Iuris dixi: Canoniſtæ in §. finali de Eccleſiaſtic. conſtitutionib. [de quibus in fin.] Ius Canonicum verſatur circa tria, perſona, res, & iudicia; De rebus iam locutus ſum in meo præcitato Commentario; De iudicio agam in tertio ſi Deus mihi dies dabit; In præſenti de perſonis tractaturus ſum, nec immorabor circa explicationem nominis Iuris Canonici, nam certum eſt provenire a verbo Greco KAVΩV, quod latinè idem ſignificat, quod regula; quapropter Ius Canonicum dicitur Ius regulare, eo quia ex regulis Patruum priſcorum deductum fuit; undè per ipſum homo ad finem æternæ beatitudinis deducitur. Cum ergo tale Ius conſtet legibus divinis, præceptis, conſuetudine, & conſtitutionibus; Nos breviter omnia iſta per diverſas rubricas §§. ſectas explorabimus Deo dante.

RVBRICA PRIMA.

De Iure Divino in §. Ius Divinum.

1. IVs divinum prout ait Auctor in hoc §. eſt quod in divina lege continetur, & Evangelio ſemper permanens eſt, & immutabile, ſicut veritas divina, & evangelica immutabilis eſt, ſive præcepta moralia ſint, ſive miſtica; retinent etenim naturam ſui auctoris, & ſi aliquando videantur mutationem accipere ſecundum ſuperficiem externam, ſecundum moralem tamen intelligentiam, nullam mutationem recipere poſſunt, & quia Ius ſive divinum, ſive aliud ſit, ſemper aſſociatur iuſtitiæ, quemadmodum iſta immutabilis eſt, ita eſt divinum Ius, quoniam ea quæ naturaliter iuſta ſunt, de iure divino ſunt, hinc eſt quod Ius divinum fundatum eſt in iure naturæ, ut colligitur ex Angelico Doctore in 2. 2. q. 57. art. 2. Ad tertium verum unum eſt, quod aliqua ſunt de iure divino bona, quia præcepta, & alia mala, quia prohibita, S. D. ibid. in fin. antic.

2. Dicunt propterea Theologi, & Canoniſtæ quod iuſtum multis modis accipitur, primo modo, pro eo, quod eſt legi ſive formali, ſive radicali conſonum, & conforme, quo pacto dicitur 2. Mach. 9. Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & ſic ſumptum nomine Iuris, erit abiectum Iuſtitiæ generaliter ſumptæ; quatenus Iuſtitia dicit omnem virtutem; undè gratia ſanctificans Iuſtitia nuncupatur, ex eo quod ſecum fert collectionem omnium infuſarum virtutum, quomodo ab Auguſtino de natura, & gratia cap. 7. Charitas incoata; Iuſtitia eſt charitas perfecta, iuſtitia eſt perfecta propter eandem rationem.

3. Secundò accipitur ius quomodoqunque illud ſit, nempè ſivè divinum, ſive naturale, ſive gentium pro legibus, & iudicium ſententijs ex eo, quia his ius propriè ſumptum præſcribitur, undè leges, & ſententiæ etiam iniquæ iuſtitia appellantur, ut teſtatur D. Thom. loc. ſup. citat. in

reſponſ.

Digitized by Google

reſponſ. ad primum, undè locus, etiam in quo tales ſententiæ pronunciautur, ſimiliter ius vocatur, quare quando quis coram Iudice ius ſuum petit, dicitur comparere in iure.

4. Tertio Vlpianus de geſtis de iuſtitia, & iure l. 1. & Celſus citat. a D. Thom. 2. 2. q. 57. in ff. veteri lib. 1. tit. 1. in princip. aſſerentes ius. Artem boni, & æqui iuris nomine intelligunt notitiam legum, & preceptorum ius præſcribentium.

5. Quarto ſtrictius ſumitur, nempe pro facultate aliquid faciendi; V. G. incedendi via publica, obtinendi beneficium, retinendi poſſeſſionem, accipiendi rem ſuam, &c. cui ſi datur impedimentum fit ei iniuria, dummodo hoc impedimenrum non ſit ob bonum commune. Bonum commune enim, ſive ius communitatis ſemper præferri debet.

6. Quare his poſitis, breviter dico, quod ius, ſive iuſtum; illud eſt abiectum Iuſtitiæ, quod eſt conforme, & æquale iuri alterius perſonæ; de hac concluſione eſſent hic multa dicenda, ſed cum non ſit locus proprius, illa relinquo, & ſolum legenti dico, quod iuſtitiam facere ius habenti, eſt de iure divino, humano, & naturali; undè non ſine cauſſa inquit Spiritus ſanctus; Principibus, & Iudicibus væh vobis, qui iudicatis terram.

IN §. IVS CONSVETVDINIS, CVM DVOBVS SEQQ.

7. In iſto præſenti §. inquit auctor, quod conſuetudo ſumpſit exordium poſt naturalem legem, ex quo nempe homines convenientes in unum habitare ſimul ceperunt, videlcet poſtquam Cain cepit ædificare domum. Vnde conſuetudo inquit ipſe in ſuo Textu: *eſt ius quoddam moribus inſtitutum quod pro lege ſuſcipitur.* In illis enim rebus, in quibus nihil cert. Divina ſtatuit Scriptura mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenenda ſunt, & ſicuti prævaricatores divinarum legum, ita contemptores Eccleſiarum conſuetudinum ſunt coercendi, ita auctor.

8. Vt ergo huic §. ſatisfaciam, multa a me ſunt dicenda, & legibus divinis, & humanis comprobanda: habetur nam-

que C. humanum genus, quod genus humanum duabus regitur in ſuis actionibus, nempè iure naturali, quod in lege, vel Evangelio dictatum eſt, utpotè, quod tibi vis alteri facias, & econtra Matth. 7. Secundò moribus; undè gloſſ. tractaturus de Iure Canonico, a Iure Canonico exordium ſumpſit, & ſequitur dicere de hoc uſque ad 15. diſtinctionem, deindè de iure naturali, ideſt divino, cum idem ſint, deindè de iure humano, nempe ſcripto, aut non 25. q. 2. C. inſtitutionis, quare ex hoc deducitur, quod mortem non infligit reo Iudex, ſed lex 23. q. 5. C. homicidas.

9. Inde fit, quod cap. lex eſt conſtitutio ſcripta, & C. mos eſt longa conſuetudo de moribus tantum protracta, ut habet gloſſ. in criminal. duæ vices inducunt conſuetudinem, ſed in alijs tres non ſufficiunt; de Iure verò Canonico, conſuetudo non valet, niſi ſit præſcripta, & rationabilis cap. vult de coſtit. videtur quod actus duo ſatis ſint.

10. Qua propter C. conſuetudo dictum fuit *Conſuetudo eſt ius conſtans moribus*, & quando non adeſt lex ſumitur pro lege, nec refert ſi ſcripta non ſit, ſed ſatis eſt ſi ratio illam commendet, ut legem quæ utilis eſt diſciplinæ, vel ſaluti, vel Religioni. Glos. conſuetudo; quæ calamo exarata eſt vocatur conſtitutio, vel ius. Si verò ſcripta non eſt, dicitur conſuetudo eodem nomine.

11. Verum eſt quod multæ vices, & ſi replicatæ ſint non faciunt conſuetudinem; quia hoc eſſe poteſt ex gratia, vel tollerantia, ut ſepè accidit, ut quis gubernans multa multoties permittat, quæ alias illi cita ſunt. C. Abbate, extra de verborum ſignificatione. V. G. Iudex aliquis pluries iniquè iudicavit, non ſequitur quod in poſterum ita iudicandum ſit, non enim exemplis, ſed lege iudicandum eſt, ut habetur clarè in C. cum cauſa, de ſententia, & re iudicata, verum eſt quod iudicando cum recta, & bona conſuetudine benè iudicatur, C. cum veniſſet, extra de eo qui mictit in poſſeſſione, & C. Rainutius de teſtibus.

11. Ad-

12. Advertendum eſt tamen, quando adeſt lex, ſecundum illam debet iudex iudicare non ſecundum conſuetudinem; aliàs legi præiudicium inferret; conſuetudine debet uti quando, legem non habet, quæ quidem conſuetudo debet eſſe firmata, ut pro conſuetudine habeatur, & tunc ſi eſt conſona rationi habetur pro lege.

13. Advertere hinc debent iudices, & maximè delegati, ut iudicent ſecundum ſacros Canones, & ſi non ſunt in illa materia de qua fert iudicium leges, ſi non ſunt leges tunc ſecundum conſuetudinem univerſalem, quæ ſi etiam deficiat, procedant ſecundum conſuetudinem particularem, & ſi in illo loco omnia ſupra dicta deficiant, ſecundum conſuetudinem, & ſtatuta vicinorum, vel ex ſimilibus, ad ſimilia; & deficientibus omnibus ſupradictis, poteſt obligare rationem quæ eſt ſatis. His poſitis & eſplanatis prout faciunt ad teſtum noſtrum; ratione puritis conſcientiæ, ego quæſtiones aliquas ponam; & primo.

14. An clerici qui, ſivè etiam Sacerdotes ſeculares ex eo quod modo habent in uſus à multis annis geſtare veſtes, uſque ad genua tantum factas more militum, ratione talis conſuetudinis ſit eis licitum tales veſtes geſtare, abſquè eo quod incurrant in pænas, a ſacris Canonibus illis comminatas?

15. Reſpondeo ego pluribus rationibus contra tales eccleſiaſticos, & dico, quod talium veſtimentorum clericis, cuiusvis gradus ſint non induxiſſe conſuetudinem quia non conſtat bonis moribus, & eſt contra honorem Dei, decorem Eccleſiæ, & ſtatus eccleſiaſtici, atque contra ſacros Canones, quod probo ſic.

16 Primo habetur in Clementina, ne in agro §. ſtatuimus ubi habetur quod habitus clericorum debet eſſe talaris, nempè uſque ad talos pedum perteregere debet, nec ulterius tranſire, nec minus eſſe debet tali longitudine; quod confirmat etiam Clemens Aleſſandrinus lib. 2. pedagog. cap. 10. prope finem dum inquit, trahere veſtes, ad ſummas uſque pedes dimiſſas,

eſt

eſt valde arrogans, & ſuperbum, & ex tract. de perfectione clericorum lib. 2. p. 2. requiſit. 1. ſacri etiam Canones confirmant in C. non liceat d. 23. ubi dicitur quod veſtis Aron erat talaris. Gloſ. in Clement. 2. de vita & honeſtate clericorum verb. videatur Siſtus V. in conſt. 92. §. 2. apud Cherub. tom. 2. bulla fol. mihi 653. advertit autem candelabrum aureum ad cit. conſt. Siſt. num. 9. aſſert. 2. & 3. ratio quare veſtis clericorum [quod etiam dico de Religioſis] debet eſſe talaris prout habetur etiam in clement. ne in agro, ſupra citata, adducitur ab Abulenſe in cap. 20. exodi q. 49. conſtat etiam ex cap. 21. q. 4. per totam, & C. clerici d. 23. Clem. 2. de vita & honeſtate Clericorum ex Tridentino ſeſſ. 24. de reformatione cap. 12. ubi ſic legitur *veſtitu inſuper decenti, tam in Eccleſia, tam extra aſſiduè utantur, &c.* Talis uſus modernus veſtium clericorum non poteſt inducere conſuetudinem, etenim non in uſu talis modus veſtiendi apud viros pios, prudentes, doctos, nec a prælatis locorum conceſſus, immò vetitus in ſ constitutionibus, etiam cum pœnis, ex quibus deducitur, quod geſtatio talium veſtimentorum, non ſolum non inducit primam conſuetudinem, ſed potius morum corruptelam, ut inquit auctor in præſenti §. & ſequenti poſito, quod colligo etiam ex C. quiſquis rebus d. 41. gloſ. in C. clerici verb. de a atis, de vita & honeſtate Clericorum, & gloſ. in Clem t. 1. verb. ſæculari, de electione Farin. 1. p. prax. crimin. q. de inquiſitione num. 69. Covaruv. pract. q. cap. 31. n. 7.

17. Neque dicat quis, quod eorum ſuperiores videntales veſ s, & illas tollerant, &c. quia eorum tollerantia non eſt libera, ſed coacta; ſignum enim quod non tollerant, eſt illarum veſtium prohibitio; quod ſi tales veſtes geſtantes non puniunt, fortaſſis eſt, ne eorum auctoritas ſpernatur ab illis, qui ſuum Deum timent, timentes enim mandata ſuperiorum ſuorum, & Dei honorem, leges obſervant ſuas.

18. Quære ſecundò, an lege conſuetudine introducta obliget ad culpam; ſicuti quælibet alia lex iuſta ſivè ſit humana,

nempè

nempè ſæcularis, ſivè Eccleſiaſtica, ratio eſt, quia videtur ædita auctoritate divina per ſuos miniſtros iuxtà illud proverbior. 8. per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

17. Hæc eſt vera opinio, & communior in cap. 1. de conſtitution. ubi Felin. num. 47. idem in C. nam concupiſcentiam eodem titulo num. 1. Abbas in prax. deciſ. in verb. rex Pacificus num. 4. Tex. in cap. 2. de maiorit. & obedient. C. qui reſiſtit, q. 3. gloſ. in C. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. Arch. Flor. in 1. p. tit. 18. C. unic. Sylveſt. in verb lex. q. 9. Alfon. de Caſt. de pœn. lib. 1. cap. 5. Sotus lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 4. concluſ. 1.

20. Quæ concluſio ampliatur primo, etiam ſi ſit ſermo de Statuto municipali, conſtitutione, pragmatica, bando, &c. etenim iſtæ ſunt leges, & obligant in conſcientia, Afflict. in proœmio conſtitutionum Regni Neapolitani, in principio, ſentit gloſ. 3. in cap. 2. de conſtitutionibus lib. 6. Felin. in d. C. nam concupiſcentia num. 1. unde tranſgreſſores ultra debitam reſtitutionem peccant mortaliter, vendentes V. G. res ultra pretium, à Principe, vel à Magiſtratu taxatum, Sotus in 4. diſt. 25. q. 2. art. 4. Navar. cap. 3. n. 88. verſ. 32.

21. Ampliatur item in conſuetudine rationabili ſicut eſt illa monialium profeſſarum, & Clericorum profeſſorum Religionis approbatæ recitandi horas Canonicas quotidiè, ſub mortali culpa, contra multos; Credo à parvo amore Dei ductos. Hæc concluſio eſt communis opinio omnium ferè Canoniſtarum, ac TT. & probata ex univerſali Eccleſiæ conſuetudine, & cõmuni omnium Religioſorum ſenſu; ratio eſt, quia Religiones inſtitutæ ſunt ad actus vitæ contemplativæ, & ita ab Eccleſia ſunt cõfirmatę, undè Religioſi profeſſi ratione ſuę profeſſionis tenentur orare, non ſolum particulariter pro ſe, ſed etiam pro univerſitate fidelium nempè horas Canonicas recitare ita S. Antoninus Archiep. Florent. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. Navarr. de hor Canon. cap. 7. n. 4. & cap. 21. n. 19.

Sylveſt

Sylveſt. verb. hora, q. 2. n. 3. verſ. textum, Sotus lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3. Perez in com. privileg. Regul. S. Benedicti cap. 19. n. 18. Azzor. loc. cit. tom. 1. lib. 10. cap. 6. q. 1. Caſtro Palao tom. 2. diſp. 2. par. 1. n. 3. Bonort de hor. canon lib. 2. q. 54. Diana par. 2. tract. 12. reſolut. 13. & ſi Goumenius in tract. de hor. canonic. propoſit. 2. pag. 118. & 119. contrarium aſſerat de monialibus, adducendo pro ſe quod ſtat in dubium, an ſit conſuetudo recitandi moniales horas canonicas, eo quia mulieres non inducunt conſuetudinem quando non habeant facultatem condendi leges obligatorias, ut docet Franc. Gallett. in margarita caſuum conſcientiæ verb. conſuetudo confirmat ſententiam Guimenij Paſqualig. dec. 415. Caramuel. in Regula S. Benedicti diſp. 103. artic. 2. n. 1355. ſed errant in ſuo dicto, ſalva pace tantorum DD. Ipſi etenim falſo ſupponunt, ſupponunt nanque hanc conſuetudinem reccitandi horas canonicas a monialibus, & clericis regularibus extra chorum, eſſe conſuetudinem invalidam, & non benè dicunt, nam facta eſt ſaltem Superiorum ſuorum annuentia, quare enim dat Epiſcopus monialibus Breviarium quando illis habitu religioſo induit, niſi illo utantur? non ſolum in choro, ſed extra, ubique enim Deo dedicantur, recordentur illi fautores clericorum regularium, & monialium quod Emanuel ſa, eo quia talem adverſariorum meorum, & a me pro me citatorum ſententiam in ſua prima editione defendebat, in ſecunda Romæ abolita fuit, ut notat Diana in ſumma verb. horæ canonicæ pag. mihi 350. n. 12. & notat Caſt. Palaus tom. 2. tract. 7. diſp. 2. punct. §. 1. n. 3. dixi quod errant mei Adverſarij eximendo moniales a recitatione divinarum horarum extra chorum, & clericos profeſſos, quia contra torrentem DD. loquuntur, & nemo benè loquitur, qui contra ferè omnes loquitur, ut benè ait Baldus conſ. 112. l. 2. etenim hæc obligatio ſub culpa mortali eſt indita omnibus regularibus profeſſis choro dedicatis, quando a choro fuere abſentes, ergo comunis erit monialibus

choro

choro dedicatis cum ſunt veræ Religioſæ firmat Rodriguez Thom. 1. q. 42. art. 20. miranda. Sotus lib. 10. q. 5. art. 3. Diana par. 3. tract. 2. reſolut. 96. qui dicunt hanc meam concluſionem eſſe communiorem, & probabiliorem, immò Reginaldus l. 18. n. 104. dicit temerarium eſſe meam hanc propoſitionem negare, vel illam impugnare; & id quod dico de clericis profeſſis, & monialibus choro deſtinatis dico de laicis; vel oblatis profeſſis circa ſolutionem ſui officij, eo modo quo dictat regula, &c. cum militet eadem ratio, ſicut etiam de monialibus converſis profeſſis affirmo.

22. Quæritur 3. occaſione præcedentis difficultatis, quænam pars officis relicta, à recitante obliget ad culpam mortalem, cui difficultati; ut reſpondeam canonicè.

23. Præmittendum eſt quod in omni materia excepto in mendacio pernicioſo ex ſuo genere, rebus venereis, & fidei datur parvitas materiæ, hoc ſuppoſito pro certo, dicendum eſt, quod in recitatione horarum detur parvitas materiæ, unde in una horarum, dimidium iuxtà Fernández par. 3. cap. 13. §. 7. & q. 3. par. 2. T. 12. Reſolut. 41. Diana loquendo de horis diurnis, excepto veſpero; immò Bonartius cap. 19. num. 12. putat eſſe integram horam [in toto officio, intellige] undè ſi in integra hora diei recitaret unicum Pſalmum, quis eſt parvitas materiæ, alias relinquendo, dummodò non ſit in hoc contemptus; benè verum, quod iuxtà mentem citati Doctoris ſi quis in omnibus horis diei modicum ommitteret, & plura hæc modica ſimul ſumpta, eſſent in quantitate notabili, peccaret mortaliter, quia illa modica faciunt unum continuum notabile, reſpectu ad officium totum præceptum ab Eccleſia; ſi autem relinquatur in choro, vel alibi. principium officij videlicet Hymnus, primus Pſalmus, Deus in adiutorum, &c. vel Hymnus, cum magnificat in veſpere, eſt peccatum, & materia gravis, non ſecundum ſe, ſed reſpectu officij; quia tali ommiſſione officium deformatur, ita Navar. cap. 10. n. 44. idem ſentiunt Palaus tom. 2. diſput. 2. punct. 5.

n. 1. Raguerius de officio Can. q. 13. n. 4. Cur autem in parvis horis dimidium ſit parvitas materiæ, non autem in Matutino! dico quod, quo aliquod totum eſt maius, eo minorem eius partem, eſſe notabilem, benè verum quod in officio nocturno ſi quis ommitteret tantum tres lectiones cum reſponſorijs non peccaret mortaliter ita Sanchez in ſumma Tom. 1. lib. 1. cap. 18. n. 8.

24. Ampliatur, & extenditur hæc difficultas parvitatis materiæ, etiam ad votum paupertatis Religioſæ, quapropter dico in regula minimorum n. 24. & in Correctorio eiuſdem n. 40. habetur quod prohibitur Fratribus eiuſdem Ordinis quod pecunias nullatenus tangant, &c. ſub pœnis, &c. quarè videtur, quod nullo modo, tam ſuperioribus, quam ſubditis liceat pecunias tangere, &c. quia propoſitio univerſalis excludit omnem caſum (quod extendo etiam ad Cappuccinos, & omnes Religioſos de Obſervantia S. Franciſci, & Reformatos, &c.) Tuſcus verb. dictio concluſ. 315. Peyrinus tom. 1. privileg. conſt. 26. Leonis X. n. 11. tanto magis, quod pro minimis expreſſum eſt in eorum Capitulo Generali Tholoſan. n. 45. ubi expreſſum eſt, quod non liceat, neque baculo tangere; Contrarium tamen, ego ſcribo, & aſſero poteſt dari caſus, quod ego tangam pæcuniam, & nullo modo nec regulæ nec conſtitutioni contradicam; etenim dupliciter pecunia ſumi poteſt; nempe, materialiter, & formaliter, ſivè politicè, materialiter, ſivè naturaliter tangitur pecunia, quando tangitur, ut tanguntur metalla, aurum argentum, Calices, candelabra, aurea, vel argentea, aut monetæ antiquæ, quæ cum amplius non ſint in uſu non expenduntur. Secundo ſumi poſſunt formaliter, ſivè politicè, in ordine, videlicet ad expenſionem, quæ diſtinctio affertur à Corduba in Regula minorum cap. 4. q. 4. n. 5. Ximenez in eadem Regula cap. 4. n. 4. pag. mihi 1221. ubi quod tangere pecuniam, quæ eſt in menſa V. G. vel alibi, non eſt contra regulam, quia inquit huiuſmodi tactus eſt naturalis, non politicus, non enim tangitur, ut expendatur

tan-

aliquam pecuniam, & tamen apud Minores eſt præceptum ſub mortali; non tangendo pæcuniam, apud Minimos nec veniale quidem Correct. 116. ita Peyrinus in Regul. Minimorum; immò ſi tangatur à Minimo Fratre Clerico, vel Sacerdote, ſivè prælato, aut apud ſe retineatur in parva quantitate dico quod non incidit in pœnas. Sanctus enim Franciſcus à Paula Minimorum Ordinis fundator, & legiſlator coram Ferdinando II. Rege Neapolitani regni tetigit pecuniam, ut talem, & eam incidit, ex qua ſanguis defluit, & ab alijs devotis pecunias pro elemoſina recipiebat pro fratrum ſubſtentationes, & fabricæ Eccleſiæ, & Conuentus, &c. ergo non intelligit in ſua regula, pro bono fine obligare fratres ad aliquam pœnam, ſed ſolum quando tangitur ad malum finem [Quod debet intelligi de alijs Religionibus]

25. Confirmo dicta, quia ſecundum Ximenem in expoſitione Regulæ Minorum cap. 4. n. 5. poſt alios, quos refert pag. 222. non eſt contra Regulam ſi aliquis Religioſus Minor in itinere periculoſo ferat ſuper ſe pæcunias alicuius ob charitatem, & ſecuritatem, item ſi Religioſus in itinere, inueniret Crumenam, quæ alicui itineranti decidiſſet poteſt eam ſumere abſque ſcrupolo, ut proprio domino reddat, & præcipuè quando non eſt aliquis alius, qui hoc fideliter faceret; item poteſt Religioſus quilibet depoſitatam pecuniam.

26. Addo, quod Confeſſor, cui pœnitens ſecretò ob tuendam famam dedit pecuniam alicui reſtituendam, poteſt eam ſumere, & deferre proprio domino; quia in tali caſu, & ſimilibus non formaliter tangeret pecuniam, ſed materialiter, ſivè inſtrumentaliter.

27. Secundo probo meas propoſitiones; quia in Regula Minimorum, ſicut, & in alijs Regulis prohibetur tactus pecuniæ, non elemoſinarum peculiarum; dummodo non ſint in curæ propietario, & etiam tunc credo, quod detur parvitas materiæ, quod ſi parum habetur pro nihilo, in qua re verba

ſtatuṭorum ſiant attendenda iuxta rationabilem Epycheiam, quæ eſt legum omnium interpes l. 1. §. docere ff. vi 60. cum itaquè in ſtatuto Regulæ minorum, ac, & in Regula minimorum ponatur lex de non tangendo pæcunias, non intelligi debet, ut non poſſit tangi, ac recipi elemoſina pecunialis; Facit ad rem teſtus in l. abſit C. de privilegijs de augu. vel rei privat. lib. 11. Antonius Confettus verb. pæna fol. mihi 179. facit ad rem meam Baldus in l. 3. in princ. ff. de itin. &c. ubi ait quod ſi ſtatutum dicat in Singulari, ut ſi quis dederit damnum in rem alterius, verificatur in prulari ſive maſculi, ſive feminæ; & maximè quando Religioſus non habet ſocium, vel benefactorem apud ſe, ſed neceſſitatur pro ſua neceſſitate vel Religionis beneficio pecunias tangere, vel ſuper ſe deferre, unde non erit regulæ ſuæ tranſgreſſor, nec ſubditus erit pœnæ appoſitæ in regula, ſivè pœna ſit corporalis, ſivè ſpiritualis; quia neceſſitas legem non habet, l. 1. ff. de offic. proconſ. cap. 2. de deſponſatione impuber. l. C. licet de fer. C. cum Apoſtholus de cenſ. Petr. Gerard. ſig. 100. ubi plene.

28. Impoſſibile in ſacris Canonibus, & legibus alijs non intelligi debet phyſicè, ſed moraliter; ſicut & neceſſarium, l. nepos proculo, & ibi Bartol. Alberic. de Roſat. 1. vocab. inter iur. verb. poſſibile; quapropter dicendum eſt religioſum habentem ſtrictam paupertatem cum prohibitione tangendi pecuniam, non incurrit in pœnas quando eam tangit ſine dolo, & in neceſſitate, ut in caſu de quo loquitur hic, aut apud ſe retinet, eſt doctrina Rodrig. tom. 1. qq. regul. & ignorantia etiam craſſa, ut benè advertit Peyrin. tom. 1. privileg. conſtit. 6. Iulij II. n. 16. ut notat etiam citat. Rodrig. loc. d. q. 47. art. 2. & illud ſolum facere poſſumus, quod commodè poſſumus facere, & illud dicitur non poſſe fieri, & non eſſe poſſibile nobis, quod ſine difficultate facere poſſumus l. nepos proculo, ff. de verbor. ſignificat., inſtit. de actionib. §. pœnales, verb. immemorabiles. Et quando in Regula Minimorum n. 24. dicitur quod ſcienter non deferant Fratres pecu-

nias,

nias, debet illud intelligi iuxtà explicationem Capituli Toloſani n. 30. & Rom. 2. n. 19. ut in Capitulis veteribus ſancitum erat, ibique erant iſta verba [ſiquis præſumpſerit tangere,&c.) quod in digeſto ſapientię minimitanę contra omnen rationem deletum eſt: Leges enim inveteratæ ab anno 1517. uſque ad annum 1664. factæ erant leges probatæ, atque adeo a Capitulo Generali, ideſt a tota Religione, non debebāt caſſari a perſona particulari, &c. Ad illa ergo veba (pręſumpſerit) dicendum eſt, quod audere temeritatem dicit, ut poſt alios dicit Peyrin. tom. 1. privileg. conſt. 6. Iulij II. ſupra citat. malum eſt laſſare leges antiquas, probatas, factas a Patribus Bonæ Obſervantiæ, & timore Dei educatis, & a S. Patriarca eruditis; ſed credo hoc factum fuiſſe non alio motivo, niſi ut obſcurata bona mente legum divinarum, Summorum Pontificum benignitate, qui talia capitula confirmaverant, & ſanctam mentem Legiſlatoris noſtri, maligni reddant acerbam Reulam minimam; dicit enim Sanctus Pater in ſua regula: *ſub paupertate evangelica perpetuo militantes, &c.* ergo ſalva paupertate evangelica poteſt Religioſus minimus, ſicut quilibet alius Religioſus pecunias tangere, & ſupra ſe deferre iuſtis de cauſis, ut ſuprà dixi hic n. 23. & 24. tanto magis quod uſitatum eſt, quod Sacriſtæ, & Procuratores pecuniam tangant, ſicut & itinerantes pro utilitate Conventus, & ſuis neceſſitatibus in itinere, quando non adeſt oblatus, & argumentum ab uſitato eſt valdè utile, & eſt a lege, ut probat Everard. loc. 67. cum alijs, & bonus Text. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi certè pet. & quod communiter fit, legittimè fit, ſivè legittimum eſt, d. l. certi cond. d. §. ſi nummos, Everard. loc. cit. tanto magis, quod omnis diſpoſitio mundi, ſive legalis, ſivè ultimarum voluntatum, ſivè contractuum, recipit interpretationem, & ſupplementum a conſuetudine, & ab eo, quod fieri ſolet, undè ne dum excuſatur a dolo, ſed etiam a culpa ille, qui facit, quod conſuetum eſt fieri, per text. not. in l. ſi pignore §. final. ubi

momenti, quia tunc tantum ad veniale ad ſummum obligaret, dummodo non ſit contemptus, ut benè docet D. Thom. 2. 2. q. 107. art. 3. Caietan. in verb, contemptus, undè inquit Feſin. in d. C. nam concupiſcentia, n. 2. quod lex præceptiva dignoſcitur tam ex materia ſubiecti, quàm etiam ex verbis ex quo. Quidquid dicat Navarr. cap. 23. n. 55. in manuali, qui ait leges Sæculares etiam præceptivas non obligare ad mortale. Sotus vero qui lib. 1. q. 6. art. 4. in verb. omnis me defendit dum dicit quod omnis lex iuſta quæcunque illa ſit, dummodo contrarium non explicet, obligat ad culpam mortalem, vel venialem, ſecundum precium operis, & ipſe Sot. dat exemplum de ſtatuto tempore famis, vel belli ædito, ne exportentur arma frumentum, vel equi extra ſtatum vel regnum; quod quidem ſtatutum ad mortale obligat, quia magis refert contravenire; non ſic ſi edictum precipiat non deferri talia arma, vel non indui ſericis, quia per vi referunt, eſt tantum culpa venialis.

33. Non ſic in legibus Eccleſiaſticis ubi quando conſtat de mente legiſlatoris quod precipere velit, prout habetur cap. 2. de maior. Et obedientia, C. nullifas diſt. 19. C. violatores 25. q. 1. exemplum ſit in Eccleſiaſticis prælatis, qui tranſgrediuntur leges Eccleſiaſticas, quando in illis oppoſita ſunt iſta verba, vel ſimilia, nempè, in virtute Sanctæ obedientientiæ gloſ. in clementina, ſi dominum §. ideo, de Reliq. & vereratione Sanctorum, vel ſub obſtentatione divini iudicij Clem. 1. de immunitate Eccleſiaſtica, vel ſub pœna excomunicationis gloſ. in cap. 1. de ſagitar. aut ſub pœna carceris perpetuæ; Med. C. de ieiun. tract. 3. q. 76. &c. ut habetur etiam in Clementina dudum in fine de ſepultur. quia in his caſibus ſupponitur, quod legiſlator velit obligare tranſgreſſorem ad mortale, ut id. Sot. cit. in 4. ſent. diſt. 20. q. 1. art. 4. verſ. hinc fit.

34. Ampliatur etiam quādo lex præcepta eſſet levis, dummodo precipiatur ſub pena excomunicationis a legislatore, tunc enim tranſgreſſio eſt peccatum mortale, Sot. in 4. diſt. 22.

q. 1.

q. 1. art. 2. col. 2. in fine, & ratio eſt, quia quando lex continet pœnam præſupponentem peccatum mortale tunc obligat ad illud, quamquam verba præcipientia non contineant, cum pœna magis explicet mentem legiſlatoris, quàm verba; qui enim aliquid vult, videtur velle id ſinè quo illud effici non poteſt l. illud ff. de aquirend. hæred. C. præterea de officio delegat, undè cum nemo excomunicari poſſit niſi pro mortali, C. nullus, C. nemo 11. q. 3. concluditur ego quod quando præceptum eſt annexum cum pœna excomunicationis, tale præceptum obligat ad mortale; non ſic de pœna ſubſpenſionis interdicti, vel irregularitatis.

Ampliatur 2. etiam ad venditores vendentes merces vel victualia carius quàm illas Princeps taxaverit, nec non ad exactores gabellarum in portis Civitatum, ſi extorquere habent, ab introducentibus, vel extrahentibus merces, vel victualia, pluſquam, ſit taxatum à Principe, vel à Magiſtratibus in Tariffa Gabellarum; dummodo Gabella ſit Iuſta, ut ſupponitur; pretium enim iuſtum eſt quando rectæ rationi eſt conſonum, quod quidem pretium iuſtum, & conſonum rectæ rationi; triplex eſt, nempe iuſtum pretium, aliud eſt naturale, aliud arbitrarium, legittimum aliud, pretium iuſtum legiptimum, de quo eſt hic ſermo, eſt illud quod lege Principis poſitum eſt, &dicitur iuſtum, etiam ſi ſit minus, quam communiter illa res vendi poteſt dummodò habeatur conſideratio ad expenſas atquè labores venditorum ad arbitrium boni viri aliqua data quantitate, quæ venditoribus lucro cedat, ita tenet Covar. lib. 2. var. reſolut. cap. 3. n. 5. & ſic intelliguntur quæ dicuntur a Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de officio præfect. urbis ſcribens minori iuſto pretio, quem cogi vendere merces in favorem publicum, nempè quod cogatur vendere merces pretio à Magiſtratibus taxato, etiam ſi minus ſit, quam naturale; & ſi venditor carius vendat non ſolum peccat mortaliter, verum ad reſtitutionem tenetur, & hoc etiam Clericos ligat; ità DD. citati, bonus textus, ibi gloſ. ſing. in C. ſi impe-

rator

eſt valde arrogans, & ſuperbum, & ex tract. de perfectione Clericornm lib. 2. p. 2. requiſit. 1. ſacri etiam Canones confirmant in C. non liceat d. 23. ubi dicitur quod veſtis Aron erat talaris. Gloſ. in Clement. 2. de vita & honeſtate clericorum verb. videatur Siſtus V. in conſt. 92. §. 2. apud Cherub. tom. 2. bulla fol. mihi 653. advertit autem candelabrum aureum ad cit. conſt. Siſt. num. 9. aſſert. 2. & 3. ratio quare veſtis clericorum [quod etiam dico de Religioſis] debet eſſe talaris prout habetur etiam in clement. ne in agro, ſupra citata, adducitur ab Abulenſe in cap. 20. exodi q. 49. conſtat etiam ex cap. 21. q. 4. per totam, & C. clerici d. 23. Clem. 2. de vita & honeſtate Clericorum ex Tridentino ſeſſ. 24. de reformatione ap. 12. ubi ſic legitur *veſtitu inſuper decenti, tam in Eccleſia, am extra aſſiduè utantur, &c.* Talis uſus modernus veſtium lericorum non poteſt inducere conſuetudinem, etenim non in uſu talis modus veſtiendi apud viros pios, prudentes, doctos, nec a prælatis locorum conceſſus, immò vetitus in s conſtitutionibus, etiam cum pœnis, ex quibus deducitur, d geſtatio talium veſtimentorum, non ſolum non inducit l primam conſuetudinem, ſed potius morum corruptelam, u nquit auctor in præſenti §. & ſequenti poſito, quod colligo e n ex C. quiſquis rebus d. 41. gloſ. in C. clerici verb. de a atis, de vita & honeſtate Clericorum, & gloſ. in Clem t. 1. verb. ſæculari, de electione Farin. 1. p. prax. crimin. q. de inquiſitione num. 69. Covaruv. pract. q. cap. 31. n. 7.

. Nequè dicat quis, quod eorum ſuperiores videnttales veſ s, & illas tollerant, &c. quia eorum tollerantia non eſt lib , ſed coacta; ſignum enim quod non tollerant, eſt illarum veſtium prohibitio; quod ſi tales veſtes geſtantes non puni t, fortaſſis eſt, ne eorum auctoritas ſpernatur ab illis, qui um Deum timent, timentes enim mandata ſuperiorum ſuor , & Dei honorem, leges obſervant ſuas.

18. Quærc ſeoundò, an lege conſuetudine introducta obliget a [illegible] culpam; ſicuti qualibet alia lex iuſta ſivè ſit humana, nempè

Digitized by Google

nempè ſæcularis, ſivè Eccleſiaſtica, ratio eſt, quia videtur ædita auctoritate divina per ſuos miniſtros iuxtà illud proverbior. 8. per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

17. Hæc eſt vera opinio, & communior in cap. 1. de conſtitution. ubi Felin. num. 47. idem in C. nam concupiſcentiam eodem titulo num. 1. Abbas in prax. deciſ. in verb. rex Pacificus num. 4. Tex. in cap. 2. de maiorit. & obedient. C. qui reſiſtit, q. 3. gloſ. in C. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. D. Thom. 2. 2. q. 96. art. 4. Arch. Flor. in 1. p. tit. 18. C. unic. Sylveſt. in verb lex. q. 9. Alfon. de Caſt. de pœn. lib. 1. cap. 5. Sotus lib. 1. de iuſt. & iur. q. 6. art. 4. concluſ. 1.

20. Quæ concluſio ampliatur primo, etiam ſi ſit ſermo de Statuto municipali, conſtitutione, pragmatica, bando, &c. etenim iſtæ ſunt leges, & obligant in conſcientia, Afflict. in proæmio conſtitutionum Regni Neapolitani, in principio, ſentit gloſ. 3. in cap. 2. de conſtitutionibus lib. 6. Felin. in d. C. nam concupiſcentia num. 1. unde tranſgreſſores ultra debitam reſtitutionem peccant mortaliter, vendentes V. G. res ultra pretium, à Principe, vel à Magiſtratu taxatum, Sotus in 4. diſt. 25. q. 2. art. 4. Navar. cap. 3. n. 88. verſ. 32.

21. Ampliatur item in conſuetudine rationabili ſicut eſt illa monialium profeſſarum, & Clericorum profeſſorum Religionis approbatæ recitandi horas Canonicas quotidiè, ſub mortali culpa, contra multos; Credo à parvo amore Dei ductos. Hæc concluſio eſt communis opinio omnium ferè Canoniſtarum, ac TT. & probata ex univerſali Eccleſiæ conſuetudine, & cõmuni omnium Religioſorum ſenſu; ratio eſt, quia Religiones inſtitutæ ſunt ad actus vitæ contemplativæ, & ita ab Eccleſia ſunt cõfirmatę, undè Religioſi profeſſi ratione ſuę profeſſionis tenentur orare, non ſolum particulariter pro ſe, ſed etiam pro univerſitate fidelium nempè horas Canonicas recitare ita S. Antoninus Archiep. Florent. 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1. Navarr. de hor Canon. cap. 7. n. 4. & cap. 21. n. 19.

Sylveſt

Sylveſt. verb. hora, q. 2. n. 3. verſ. textum, Sotus lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 3. Perez in com. privileg. Regul. S. Benedicti cap. 19. n. 18. Azzor. loc. cit. tom. 1. lib. 10. cap. 6. q. 1. Caſtro Palao tom. 2. diſp. 2. par. 1. n. 3. Bonort de hor. canon lib. 2. q. 54. Diana par. 2. tract. 12. reſolut. 13. & ſi Goumenius in tract. de hor. canonic. prorpoſit. 2. pag. 118. & 119. contrarium aſſerat de monialibus, adducendo pro ſe quod ſtat in dubium, an ſit conſuetudo recitandi moniales horas canonicas, eo quia mulieres non inducunt conſuetudinem quando non habeant facultatem condendi leges obligatorias, ut docet Franc. Gallett. in margarita caſuum conſcientiæ verb. conſuetudo confirmat ſententiam Guimenij Paſqualig. dec. 415. Caramuel. in Regula S. Benedicti diſp. 103. artic. 2. n. 1355. ſed errant in ſuo dicto, ſalva pace tanctorum DD. Ipſi etenim falſo ſupponunt, ſupponunt nanque hanc conſuetudinem reccitandi horas canonicas a monialibus, & clericis regularibus extra chorum, eſſe conſuetudinem invalidam, & non benè dicunt, nam facta eſt ſaltem Superiorum ſuorum annuentia, quare enim dat Epiſcopus monialibus Breviarium quando illis habitu religioſo induit, niſi illo utantur? non ſolum in choro, ſed extra, ubique enim Deo dedicantur, recordentur illi fautores clericorum regularium, & monialium quod Emanuel ſa, eo quia talem adverſariorum meorum, & a me pro me citatorum ſententiam in ſua prima edictione defendebat, in ſecunda Romæ abolita fuit, ut notat Diana in ſumma verb. horæ canonicæ pag. mihi 350. n. 12. & notat Caſt. Palaus tom. 2. tract. 7. diſp. 2. punct. §. 1. n. 3. dixi quod errant mei Adverſarij eximendo moniales a recitatione divinarum horarum extra chorum, & clericos profeſſos, quia contra torrentem DD. loquntur, & nemo benè loquitur, qui contra ferè omnes loquitur, ut benè ait Baldus conſ. 112. l. 2. etenim hæc obligatio ſub culpa mortali eſt indita omnibus regularibus profeſſis choro dedicatis, quando a choro fuere abſentes, ergo comunis erit monialibus

choro

choro dedicatis cum ſunt veræ Religioſæ firmat Rodriguez Thom. 1. q. 42. art. 20. miranda. Sotus lib. 10. q. 5. art. 3. Diana par. 3. tract. 2. reſolut. 96. qui dicunt hanc meam concluſionem eſſe communiorem, & probabiliorem, immò Reginaldus l. 18. n. 104. dicit temerarium eſſe meam hanc propoſitionem negare, vel illam impugnare; & id quod dico de clericis profeſſis, & monialibus choro deſtinatis dico de laicis, vel oblatis profeſſis circa ſolutionem ſui officij, eo modo quo dictat regula, &c. cum militet eadem ratio, ſicut etiam de monialibus converſis profeſſis affirmo.

22. Quæritur 3. occaſione præcedentis difficultatis, quænam pars officis relicta, à recitante obliget ad culpam mortalem, cui difficultati, ut reſpondeam canonicè.

23. Præmittendum eſt quod in omni materia excepto in mendacio pernicioſo ex ſuo genere, rebus venereis, & fidei datur parvitas materiæ, hoc ſuppoſito pro certo, dicendum eſt, quod in recitatione horarum detur parvitas materiæ, unde in una horarum, dimidium iuxtà Fernandez par. 3. cap. 13. §. 7. & q. 3. par. 2. T. 12. Reſolut. 41. Diana loquendo de horis diurnis, excepto veſpere; immò Bonartius cap. 19. num. 12. putat eſſe integram horam [in toto officio, intellige] undè ſi in integra hora diei recitaret unicum Pſalmum quis eſt parvitas materiæ, alias relinquendo, dummodò non ſit in hoc contemptus; benè verum, quod iuxtà mentem citati Doctoris ſi quis in omnibus horis diei modicum ommitteret, & plura hæc modica ſimul ſumpta, eſſent in quantitate notabili, peccaret mortaliter, quia illa modica faciunt unum continuum notabile, reſpectu ad officium totum præceptum ab Eccleſia; ſi autem relinquatur in choro, vel alibi principium officij videlicet Hymnus, primus Pſalmus, Deus in adiutorum, &c. vel Hymnus, cum magnificat in veſpere, eſt peccatum, & materia gravis, non ſecundum ſe, ſed reſpectu officij, quia tali ommiſſione officium deformatur, ita Navar. cap. 10. n. 44. idem ſentiunt Palaus tom. 2. diſput. 2. punct. 5.

n. 1. Raguerius de officio Can. q. 13. n. 4. Cur autem in parvis horis dimidium ſit parvitas materiæ, non autem in Matutino! dico quod, quo aliquod totum eſt maius, eo minorem eius partem, eſſe notabilem, benè verum quod in officio nocturno ſi quis ommitteret tantum tres lectiones cum reſponſorijs non peccaret mortaliter ita Sanchez in ſumma Tom. 1. lib. 1. cap. 18. n. 8.

24 Ampliatur, & extenditur hæc difficultas parvitatis materiæ, etiam ad votum paupertatis Religioſæ, quapropter dico in regula minimorum n. 24. & in Correctorio eiuſdem n. 40. habetur quod prohibitur Fratribus eiuſdem Ordinis quod pecunias nullatenus tangant, &c. ſub pœnis, &c. quarè videtur, quod nullo modo, tam ſuperioribus, quam ſubditis liceat pecunias tangere, &c. quia propoſitio univerſalis excludit omnem caſum (quod extendo etiam ad Cappuccinos, & omnes Religioſos de Obſervantia S. Franciſci, & Reformatos, &c.) Tuſcus verb. dictio concluſ. 315. Peyrinus tom. 1. privileg. conſt. 26. Leonis X. n. 11. tanto magis, quod pro minimis expreſſum eſt in eorum Capitulo Generali Tholoſan. n. 45. ubi expreſſum eſt, quod non liceat, neque baculo tangere; Contrarium tamen, ego ſcribo, & aſſero poteſt dari caſus, quod ego tangam pæcuniam, & nullo modo nec regulæ nec conſtitutioni contradicam; etenim dupliciter pecunia ſumi poteſt; nempe, materialiter, & formaliter, ſivè politicè, materialiter, ſivè naturaliter tangitur pecunia, quando tangitur, ut tanguntur metalla, aurum argentum, Calices, candelabra, aurea, vel argentea, aut monetæ antiquæ, quæ cum amplius non ſint in uſu non expenduntur. Secundo ſumi poſſunt formaliter, ſivè politicè, in ordine, videlicet ad expenſionem, quæ diſtinctio affertur à Gorduba in Regula minorum cap. 4. q. 4. n. 5. Ximenez in eadem Regula cap. 4. n. 4. pag. mihi 1221. ubi quod tangere pecuniam, quæ eſt in menſa V. G. vel alibi, non eſt contra regulam, quia inquit huiuſmodi tactus eſt naturalis, non politicus, non enim tangitur, ut expendatur

tan-

anquam pecuniam, & tamen apud Minores eſt præceptum ſub mortali; non tangendo pæcuniam, apud Minimos nec veniale quidem Correct. 116. ita Peyrinus in Regul Minimorum; immò ſi tangatur à Minimo Fratre Clerico, vel Sacerdote, ſivè prælato aut apud ſe retineatur in parva quantitate dico quod non incidit in pœnas. Sanctus enim Franciſcus à Paula Minimorum Ordinis fundator, & legiſlator coram Ferdinando II. Rege Neapolitani regni tetigit pecuniam, ut talem, & eam incidit, exqua ſanguis defluit, & ab alijs devotis pecunias pro elemoſina recipiebat pro fratrum ſubſtentationes, & fabricæ Eccleſiæ, & Conuentus, &c. ergo non intelligit in ſua regula, pro bono fine obligare fratres ad aliquam pœnam, ſed ſolum quando tangitur ad malum finem [Quod debet intelligi de alijs Religionibus]

25. Confirmo dicta, quia ſecundum Ximenem in expoſitione Regulæ Minorum cap. 4. n. 5. poſt alios, quos refert pag. 222. non eſt contra Regulam ſi aliquis Religioſus Minor in itinere periculoſo ferat ſuper ſe pæcunias alicuius ob charitatem, & ſecuritatem, item ſi Religioſus in itinere, inueniret Crumenam, quæ alicui itineranti decidiſſet poteſt eam ſumere abſque ſcrupolo, ut proprio domino reddat, & præcipuè quando non eſt aliquis alius, qui hoc fideliter faceret; item poteſt Religioſus quilibet depoſitatam pecuniam.

26. Addo, quod Confeſſor, cui pœnitens ſecretò ob tuendam famam dedit pecuniam alicui reſtituendam, poteſt eam ſumere, & deferre proprio domino; quia in tali caſu, & ſimilibus non formaliter tangeret pecuniam, ſed materialiter, ſivè inſtrumentaliter.

27. Secundo probo meas propoſitiones; quis in Regula Minimorum, ſicut, & in alijs Regulis prohibetur tactus pecuniæ, non elemoſinarum peculiarum; dummodo non ſint in euræ propietario, & etiam tunc credo, quod detur parvitas materiæ, quod ſi parum habetur pro nihilo, in qua re verba

Digitized by Google

ſtatutorum ſunt attendenda iuxta rationabilem Epycheiam, quæ eſt legum omnium interpes l. 1. §. docere ff. vi 60. cum itaquè in ſtatuto Regulæ Minorum, ac, & in Regula Minimorum ponatur lex de non tangendo pæcunias, non intelligi debet, ut non poſſit tangi, ac recipi elemoſina pecunialis. Facit ad rem textus in l. abſit C. de privilegijs de augu. vel reipriv. lib. 11. Antonius Confettus verb. pæna fol. mihi 179. facit ad rem meam Baldus in l. 3. in princ. ff. de itin, &c. ubi ait quod ſi ſtatutum dicat in Singulari, ut ſi quis dederit damnum in rem alterius, verificatur in prulari ſive maſculi ſive feminæ; & maximè quando Religioſus non habet ſocium, vel benefactorem apud ſe, ſed neceſſitatur pro ſua neceſſitate vel Religionis beneficio pecunias tangere, vel ſuper ſe deferre, unde non erit regulæ ſuæ tranſgreſſor, nec ſubditus erit pœnæ appoſitæ in regula, ſivè pœna ſit corporalis, ſivè ſpiritualis; quia neceſſitas legem non habet, l. 1. ff. de offic. procons. cap. 2. de deſponſatione impuber. §. C. licet de fer. C. cum Apoſtholus de cenſ. Petr. Gerar l. ſig. 100. ubi plene.

28. Impoſſibile in ſacris Canonibus, & legibus alijs non intelligi debet phyſicè, ſed moraliter; ſicut & neceſſarium, l. nepos proculo, & ibi Bartol. Alberic. de Roſat. 1. vocab. inter iur. verb. poſſibile; quapropter dicendum eſt religioſum habentem ſtrictam paupertatem cum prohibitione tangendi pecuniam, non incurrit in pœnas quando eam tangit ſine dolo, & in neceſſitate, ut in caſu de quo loquitur hic, aut apud ſe retinet, eſt doctrina Rodrig. tom. 1. qq. regul. & ignorantia etiam craſſa, ut benè advertit Peyrin. tom. 1. privileg. conſtit. 6. Iulij II. n. 16. ut notat etiam citat. Rodrig. loc. d. q. 47. art. 2. & illud ſolum facere poſſumus, quod commodè poſſumus facere, & illud dicitur non poſſe fieri, & non eſſe poſſibile nobis, quod ſine difficultate facere poſſumus l. nepos proculo, ff. de verbor. ſignificat., inſtit. de actionib. §. pœnales, verb. immemorabiles. Et quando in Regula Minimorum n. 24. dicitur quod ſcienter non deferant Fratres pecu-

nias,

nias, debet illud intelligi iuxtà explicationem Capituli Toloſani n. 30. & Rom. 2. n. 19. ut in Capitulis veteribus ſancitum erat, ibique erant iſta verba [ſiquis præſumpſerit tangere,&c.) quod in digeſto ſapientię minimitanę contra omnen rationem deletum eſt: Leges enim inveteratæ ab anno 1517. uſque ad annum 1664. factæ erant leges probatæ, atque adeo a' Capitulo Generali, ideſt a tota Religione, non debebāt caſſari a perſona particulari, &c. Ad illa ergo veba (prçſumpſerit) dicendum eſt, quod audere temeritatem dicit, ut poſt alios dicit Peyrin. tom. 1. privileg. conſt. 6. Iulij II. ſupra citat. malum eſt laſſare leges antiquas, probatas, factas a Patribus Bonæ Obſervantiæ, & timore Dei educatis, & a S. Patriarca eruditis; ſed credo hoc factum fuiſſe non alio motivo, niſi ut obſcurata bona mente legum divinarum, Summorum Pontificum benignitate, qui talia capitula confirmaverant, & ſanctam mentem Legiſlatoris noſtri, maligni reddant acerbam Reulam minimam; dicit enim Sanctus Pater in ſua regula: *ſub paupertate evangelica perpetuo militantes, &c.* ergo ſalva paupertate evangelica poteſt Religioſus minimus, ſicut quilibet alius Religioſus pecunias tangere, & ſupra ſe deferre iuſtis de cauſis, ut ſuprà dixi hic n. 23. & 24. tanto magis quod uſitatum eſt, quod Sacriſtæ, & Procuratores pecuniam tangant, ſicut & itinerantes pro utilitate Conventus, & ſuis neceſſitatibus in itinere, quando non adeſt oblatus, & argumentum ab uſitato eſt valdè utile, & eſt a lege, ut probat Everard. loc. 67. cum alijs, & bonus Text. in l. certi conditio, §. ſi nummos, ff. ſi certè pet. & quod communiter fit, legittimè fit, ſivè legittimum eſt, d. l. certi cond. d. §. ſi nummos, Everard. loc. cit. tanto magis, quod omnis diſpoſitio mundi, ſive legalis, ſivè ultimarum voluntatum, ſivè contractuum, recipit interpretationem, & ſupplementum a conſuetudine, & ab eo, quod fieri ſolet, undè ne dum excuſatur a dolo, ſed etiam a culpa ille, qui facit, quod conſuetum eſt fieri, per text. not. in l. ſi pignore §. final.

ubi

ubi gloſſ., & conſequenter a pœna, attento etiam quod id, quod eſt conſuetum conuenit, ut plurimum, ut ibid. Everard. Argumentum enim a coer. accidenbtibus in iure eſt ſuper utile, ut id. Everard. loc. 56. ubi etiam ad finem quod tranſfert onus probandi in adverſarium, & conſuetudo habet vim interpetrandi legem, Rot. in una Romana penſionis 14. Februar. 1583. Diana in ſumma, verb. uſus, conſuetudo n. 3. non ſolum quatenus ex conſuetudine colligitur verus, & germanus ſenſus legiſlatoris, ſed etiam quatenus poteſt eſſe cauſſa introducendi, & ſtabiliendi aliquem ſenſum legis, qui forſitan cum prima mente legiſlatoris magis congruat.

29. Totum hoc quod dixi, extendo etiam ad moniales circa retentionem apud ſe parvæ pecuniæ, ut de illis ſibi neceſſaria provideant, etiam ſi in communitate vivant, quia parum pro nihilo reputatur, etiam ſi in hoc contra eas ſit pœna temporalis, dummodo talem parvam pecuniam retineant pro expenſis neceſſarijs, & ad bonum finem, vel dandi eleemoſinam, vel gratificandi patrem, aut matrem, &c. moderatè tamen Tambur. d. q. 3. n. 13. Diana par. 1. tract. 6. reſol. 19. dummodo monialis talem pecuniam ſubtrahat de rebus ſibi ad uſum conceſſis, vel ex extraordinaria induſtria ſibi lucratis, ita etiam tenent Cenedus, & Valerus apud Pelizar. de voto paupertat. cap. 4. ſect. 1. pag. mihi 85. n. 19. ratio eſt, quia in tali caſu nullum damnum cauſat moniſterio, ſed potius cadit in præiudicium ipſius, &c. tanto magis quando agitur de parva re, quæ non cadit, neque cadere poteſt ſub lege prohibente, de minimis enim non curat prætor, etiam ſi adſit pœna temporalis, Francus in C. perpetuo, & C. commiſſa, §. porro de electione lib. 6. Felin. in d. C. nam concupiſcentia, n. 7. & quamvis Angel. in verb. pedagium, Matt. in not. 77. & Dec. in d. cap. nã concupiſcentia in ſecunda lectura, quem ſequitur etiam Navarr. cap. 23. n. 53. contrarium dixerint, verior opinio tamen eſt contra eos, ſcilicet quod nulla eſt lex pœnalis, quæ non

obli-

obligat ad culpam, ſecundum tamen gravitatem materiæ, vel levitatem arguitur gravitas, vel minoritas peccati.

30. Modicum nanque in ſtatuto pœnali non habetur in conſideratione; habe exemplum in ſtatuto imponente pœna pro vulnere, non hàbet locum in levi vulnuſculo, ut benè notat Bartol. in l. ſi predium C. de edil. edic. gloſſ. in auth. minor. debit. C. qui datur, vel cur paſſ. Alex. conſ. 103. incipit, quod ſtatutum in falſificante moneta, locum non habet in minima moneta; quando verò modicum in conſideratione habeatur, materia brochardica eſt, ideo me remicto ad Dec. in C. de appellat. n. 5. uſque ad 36. de appellat. & in C. maioribus de præbendis, & Graff. in 7. præceptum cap. 2. n. 15.

31. Limitatur tamen concluſio poſita ſupra. num. 28. dupliciler, nempe 1. quod intelligatur procedere in lege præceptiva, vel prohibitiva expreſſe cap. 2. de maiorit. & obedient. C. final. §. quod præcipitur, 14. q. 1. C. in his de verborum ſignificat. diſt. 19. C. nulli fas, C. violatores 25. q. 1. ſecus autem ſi lex eſſet conſultoria (ut illa monialium) quæ eſt poſita contra uſum inveteratum de vivendo in communi, habebant nanque pius per annos quam plurimos permiſſione ſuperiorum ſuorum accedente peculium particularem, & in quantitate non ordinaria, gloſſ. in C. 1. de conſtit. Abbas in d. C. nam concupiſcentia, niſi ſe aſtrinxerit conſiijs, ut ſunt profitentes caſtiatem, paupertatem, & obedientiam, quia poſt profeſſionem obligantur, non ex vi Canonis conſulentis, ſed ex vi voti, vel obligationis extrà de voto, C. ſcripturæ, at quando lex dicatur præceptiva, nec ne habetur per Abb. in d. C. nam concupiſcentia, de conſtitut. ut ibidem Doctor, & latè reaſſumpſit Sil. in verb. præceptum, & Graff. in quartum præceptum.

32. Limitatur 2. ut prædicta concluſio intelligatur de lege præceptiva, & quod materia ſit gravis ad hoc, ut obliget ad peccatum mortale; ſecus vero ſi ſit levis, & non tanti

momen-

momenti, quia tunc tantum ad veniale ad ſummum obligaret, dummodo non ſit contemptus, ut benè docet D. Thom. 2. 2. q. 167. art. 3. Caietan. in verb, contemptus, undè inquit Feſin. in d. C. nam concupiſcentia, n. 2. quod lex præceptiva dignoſcitur tam ex materia ſubiecti, quàm etiam ex verbis ex quo. Quidquid dicat Navarr. cap. 23. n. 55. in manuali, qui ait leges Sæculares etiam præceptivas non obligare ad mortale. Sotus vero qui lib. 1. q. 6. art. 4. in verb. omnis me defendit dum dicit quod omnis lex iuſta quæcunque illa ſit, dummodo contrarium non explicet, obligat ad culpam mortalem, vel venialem, ſecundum precium operis, & ipſe Sot. dat exemplum de ſtatuto tempore famis, vel belli ædito, ne exportentur arma frumentum, vel equi extra ſtatum vel regnum, quod quidem ſtatutum ad mortale obligat, quia magis refert contravenire; non ſic ſi edictum precipiat non deferri talia arma, vel non indui ſericis, quia per vi referunt, eſt tantum culpa venialis.

33. Non ſic in legibus Eccleſiaſticis ubi quando conſtat de mente legiſlatoris quod precipere velit, prout habetur cap. 2. de maior. Et obedientia, C. nullifas diſt. 19. C. violatores 25. q. 1. exemplum ſit in Eccleſiaſticis prælatis, qui tranſgrediuntur leges Eccleſiaſticas, quando in illis oppoſita ſunt iſta verba, vel ſimilia, nempè, in virtute Sanctæ obedientientiæ gloſ. in clementina, ſi dominum §. ideo, de Reliq. & vere ratione Sanctorum, vel ſub obſtentatione divini iudicij Clem. 1. de immunitate Eccleſiaſtica, vel ſub pœna excomunicationis gloſ. in cap. 1. de ſagitar. aut ſub pœna carceris perpetuæ; Med. C. de ieiun. tract. 3. q. 70. &c. ut habetur etiam in Clementina dudum in fine de ſepultur. quia in his caſibus ſupponitur, quod legiſlator velit obligare tranſgreſſorem ad mortale, ut id. Sot. cit. in 4. ſent. diſt. 20. q. 1. art. 4. verſ. hinc fit.

34. Ampliatur etiam quàndo lex præcepta eſſet levis, dummodo precipiatur ſub pœna excomunicationis a legislatore, tunc enim tranſgreſſio eſt peccatum mortale, Sot. in 4. diſt. 22.

q. 1.

q. 1. art. 2. col. 2. in fine, & ratio eſt, quia quando lex continet pœnam præſupponentem peccatum mortale tunc obligat ad illud, quamquam verba præcipientia non contineant, cum pœna magis explicet mentem legiſlatoris, quàm verba; qui enim aliquid vult, videtur velle id ſinè quo illud effici non poteſt l. illud ff. de aquirend. hæred. C. præterea de officio delegat, undè cum nemo excomunicari poſſit niſi pro mortali, C. nullus, C. nemo 11. q. 3. concluditur ego quod quando præceptum eſt annexum cum pœna excomunicationis, tale præceptum obligat ad mortale; non ſic de pœna ſubſpenſionis interdicti, vel irregularitatis.

Ampliatur 2. etiam ad venditores vendentes merces vel victualia carius quàm illas Princeps taxaverit, nec non ad exactores gabellarum in portis Civitatum, ſi extorquere habent, ab introducentibus, vel extrahentibus merces, vel victualia, pluſquam, ſit taxatum à Principe, vel à Magiſtratibus in Tariffa Gabellarum; dummodo Gabella ſit Iuſta, ut ſupponitur; pretium enim iuſtum eſt quando rectæ rationi eſt conſonum, quod quidem pretium iuſtum, & conſonum rectæ rationi, triplex eſt, nempe iuſtum pretium, aliud eſt naturale, aliud arbitrarium, legittimum aliud, pretium iuſtum legiptimum, de quo eſt hic ſermo, eſt illud quod lege Principis poſitum eſt, & dicitur iuſtum, etiam ſi ſit minus, quam communiter illa res vendi poteſt dummodò habeatur conſideratio ad expenſas atquè labores venditorum ad arbitrium boni viri aliqua data quantitate, quæ venditoribus lucro cedat, ita tenet Covar. lib. 2. var. reſolut. cap. 3. n. 5. & ſic intelliguntur quæ dicuntur à Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de officio præfect. urbis ſcribens minori iuſto pretio, quem cogi vendere merces in favorem publicum, nempè quod cogatur vendere merces pretio à Magiſtratibus taxato, etiam ſi minus ſit, quam naturale; & ſi venditor carius vendat non ſolum peccat mortaliter, verum ad reſtitutionem tenetur, & hoc etiam Clericos ligat, ità DD. citati, bonus textus, ibi gloſ. ſing. in C. ſi impe-

Digitized by Google

ſator diſt. 96. quia cum ſint membra reipublicæ, & Reſpublica legibus gubernetur ciuilibus, ſi leges tales ad pacem reipublicæ tendant clerici tenentur eis obedire. Sotus in 4. ſent. diſt. 25. art. 2. col. 4. q. 2. & ſi quis dicat Clericos non ſubiacere legibus sæcularibus, ſubiciuntur tamen naturalibus, & diuinis. Dico ego quæ mandant, nequis ſua ultra iuſtum pretium vendat; undè ex quo pretium à Principe, vel eius Magiſtratibus ſancitum eſt, dicendum Clericos tali pretio debere ſtare, quæmadmodum & laici, & hoc vi legis naturalis, & diuinæ ita Antonius Raguſ. in vas Eccleſiæ diſciplin. ſub titulo de dubijs curioſis q. 43.

Hinc oritur curioſa difficultas, videlicet, ſullanus emit frumentum Senis carius, quàm vendatur Florentiæ ubi eſt ut ſuppono pretium ſtatutum à Magno Duce, ſivè ab eius Magiſtratibus, & emptor ratione pietatis donat dicto venditori aliquid plus ſupra pretium ſtatutum à lege, an dictus venditor teneatur reſtituere emptori id, quod accepit ſupra pretium ſtatutum: Reſpondeo, quod ſi exiſtente neceſſitate emendi frumentum, &c. facta fuerit, tunc præſumenda eſt talis donatio non liberè ſed coactè; niſi forte venditor id tantum quod taxatum erat exigerat, & emptor poſt emptionem factam ex ſua liberalitate ſponte vellet aliquid vendenti donare, ne fieret deterior in ſuo frumento, quia tunc venditor eſſet liber a reſtitutione, ſic a ſimili ait Navar. in Manuali cap. 23. n. 101. verſ. 11. quod idem dicendum eſt de Notario pro Inſtrumento, & Epiſcopo pro ordinibus dumodo ordinatus non det pro receptione ordinis, & epiſcopus taliter non recipiat, quia tunc non committeret ſimoniam; bene autem ſi antea, vel poſtea immediate hoc faceret, ratione ordinis dandi, vel dati.

RVBRICA SECVNDA.

De Eccleſiaſticis conſtitutionibus.

1. IN antecedenti prima Rubrica per totam locutus ſum de iure diuino, nec non per tranſitum de iure humano,

ſivè

ſivè conſtitutionibus principum, nec non de conſuetudine, ut videre eſt, modo in hac ſecunda Rubrica de conſtitutionibus Eccleſiaſticis dicurrendum eſt ad cuius Rubricæ intelligentiam ſciendum eſt, coſtitutiones Eccleſiaſticas eſſe in pluribus differentijs; aliæ namque ſunt conciliares, aliæ decretales Summorum Pontificum videlicet, aut dicta Sanctorum PP. Conciliariæ item, aliæ proveniunt à Concilijs univerſalibus, aliæ ab Epiſcopalibus. Concilia univerſalia conſtitutiones condentes ſunt illa, quæ facta ſunt per congregationem Sanctorum PP. ex univerſo orbe, in unum convenientes, iuxtà fidem Evangelicam, ac Apoſtolorum leges, de quibus primo loco erit ſermo, deindè de alijs, prout ordo auctoris poſtulare habet; Concilium congregandi auctoritatem ſolus Pontifex Romanus habet, nam talis convocatio facienda eſt per maiorem partem univerſitatis, ut notatur in l. 1. ff. de albo ſcribendo, & in l. 11. de veriori lib. 10. & in C. ſynodo l. 13. diſt. &c. & cum nemo ex Chriſtianis fidelibus maior ſit, quàm Summus Pontifex Romanus, ideò ſibi competit convocatio ad Concilium Generale, etenim univerſalis Eccleſia abſquè Papa, eſt ſolum corpus repreſentatum, ut benè inquit Augnſtinus lib. 11. de Doctrina Chriſtiana, cùm Papa ſit verus Vicarius Chriſti in terris cap. 11. & 3. de tranlat. prelat. & concilium debet habere caput, & membra, ut in C. ſubmittimur mur. 21. diſt. & 3. diſt. C. Regula; §. porro ſed ab omnibus cuſtodienda ſunt decreta, & ſtatuta Sanctorum PP. & ſic omnes ſanctiones apoſtolicæ ſedis accipiendæ ſunt, tamquam ipſius divina voce Petri firmatæ; C. ſic omnes 19. diſt. & libenter tollerandum eſt iugum, quod à Sancta Sede imponitur, licet ab hæreticis intollerabile videatur; quidquid Sancta Romana Eccleſia ſtatvit, & ordinat ab omnibus rectam rationem habentibus obſervandum eſt, ut in C. enim vero 19. diſt. & Miniſtertj divnii ſe exortem intellgat qui à ſoliditate Petri recedit, ut in C. ita dominus 19. diſt. facit textus in C. hæc veſtræ 11. ubi lictera dicit, hæc veſtræ indicimus

 cha-

charitati, ut ab Apoſtolicis inſtitutis nullo ulterius recedatis exceſſu, quia non multum poſt hoc eſſe non poterit, ſi quiſquam Apoſtolicas Regulas in aliquo crediderit eſſe negligendus; & prima ſalus eſt rectæ fidei Regulam cuſtodire, & ſtatutis patruum Conciliorum (à Summo Pontifice Romano) confirmatis nullatenus deviare ut in C. prima ſaluſ. 25. q. 1. facit textus, in C. quæ ad perpetuam generaliter ordinata ſunt utilitatem, nulla commutatioue varietur humana, & ab omnibus obſervari debet, quod Romana ſervat Eccleſia, ut in C. quis neſciat 11. diſt. ridiculum enim eſſet, eſt & ſatis abominabile dedecus, ut traditiones quas à Patribus recipimus infringi patiamur C. ridiculum 12. diſt. facit etiam textus in C. ſi ea 25. q. 1. ubi legitur, ſi ea deſtruerem, quæ anteceſſores noſtri ſtatuerunt, non conſtructor, ſed everſor iuſtè comprobaret.

§ 2. Vnde advertendum eſt quod decrerales epiſtolæ vim auctoritatis habent, & in canonicis ſcripturis decretales epiſtolæ connumerantur C. ſi romanorum, & C. in Canonicis ſcripturis 19. diſtinctio, &c. & non eſt iudicandum ſecundum dictum Hieronymi, & Auguſtini, at omiſsis Canonibus, ut in C. de libellis 20. diſt. C. ſi ille 1. diſt.

§ 3. Notandum eſt id quod dicit Alphonſus Alvarez Guerrero in Theſauro Chriſtianæ Religionis pag. mihi 17. n. 8. ubi firmiter dicit, quod qui credit Eccleſiam Romanam non habere poteſtatem condendi Canones, ut Hæreticus reputatur, C. nulli faſ. 19. diſt. C. violatores 25. q. 1. quod etiam deducitur ex proverb. 20. non traſgrediaris terminos, quos poſuerunt patres tui, & non licet à Capite membra diſcedere, ſed iuſta Sacram Scripturam omnia membra caput ſequantur. C. non decet 12. diſt.

§ 4. Dixi ſupra in hac ſecunda rubrica n. 1. quod ſolus Papa habet actoritatem convocandi Concilium Generale, ut teſtantur ſacri Canones apud Franciſc. Iovenium Valentinum in Decretis Iulij Papæ pag. mihi 120. col. 2. n. 1. mem-

Digitized by Google

bra nanq; ut antecedenter dixi ſine capite quid monſtruoſum ſunt, & ſolum monſtra parere poſſunt, verum eſt, quod non eſt neceſſe, quod Summus Pontifex præſentialiter interveniat Concilio Generali, ſed ſufficit, quod ſuos Legatos, debita auctoritate munitos, ibi mittat, ſicuti poſitum fuit in praxi in octo Concilijs Vniverſalibus, quæ in Eccleſia, ut præſtantioris auctoritatis deſcribuntur, qua propter Leo Papa primus huius nominis ad Concilium Calcedonenſe ab Imperatore Marciano devotiſſimè invitatus, ac ratione ſe excuſavit, quod nullum exemplum in hoc a ſuis Anteceſſoribus accepit.

5. Videamus modo an per poteſtatem a Chriſto Dom. quod indem eſt, ac a Deo, Petro, & conſequenter Succeſſoribus ſuis canonicè electis, per illa verba: quodqunque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in Cœlis, &c. Pontifex habet facultatem diſpenſandi in his, quæ ſunt de Iure divino, & de Iure naturæ. Et ſtatuendum eſt, quod ſi in aliquibus de prænominatis Pontifex poſſit diſpenſare, non poteſt in omnibus, & tunc iuſta de cauſa, & neceſſaria, ita Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 7. Angelus verb. Papa n. 4. Azzor. lib. 6. cap. 1. q. 5. Gutierez de matrim. cap. 122. n. 1. Navarr. Felin. & Panormit. Dec. & Bonacc. de legib. pag. mihi 4. tom. 2. n. 12. & habetur in Inſtituta de iure naturali gentium, & civili §. ſed & naturalia, & in Iure Canonico diſt. 5. C. hæc quæ; ratio eſt, quia quæ proximè deducuntur ex primis principijs, aut in ijs, quæ ſpectant ad ſubſtantiam ſacramentorum, aut in dogmatibus Fidei, aut in ſacrificio, vel etiam in alijs, quæ a Deo inſtituta ſunt, non poteſt Papa diſpenſare, eo quia ita ſunt inſtituta, ut nulla ſit rationabilis cauſa diſpenſandi, & ſine iuſta, & rationabili cauſa non datur diſpenſatio a lege ſuperioris.

6. Quod verò in aliquibus, quæ ſunt de iure divino, in quibus ad mixtum eſt aliquid Iuris humani Papa poſſit diſpen-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

diſpenſare vi ſuæ poteſtatis; patet hoc primo experientia, quia Papa diſpenſat in voto, & iuramento, quibus tenetur homo ſtare de iure naturæ, & divino, tum quia matrimonium ratum aliqnando auctoritate Papæ diſſolvitur, quamvis iure divino, & naturali indiſſolubile ſit; Ratio talis diſpenſationis eſt, quia non eſt credibile, ut Dei infinita providentia voluerit homines privari remedio ad ſalutē animarum conducenti; & in tali caſu diſpenſationis, &c. Non propterea lex intriſecè variatur, ſed ſolùm extrinſecè, ut ſuprà dixi in prima Rubrica cum de Regibus, &c.

7. Non debet verti in dubium poſſe ferre leges Eccleſiaſticas in toto terrarum orbe, eo quià in hoc habet abſolutam poteſtatem, & dominium abſque ulla limitatione, quia hoc obtinuit immediatè a Deo Petrus, & eiuſd. Succeſſores ſimiliter obtiuuerunt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. quodqunq; ligaveris, &c.* Tum quia in Eccleſia reſidet poteſtas condendi leges, ut tenet Valentia diſp. 7. q. 5. punct. 2. Vaſq. 1. 2. diſp. 152. cap. 2. Salas diſp. 8. ſect. 1. Azzor. par. 1. lib. 5. cap. 6. pag. mihi 463. n. 14. & 15. Bellarmin. lib. 4. de Pontifice cap. 15. Layman lib. 1. tract. cap. 9. n. 1. Eſt contra hæreticos contrarium aſſerentes, etenim Pontifex Summus Romanus, & Chriſti Vicarius habet auctoritatem, & ius condendi leges, & Canones, ac Iura, quæ ligent conſcientias, etiam in ijs rebus, quæ ſcriptæ non ſunt in ſacris litteis, quamvis hæretici noſtri temporis cæcitate ducti, & ſenſus libertate contrarium eſſerant; qui quidem hæretici apertè convincuntur ex eo, quod refertur in ſacra Scriptura actor. 15. ubi Apoſtoli ſcripſerunt ad gentes nuper ad Deum converſos, his verbis: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, ut abſtinatis vos ab immolatis ſimulacrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, a quibus cuſtodientes vos, benè agetis: hoc eſt ut abſtineatis vos a ſanguine, & his cibis, qui ſunt Deorum ſimulacris immolati, & ab omnibus quoque animanti-*

mantibus, quæ ſuffocata moriuntur. Quæ tria præcepta erant quidem veteris legis, ſed omnino Chriſti morte abrogata, ea tamen Apoſtoli gentibus impoſuere ad tempus, ut una cum Iudæis poſſent interim commodè ſocietatem habere, prohibuerunt fornicationem, non quia non eſſet in lege veteri prohibita, ſed quia gentes hoc ignorabant. Ergo Eccleſia, videlicet Summus Pontifex aliquid nobis præcipere poteſt, quod in ſacris literis non ſit iniunctum, dummodo ad ſalutem animarum noſtrarum directum ſit; namque ſunt pro nobis Summi Pontifices Romani, & Chriſti legitimi Vicarij pro animabus noſtris rationem reddituri. Quod ego teneo quod ad ſalutem animarum, non ſolum Pontifex Romanus hoc facere poſſit, ſed etiam Principes Sæculares, etenim Paulus, & Petrus Apoſtoli loc. ſupra cit. in actib. Apoſtolorum in univerſum de omni potſtate locuti ſunt.

8. Sed obiciunt hæretici contra dicta, & adducunt Sacram Scripturam contra auctoritatem Summi Pontificis Romani verè Petri Succeſſores, & Chriſti Vicarius, & abducunt doctrinam Divi Pauli primo ad Thimoteum, ubi legitur: Iuſto lex non eſt poſita, igitur qui Dei beneficio adeptus eſt iuſtitiam non eſt amplius legibus humanis ſubiectus. Eſt argumentũ Luteri, & ſequetium ipſum, quibus reſpondendum eſt, quod ſi ipſi putant iuſtum omni lege eſſe ſolutum tam divina, quàm naturali, ita ut & ſi cum Scoto iuſtus rem habeat inquiunt ipſi, Deus non imputat ipſi ad peccatum, eo ipſo quod credit in Chtiſtum. Reſpondeo ego, & ratione fundamentali, & dico, quod pro iuſto manente in iuſtitia, & amicitia Dei non eſt lex punitiva, cum hæc improbis debeatur, iuxta illud Divi Athananaſij in Symbolo: *qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui verò mala in ignem æternum*. Iuſtus enim dicitur qui tempore termini ſui in iuſtitia manet; undè Paulus ad Galatas ſcribendo dixit 3. Iudeos eſſe ſub lege veteri cuſtoditos, tanquam ſub pedagogo, quo dirigerentur in bonis, & abducerentur in malis, donec

Fides

Fides Chriſti patefacta eſſet; Iuſto igitur inquit, ut ſignificet; Iuſto per Chriſtum amplius lex quæqunque illa ſit, non eſt veluti pedagogus choercens, & deterrens a malo, & ad bonum impellens, quoniam ſpiritu charitatis per Spiritum Sanctum infuſæ, in bonum, iuſtus dirigitur, & a ſtudijs malis, & actibus avocatur, quæ eſt vera, ſed ſecunda eſplicatio verborum Divi Pauli loc. cit.

In §. quorum celebrandorum, cum ſequentibus duobus.

9. In iſto §. loquitur auctor de Conciliorum congregatione quomodo debeant congregari, & qua auctoritate; quo fine congregari debeant; & quia hæc multas continent difficultates, ad explicationem huius §. multa etiam dicenda ſunt, ſed antequam deveniã ad dilucidationem huius §. mihi quæſo permiſſum ſit ad hæreticorum confuſionem, actoritatem Pontificiam denegantium, ut de Succeſſoribus Petri aliquid loquar probando quod verè ſint Chriſti Vicarij, & Petri Succeſſores.

10. Certum eſt apud omnes Chriſti Fideles, quod ſolum ad Summum Romanum Pontificem ſpectat de fide, & hæreſi determinare, &c. prout Auguſtinus de Ancona in ſuo tract. de poteſt. Eccleſiaſt. q. 10. 11. 12. & 13. quia Papa ſuccedit Petro in perſonali adminiſtratione, Chriſto verò ſuccedit in officio, ut in univerſali iuriſdictione, & reſervata Deo, Papæ videntur, ut eius Vicario, iuxtà dicta a doctiſſimo Alphonſo Guerrero in ſuo Theſauro Chriſtianæ Religionis cap. 1. & cap. 16. lib. 1. n. 2. undè factum a Papa videtur factum a Deo, cuius locum Papa tenet in terris, ita Panormit. in C. quanto de tranſlat. Epiſcop. & quamvis Petrus adminiſtrationem primo habuerit in Antiochiam, poſtea tamen, iubente Domino, Romam tranſtulit, ut in C. rogamus 24. q. 1. & C. Sacroſancta Romana, & Apoſtoli-

ſtolica Eccleſia 22. diſt. unde Petrus quia (ut ſuperius dixi) in perſona omnium Summorum Pontificum, recepit univerſalem à Chriſto, non in uno loco; nec in una particulari gente, ſed univerſaliter in toto orbe, etiam pro omnibus ſucceſſoribus ſuis.

16. Nec datur in terris poteſtas ſupra ipſum, neque Regia, neque Imperatoria, neque Epiſcoporum [& ſi temerarie ab aliquibus dictum fuerit Epiſcopos eſſe Papæ æquales] quamvis ſine ullo fundamento præter quam ratio infidelitatis, ipſe enim Pontifex Epiſcopos creat, imperatores confirmat, reges deponere poteſt, & ſi Epiſcopi Iuriſditionem Epiſcopalem, quæcunque illa ſit à Deo habuerunt, voluit tamen, ut in illa Petro ſubmiſſi eſſent, tanquam capiti, undè Chriſtus multa ad hoc deſignandum dixit Petro, ut habetur in Evangelio Math. 16. ſic Chriſtus locutus eſt, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & Ioannis 21. paſce oves meas, non ſemel, ſed ter replicatus eſt hoc, undè deinde concluſit Ioannis 10. fiet unum ovile, & unus paſtor, undè in tali locutione Chriſtus ſe declaravit, unum eſſe paſtorem verum; nempè ſuum Vicarium in terris ideſt Pontificem Romanum, non autem plures paſtores, ut hæreticaliter aliqui Epiſcopi, & doctores auxi ſunt dicere; propterea Ioannis in Evangelio dicit de Pontefice loquendo, ego ſum paſtor bonus. Chriſtus namque erat, & eſt verus paſtor, & ſic ſucceſſores eius erunt uſque ad diem iudicij, Papa enim eſt aſſumptus in plenitudinem poteſtatis, Epiſcopi vero in partem ſollicitudinis C. ad honorem de auctoritate, & uſu palij, & ſi Chriſtus omnes Apoſtolos pares fecerit, reſpectu conſecrationis ordinis, non tamen eos æquales fecit reſpectu iuriſdictionis; in illa namque Petrus præfuit omnibus, ut notat gloſ. in dicto C. in novo, & in C. loquitur 24. q. 1. quamvis ergo dignitas Epiſcopalis, eiuſque iuriſdictio, ut ordinaria, & ex officio conſiderata, ſaltem in generali, ſit inſtituta à Chriſto Domino, ad effectum, ut Petrus, & ſucceſſores eius Eccle-

ſiam eius per Epiſcopos tanquam per miniſtros ſuos guberneret, ſuam auctoritem talem à Papa habent, ut conſtat ex Divo Paulo ad Epheſ. 4. & 1. ad Corint. C. 12. dicente Chriſtum poſuiſſe Epiſcopos in Eccleſia Dei paſtores, ubi non intelligitur tanquam non ſint ſubiecti, ſed ſubordinati, benè quidem Summo Pontifici, ut ſuo ſuperiori, & domino.

11. Eſt veriſſima reſolutio illa à me poſita, de dependentia Epiſcoporum à Summo Pontifice, tanquam non primus inter æquales, ut falſiſſimè dixere aliquando multi ex illis; ſed tanquam miniſtri à Domino, Principe, ac ſupremo eorum paſtore, & Chriſti Vicario, ita in C. ita dominus 19. diſt. & in C. quoties 24. q. 1. Papa enim eſt ille ſolus, qui Epiſcopos creat, tranfert, limitat, & extendit eorum diœceſim, & auctoritatem, ergo ſignum eſt, quod Epiſcopi immediatè, una cum eorum auctoritate a Summo Pontifice dependent, non vero à iure divino adeſt ratio, in C. ſunt quidam 25. q. 1. des Bois, & Suarius, cum Divo Thom. 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3. Sylveſt. verb. Papa q. 16. Almaiuus de poteſtate Eccleſiæ C. 13. & alij plures, ut per Covarruiam de ſponſalibus par. 2. cap. 6. §. 9. n. 4. Azzorius inſt. moral. par. 2. lib. 6. cap. 12. q. 7. lib. 4. cap. 18. q. 2. lib. 5. cap. 3. a princ.

12. Dicet aliquis quod Epiſcopi loco Apoſtolorum ſucceſſerunt iuxta textum in dicto C. in novo, verſ. ipſis ſupra citat. in n. atecedenti, & Concilimm Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4. in medio, des Bois lib. 4. cap. 25. ſub nomine Bellarminij, Suarez ſect. 1. n. 12. & ante eos Aguſt. in Pſalmum 44. expònens illa verba *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij*. inquit patres miſſi ſunt Apoſtoli, pro Apoſtolis filij nati ſunt tibi; conſtituti ſunt Epiſcopi; habetur in C. quorum vices 68. diſt. at iuriſd. Apoſtolorum eſt immediatè à iure divino poſitivo, iteque à iure divino non à Papa conceſſa videtur Epiſcopis poteſtas abſquè ulla limitatione, independenter à Summo Pontifice; ipſi namque ſuccedunt Petro, qui immediate à Chriſto habuit poteſtatem, atquè adeò Summus Pontifex non poteſt ex eorum

pote-

Digitized by Google

poteſtate aliquid iminutare, ut patet ex textu in C. ſunt quidam 25. q. 1. & colligitur ex C. contra ſtatuta, & ex C. onus quod ead. cauſa, & quæſt. & ex C. ſuper eo, de bigamis, ubi habetur quod contra Apoſtolorum diſpenſare non licet, prout ait Innocentius III. in C. nuper, & in C. a nobis eod. tittulo, atque Epiſcopis competit auctoritas accepta ab eis à Chriſto Domino, ut ſucceſſoribus Apoſtolorum ergo ſuam auctoritatem habent à iure divino à Summo Pontifice independenter.

13. Falluntur tamen Epiſcopi dum talia obijciuntur ac ſe ipſos decipiunt ſua ambitione ac hæreticali perfidia; verum eſt quod Apoſtoli habuerunt ſuam auctoritam, & iurisdictionem à Chriſto Domino, ſed ex eiuſdem Chriſti Domini inſtitutione, eorum poteſtas fuit Petro ſubordinata, ad hoc, ut ipſe Petrus Concilia convocaret, & officia preſidentis gereret, ac poſt alios auditis audiendis reſoluerct non quod placitum erat eis, ſed quod æqum ; ac iuſtum eſſet vide Sotum in 4. diſt. 20. q. 1. art. 2. col. 5. poſt med. Covar. in reg. peccatum par. 2. §. 9. n. 5. verſ. 4. quod eſt uniforme illo Ioannis 2. paſce oves meas, & favet textus in C. in illis in fine 80. diſt. & in d. C. ita Dominus, & in C. Sacroſancta verſ. inter 22. diſt.

14. Et ſi æqualitas in auctoritate cum Petro fuit conceſſa Apoſtolis [quod no concedo] circa ordinis poteſtatem intelligendum eſt. Sed hoc non valet in alijs Epiſcopis, etiam ſi dicantur Apoſtolis ſuccedere; quia hæc ſucceſſio non eſt naturalis, quemadmodum eſt illa regum in iuribus ſui anteceſſoris Patris? non enim ſucceſſerunt in dignitate Apoſtolatus, & quam receperunt immediatè Apoſtoli à Chriſto Domino, ut habetur Matth. ultimo, & Marc. ultimo ; ſicut non ſucceſſerunt in dono linguarum, & miraculorum, nec in poteſtate Canonicos libros ſcribendi; ſi enim Pontifex ſuccedit Petro, non ſic ſequitur Apoſtolis ſuccedere Epiſcopos. Ipſi enim non ſunt fundamentum Eccleſiæ, ſed Petræ erectæ ſupra Petram angularem quæ totam fabbricam firmat ac regit, firmat, &

gubernat, qualis eſt Summus Pontifex Romanus.

15. Ad noſtrum ergo devenio, videlicet circa titulum in §. poſitum verſ. de celebratione concilij generalis tempore Conſtantini Magni poſt Sanctos Apoſtolos incæpit uſus congregandi Concilium: ipſe enim imperante, ut Imperator Iuſtus, & pius dedit omnimodam facultatem, Summo Pontifici, ac cæteris prælatis Eccleſiæ, ac omnibus Chriſtianis facultatem liberam conceſſit ſe congregandi liberè ad errores corrigendos hæreticorum, & legitimas ſanctiones faciendas in Eccleſia, & pro animarum ſalute, quæ quidem auctoritas & poteſtas dicta concilia congregandi penes Summum Pontificem Romanum reſidet, qui ſi intereſſe non poteſt, poteſtatem habet mittendi unum vel plures legatos ſuos debita auctoritate munitos, ita auctor, & textus noſter loquitur, & habetur in cap. 1. 15. diſt. Cardin. in rep. C. licet de electione inducens ad hoc dicta Innocentij in cap. 1. de maioritate, & obedientia; vide etiam Felin. in cap. 1. & in C. querelam, de iure iurando, & omnino reſpice Petrum de Monte in ſua Monarchia col. 11. Antonium de Roſellis in tractatu de concilijs.

16. Quapropter ad hoc ut Concilium Vniverſale congregetur debent citari omnes illi qui intervenire ibi debent, nempe omnes illi qui votum iudicandi tenent, ut apparet 18. diſt. videatur Innocentius, in C. grave de præbendis, & doct. in C. ſicut olim, de acuſation. illi qui citandi ſunt, & penes quorum monet votum iudicandi, ſunt Patriarchæ, Archiepiſcopi, Primates, & Epiſcopi omnes, de hac re habetur in C. abeuntibus 63 diſt. undè iſti enumerati debent adeſſe, ut deducitur ex textu, in C. fin. de cav. poſſeſ. & proprij & hæc citatio eſt neceſſaria, quia eſt de iure divino, & naturali, textus eſt in clementina Paſtoralis de re iudicata, & in l. defenſionis facultas de iure fiſci lib. 10. & in l. nam ita divus ff. de adopt. & dicit Felin. in C. ex parte de officio delegati; quod autem citatio, ſit de Iure Divino vide textum in C. omnipotens Deus 11. q. 1. & ſpe in probe ſui operis.

17.

17. Vnde advertendum eſt, quòd quando negavit quæ tractanda ſunt in Concilio Generali pertinent ad fidem Catholicam, puto quod Laici citandi ſunt, & debent intervenire concilio iure proprio, habentq; vocem conſultivam non deciſivam; & ita intelligitur textus C. ubi nam 96. diſt. & C. nos ad fidem, in alijs autem rebus dicti Laici ſi vocati ſunt, ſolum vocem conſtitutivam habent, vel prout Papa eis conceſſerit, etenim Papa poteſt illos capaces facere iurium ſpiritualium, & maximæ poteſtatis vocis dandæ, ut in C. Adrianus 11. & 13. diſt. & in C. in ſinodo legitur, & not. 11. q. 4. C. mennam.

18. Notabis pro huius rei claritate, quod Laici in tribius caſibus poſſunt vacari ex intereſſe concilijs Eccleſiaſticis, primus eſt ſi ſpecialiter invitarentur ut in C. Adrianus ad finem & 13. diſt. ſecundo ſi tractatur caſus fidei ut iam dixi in antecedenti; tertio ſi tractatur de matrimonijs C. ad ſedem 35. q. 5. & vide de hoc quod principes Sæculares ſunt de corpore concilij per textum in C. ad Apoſtolicæ de re iudic. lib. 6. ubi Papa pollicitus fuit ſe vocaturum ad concilium, reges, prælatos, & Principes tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, ut per ſe, vel perſonales Nuncios venirēt, & Imperator intereſſe debet 21. diſt. C. nunc autem, immò quod plus eſt poteſt proponere, ſicut quilibet alius prelatus, & ſi agerentur in concilio res fidei, neceſſe eſt, ut Imperator adſit concilio perſonaliter textus eſt in d. C. ubi nam; Epiſcopi vero tantum habent ſtatuere, & definire in concilio textus eſt in cap. 1. 15. diſt. & in C. ſeſſaginta 16. diſt. eſt probat textus, in C. habeo librum, & in C. ſexta 16. diſt. & in factis fidei dubijs, vel concernentibus univerſalem ſtatum Eccleſiæ, vocare etiam debet Papa magnos prelatos habentes Epiſcopalem iuriſdictionem, etenim iſti ſunt adeo ad regimen Vniverſalis Eccleſiæ textus eſt in C. convenientibus 1. q. 7. ubi Abbas tenuit locum Papæ in concilio aliquo, & multi Abbates dederunt vocem deciſivam, quemadmodum Epiſcopi quod de alijs inferioribus non

legitur, ibi ad idem C. Adrianus 2. l. 13. diſt. & vide Panorm in q. 1. ſecundus ſi tractatur caſus fidei, ut ſupra dixi in antecedenti; tertio ſi tractatur de matrimonijs ut ibidem C. ad ſedem 35. q. 5. prout dixi ſupra.

19. Neque hodie vocandi ſunt omnes Sacerdotes ad Concilium, nam ſi antiquitus omnes fere Eccleſiæ a puris Sacerdotibus gubernabantur, & ſic omnes ad Concilium Generale vocabantur; at hodie non ita, ut 15. diſt. cap. 1. ſed ſolum Epiſcopi, &c. ut ſuperius dictum eſt; ex quibus noto, quod qui ad Concilium Generale non accedunt, nec nolunt uniformari cum Eccleſia Romana, & Summo Chriſti Vicario obedire, & ſuis ſanctis conſilijs adcrere, evitare iram Dei non poſſunt: Exemplum ſit de Concilio incæpto Ferrariæ, & completo Florentiæ ſub Eugenio, ipſo aſſtante, & Imperatore Ioanne Conſtantinopolitano, in quo etiam cum præſentia iſtorum duorum, & tantorum PP. non video Eccleſiam Orietalem totaliter fuiſſe unita cum Eccleſia Catholica Romana totaliter, ob quod peccatum grave credo, Deum dediſſe eos in ſervitutem Paganorum, à quorum tyramnide rogamus Opicem mundi, ut eos liberet. Vnde Pontifex ad Concilium ce eb andum indiget viris Dei amore ignitis, longe diſtantibus a vitijs, doctis, ac zelo Dei honoris accenſis, iuxta illud Eccleſiaſt. 36. *Cor boni Conſilij ſtatue tecum, & elongare à te malos*; prout dicit Pſalmographus; *Conſilium impiorum longe fac à me.*

20. Dixi ſupra quod illi, qui debent intervenire Concilio Generali, debent citari, vide n. 15. & forma citationis erit, quod ſi Pontifex, vel eius Legatus debet in citatione iubere omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ut interveniant ad Concilium Generale, aſſignando in ea citatione quo tempore, & in quo loco Concilium celebretur, &c. ut notatur in l. aut qui aliter, ff. quod vi, aut clam §. 1. nota etiam in l. 1. §. ſi autem C. de iure domi imper. & noto in l. dies feſtos §. de ferijs, & Bald. in l. liber homo, ff. de

ff. de verbor. obligat. quæ quidem citatio, quæ facienda eſt à Papa, vel eius Legato, debet fieri per literas Apoſtolicas, ut patet evidenter in C. dilecti, de dolo, & contumacia, in verb. volente; ſed quando non citat imediatè Papa, ſed eius Legatus, in citationibus debet inſerere litteras Apoſtolicas, vel tenorem litterarum Apoſtolicarum conceſſarum ipſi, ut ego noto in C. præterea de dilat., & in C. cum in iure de officio Delegati. At quia maximas difficultates, ac labores fert omnes Epiſcopos citare, ſufficiet citare Archiepiſcopos omnes, ut veniant ad Concilium Generale in tali loco cum ſuis ſuffraganeis, & tali tempore, &c. Text. noſter ſic loquitur in C. ſi Epiſcopus Metropolit. 18. diſt. at inquiunt Doctores, quod talis citatio poterit fieri in Palatio Summi Pontificis in publica audientia, mandante Papa ex certa ſcientia, affigendo citationem in valvis Palatij Apoſtolici, vel ad valvas Lateranenſes, & S. Petri de Vrbe, prout videre eſt Ioannes Andreas in C. quoniam, §. porro, ut lit. non certè, & ibi Doctores; ſed ego tenerem quod talis citatio deberet fieri peſonaliter, & præcipuè quando citatus habet domicilium, quia de non habente proprio domicilio non contradico, vel quando ad domicilium non eſt acceſſus ſine magna difficultate, & ſic citati Epiſcopi tenerentur in coſcientia ſi non habent legittimum impedimentum comparere, ut patet ex C. in novo teſtamento diſt. 21. & Collegia Cathedralium ſi vacetur, poterunt per procuratorem comparere, ut noto in l. 1. §. uſus, ff. de procurat. Econtra verò ſi citarentur perſonaliter, quia natura cauſæ procuratorem non admittit, prout text. adeſt in C. veniens de accuſ. & in C. in criminalibus 5. q. 3. & in l. reos C. de accuſat. Non ſic Principes ſæculares, qui abſolutè poſſunt per procuratores comparere, prout favet text. in C. Apoſtolicæ de re iudic. in 6.

21. Talis citatio [quod idem dico de citatione facta per Epiſcopos, vel Archiepiſcopos, &c. ad Synodum, ſive Diœceſanum, ſive Provincialem] non requirit terminum pe-

tento-

Digitized by Google

rentorium, ſed unica citatio ſufficit, ita gloſ. ſing. in C. ſi Epiſcopus 18. diſt. & DD. tenent in C. ego de iure iurand. ratio eſt quia iſta citatio fit extrajudicialiter, in quo ſit, & ſufficit una citatio, adeſt gloſ. in Clement. 1. de hæreticis, in verb requiſierint, & ibi DD. & noto etiam in l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verborum ſignificat.

22. Tranſgreſſores verò citationum, vel intimationum dictarum [dummodo non adſit legitimum impedimentum] debent puniri tanquam contemptores, quorum pœna eſt excomunicationis, ut iuxta text. in C. Epiſcopus diſt. 18. ſimilis text. adeſt in C. ſequenti ſi quis Epiſcoporum, quæ quidem excomunicatio hic non accipitur rigoroſè, ſed ſolùm prout dicit ſeparationem à communibus negocijs cum alijs; Poſſunt tamen excomunicari rigoroſa excoemuniatione, & illos à participatione ſacramentorum ſeparare, & à comercio cum Fidelibus, (dummodo contumaces reperiantur) ut per archid. C. ſi quis Epiſc. iuxta text. noſtrum, in C. ceterum 11. q. 3. Tales enim contumaces incurrunt etiam in pœnam damnationis æternæ tanquam contemptores, ac patris ſui ſubſanatores; quibus videtur reſpondenda ſententia illa terribilis Proverb. 30. *Oculum qui ſubſanat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ fodient eum corvi de torrentibus, commendent eum filij aquilæ.* Hæc tamen mihi videtur de nullo modo accedentibus ad Concilium, neque per ſe, neque per procuratorem. Confirmat meum dictum Archidiaconus d. C. ſi Epiſcopus.

23. Et tanta eſt de neceſſitate ſupradicta citatio, de qua ſupra in §. n. 18, 19. & 20. locutus ſum, quod poſſent non citati dare de nullitate factarum, è contra verò ſi citati omnes, duo tantum venirent iſti enim penes ſe habent omnimodam auctoritatem, & quidquid feciſſent prout bene agerent, non poſſet reprimi, abſquè inverſione pœnæ contrafacientibus concilijs legitimis impoſitæ; fundo meam rationem in illo dicto à Chriſto Diſcipulis ſuis nempè, ubi fuerint duo, vel

tres

Digitized by Google

tres congregati in nomine meo, ibi ero in medio eorum. Matth. 18. & 1. q. 1. C. cum ſcriptura 34. q. 1. C. alienus facit C. Apoſt. de re iudic. in 6. adverte quod intantum eſt neceſſaria monitio quod ſi unus Epiſcopus videat alios ire ad Concilium non teneturire niſi ſpecialiter vocetur, ut bene notat Ioannes Andreas in C. ego .N. de iure iurando per textum illum, qui dicit, vocatus ad Conciium veniam. Si antem Concilium congregetur pro facto hæreſis, vel publicum factum Eccleſiæ concernente univerſale, per quod ſtatus Eccleſiæ perturbari poſſet neceſsè eſt Epiſcopos vocare, ſicut, & alios graves Prælatos, dummodo habeant quaſi authoritatem Epiſcopalem.

24. An vero Concilium ſit ſupra Pontificem, negativam ſententiam ego teneo contra Franciſcum Iaverium, affirmantem, Concilium Generale eſſe ſupra Pontificem prout falsò ſcribit pag. mihi 131. in decretis Concilij Conſtantienſis n. 2. verum unum eſt, quod Conſtantienſe Concilium, in quo fundat ſuas rationes loquitur, quod Summus Pontifex eſt ſubditus Concilio Generali in rebus fidei, conſentio, non autem dicam unquam quod Concilium ſit iudex Summi Pontificis Romani, ſed ſolum dici poteſt, quod, quando Concilium Generale eſt congregatum legitime, & in Spiritu Sancto unitum, ad extirpandam aliquam hæreſim, vel ſchiſma, vel ad determinandum aliquod, quod ad puritatem fidei Catholicæ pertinet, tunc Summus Pontifex dictæ determinationi tenetur ſtare, quia tunc Concilium repreheſentat Eccleſiam Catholicam militantem, quæ immediatè à Chriſto Domino poteſtatem habet, & ſic definitum fuit in Concilio Conſtantienſi, & ſi Pontifex erret in fide, non propterea à Concilio iudicandus eſt, ſed ſolum Concilium declarat errorem ſecutum fuiſſe, Deus deindè ſuum Vicarium ſolus iudicat, inferior, namque non habet iudicandi ius in ſuum ſuperiorē; benè tamen è contra; Papa namque Iudicem ſupra ſe non habet, niſi Chriſtum, qui ſolus illius judex eſt, ut communiter Sacri Cano-

 nes

nes docent,& præcipuè in C. nemo, & C. aliorum,&C. cuncta per mundum 9. q. 3. & C. electionem l. 29. diſt. cùm ſimilibus, & habetur textus in C. oves, & C. noſter 11. q. 7. hæc tamen Regula fallentiam habet, quando videlicet Papa ex ſua voluntate ſe alio ſubmittit, V. G. Confeſſori ſuo, quia tunc tenetur ei parere, ſic in C. nos,& in cauſa hæreſis C. ſi Papa 11. diſt. videatur de hac materia gloſ. & docto in C. ſi Papa Panormit. in C. novit de iudicijs, & aliàs docto, videri poteſt, etiam Archidiaconus in C. ſi peccaverit, & Panormit. in C. ſignificaſti de electione, & in C. Epiſcopus.

25. Quod autem Papa ſe ſubmittens confeſſario ab eodem iudicari tunc poſſit eſt, quia tunc Papa non eſt maior confeſſario, ſed inferior ratione delicti peccaminoſi, ſivè ratione peccati, undè ſicut prælatus, ſivè Pontifex ſit ſuper confeſſario, in quantum peccator eſt inferior confeſſario, quia tunc confeſſarius non ut talis perſona eſt, ſed prout miniſter deſuper Papam iudex eſt; ita divus Thomas in 4. ſententiarum diſt. 17. q. 3. art. 1. ad ſecundum, & idem dicit q. 4. ad. 4. Aſtens lib. 5. de confeſs. tit. 10.

26. An vero Papa teneatur confiteri in tempore præfixo ab Eccleſia, nempè in paſcate? dicendum eſt quod licet Papa non obligetur ex aliqua lege poſitiva ad hoc, nequè ex nexibus ipſius legis cum ſit ſupra Ius Canonicum, ac Concilia, ut ſupra dictum eſt C. propoſuit de conceſs. prebend. arg. l. digna vox de legibus, Baldus in cap. 1. circa finem de alien. feud. quod Deus Papæ, & Imperatori leges ſubiecit, & eorum celſitudini nulla lex imponi poteſt l. ſi de legibus, atquè adeò non tenetur ſingulis annis confiteri, ſed poterit ex iuſta cauſa diutius illam differre, quàm ab Eccleſia fuerit inſtituta; ita Sotus cum alijs in 4. ſent. diſt. 18. q. 1. art. 5. obligatur tamen ipſe Pontifex ad hoc, ex ligaminibus legis naturalis ad obſervantiam legis poſitivæ, quia lex naturæ dictat, ut Pontifex velit in ſe, quod vult in ſubditis ſibi, undè concludit Geminian. in C. iuſtum n. 9. quod Papa peccat mortaliter non

ſe confitendo ſemel in anno, firmat Felinus cap. 10. n. 35. de conſtitution. facit textus noſter in C. cum omnes potere legem quam ipſe tuleris, & alijs non debet legem imponere, quam ipſe nolit obſervare, ut dicitur in C. cum pro illorum, de prebendis, &c.

27. Quod idem valet de ſuperioribus alijs, circa hoc tam de Epiſcopis, quam ſuperioribus Regularium, qui multoties onera gravia, & importabilia, ſubditis ſuis imponunt, ipſi vero nolunt ea, nec digito movere, quod cauſat in ſubditis deſpectum legis, & peccatum in utriſque immò ſunt multoties cauſa gravis damni in Religionibus, & magnæ ruinæ, quando ipſi non ſolum non obſervent ſuas leges conditas, ſed permiƈtant in ſuis amicis illarum ſpretum, ut ita dicam, & non benevolos trangreſſores extra pondus gaſtigant, quod ſit contra iuſtitiam, & Religionis ſtatum, non enim delinqunt membra quando caput deficit, & ſi membra deficiunt, deficiunt in capite; nec valet dicere, quod conditor legis ſuperior non ſubditur legi, nec aliorum iudicio, quia hoc ſolum eſt verum de Summo Pontifice, qui non habet ſuperiorem ſupra ſe, nec Concilium Generale, nec alium, niſi Deum ipſum; ita in C. mandaſtis, & Robur, & auƈtoritas Concilij à Papa habetur C. ſignificaſti, de eleƈtione, & explicat, & benè ſe declarat Turrecremata, in §. hinc etiam diſt. 17. C. concilia, hinc fit quod nec de hæreſi iudicatur Papa, unde ait Turrecremata in C. ſi Papa, quod text. noſter quando ait, Papam poſſe iudicari de hæreſi, intelligitur Papam poſſe iudicari, ſivè declarari, à Deo non ab hominibus condemnatum, unde declaratio Concilij Generalis contra ipſum nihil facit, ſed tantum declarat, quod faƈtum eſt, quod non eſt de alijs ſuperioribus cui ſuper eſt iudicium hominum, & Dei, & ſi non hodie, cras, quando ipſi cum cæteris videbunt in mari vitreo ſimile criſtallo unam ſedem Dei, & ibique omnia opera ſua mala, permiſſiones, ambitiones, oppreſſionem virtutum, vitiorum exaltationem, ac igniorantiæ, nec non Religioſorum viro-

rum, tyrannicam oppreſſionem, à qua viſione pro eis tremenda, non eos Machiavellus liberabit.

28. Conciliorum verò Generalium auctoritas eſt, (dummodo auctoritate Summi Pontificis ſint congregata) tunc enim talia Concilia habent auctoritatem extirpandi hæreticorum errores ad hoc, ut vera fides Catholica una, & pura maneat in Chriſti grege; poſt etiam Eccleſiam in capite, & in membris, ut not. in cap. 1. & in C. ſicuti 15. diſt. exemplum habemus, quod Concilium Baſileæ inter alias cauſas principaliter congregatum fuit, ut Eccleſia Orientalis ab aliquibus erroribus purgaretur, & ad Eccleſiam Vniverſalem reformandam; quæ quidem reformatio facienda erat in Coſtantienſi Concilio, ſed ob multa negocia fuit prætermiſſum; quapropter ibi ſtatutum eſt, quod talis reformatio fieret in primo venturo Concilio. Neſcio tamen ſi adhuc facta ſit: neceſſe eſſet talem reformationem facere, ſed debemus excuſare Sanctiſs. Pontificem Noſtrum, qui in tantis anguſtijs implicatus, ex toto corde pro defenſione Fidei, & ſanctæ Sponſæ, etiam ſi a Chriſtianis ſinctis propugnetur, ut videtur hoc tempore, & confiteri debetur ab omnibus, quod ipſe eſt verè Vicarius Chriſti, & Defenſor cum ſuis Principibus Collegatis ſanctæ Matris Eccleſiæ, quem Deus incolumem vivere faciat. Qui enim hoc feciſſet, quod fecit Innocentius XI. Pontifex Summus Romanus, quantos labores paſſus eſt pro unione Principum cum Imperatore noſtro Catholico Leopoldo, ut Saracenos expugnarentur a nobis, & a Chriſti plagis; utinam omnes Fideles intelligerent eius voluntatem, & eis dictionibus omnes obedirent, ſicut de facto nō omnes concurrunt iuxta bonam, & ſanct. voluntatem Sanctiſs. Pontificis, quem Deus conſervet, ſed impediunt. At iſti caveant ab ira Dei.

29. Sede vacante poſſunt Cardinales convocare Concilium Generale; tenet Bald. in C. olim de reſcript. vide Card. in C. licet de elect. ubi allegat Innoc. in cap. 1. de maiorit. & obedient. & tunc in primis citandi ſunt Prelati, & alij Fideles,

deles, &c. qui ut notant DD. in §. hinc verum eſt, quod ſi veritatem ſpectemus, ſolus Papa Concilium congregare poteſt, aliàs monſtruoſum eſſet, & contra Conciliorum naturam, eſſet enim tunc corpus ſine capite, & ſi Concilium convocarent ſine Pontificis licentia eſſent Schiſmatici, ita text. noſter in C. multis diſt. 17. quia recederent ab unitate Eccleſiæ, quæ Diui Sionem non admittit. Vnitas verò repræhefentatur in Papa, ut in C. loquitur text. 23. q. 1. & in C. nova: anus 7. q. 1. & ſi talem congregationem Papa alijs committere poſſit, ut ſupra dixi, nempe ſuo Legato.

30. At quia ſuccedit quandoque, Concilia Generalia eſſe inter ſe diſſona, recurrendum eſt tunc ad antiquiora, prout auctor hic benè in iſto §. notare habet; ratio quia id quod antiquius eſt purius eſt iuxta dictum Argiropoli.

31. Et quia in præſenti §. locutus ſum pluries de auctoritate Summi Pontificis Romani, modo curioſitatis gratia quæritur, an ſit de fide, quod hic numero Summus Pontifex, V. G. Innocentius XI. ſit verè Criſti Vicarius, & Petri Succeſſor, ſaltem poſtquã de fide aliquid credendũ Fidelibus propoſuit; & reſpondendum eſt certitudine fidei affirmativè, hunc numero Pontificem, quia electus eſt ab univerſali Eccleſia Catholica, & ab ea pro tali receptum, eſſe verum Pontificem, ac Chriſti Vicarium, & verum Petri Succeſſorem, &c. ita defendit Valentia 22. diſp. 1. q. 1. punct. 7. Arag. 2. 2. q. 1. art. 10. tract. de concilijs dub. 1 ad 3. principale Ludovicus de Leon. ibid. Martinez d. art. 10. 2. par. princip. dub. 12 ad 2. S. Bonavent. tract. de auctorit. Papæ dub. 3. Albertinus tom. 1. princ. 3. Corollar. 3. dub. 2. Suarez diſp. 10. de fide ſect. 5.

Ratio autem quare hic numero Pontifex ſit verus Pontifex eſt, quia Chriſtus præcepit nos obedire in iis, quæ ad fidem, & mores pertinent, ſed de fide eſt debere obedire Pontifici Summo, ab Eccleſia Catholica canonicè, & legitimè electo. Ergo dè fide credendum eſt hunc numero Pontificem,

tificem, eſſe verum Romanum Pontificem Chriſti Vicarium, ac Petri Succeſſorem, maior propoſitio eſt vera per Evangelium; minorem ſic oſtendo, nam fideles certitudine fidei tenentur obedire ei; quem ſuum Superiorem agnoſcunt, atque eo ipſo quod quis ab Eccleſia in Pontificem, & Caput Supremum Fidelium eligitur, acceptatur, & cognoſcitur ut Superior. Ergo huic Fideles tenentur illi obedire Conſequentia tenet, nā ſi non teneremur illi obedire, eſſet quia poſſemus de eo dubitare, quod falſum eſt, nam tunc ſi poſſemus dubitare de regula proponentis, & eiuſdem auctoritate, conſequenter dubitare poſſemus de veritate rei propoſitæ.

32. Tum quia gratia Chriſti data eſt Petro, & ſuis Succ̄ſoribus immediatè à Deo, unà cum Iuribus, & dignitate, & hoc ipſum eſt, quod iam à ſe paratum ſupponebat, prout à Chriſto illi dictum fuerat in verbis: *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cęlis eſt*; undè Chriſtus nomine Dei dedit Petro, & Succeſſoribus ſuis in locum eius auctoritatem Pontificiam, cum hac conditione, ut nunquam deficere debuiſſet talis auctoritas in Dei Eccleſia, iuxtà illud [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo, &c.] hoc eſt, Tu es prima petra fabricæ Eccleſiæ meæ, Succeſſores tui cum te ipſo fabricam component ita firmam, ut nunquam ſit caſura; quare dictum ei fuit (Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.) In quibus verbis relucet magis, ac magis firmitas Fidei Catholicæ, quæ nunquam eſt defectura non ſolum in Petro, ſed neque in Succeſſoribus eius canonicè electis, quoniam non ipſi, ſed Deus in ipſis firmat omnia, prout dictum eſt: *Non vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Matth. 10.

33. Contra ergo hæreticos, & ſchiſmaticos, ſtantibus poſitis, ſic arguo. Dum enim ipſi falsè, & ſine ullo fundamento auctoritatem Pontificis Romani; eo ipſo concedunt illam in eodem Pontifice. Dicant mihi a quo habent eorum falſi Epi-

ſcopi

ſcopi auctoritatem, quam in illis concedunt eſſe; Dicent certè ab Apoſtolis, quia ut aiunt dictæ oves errantes hæretici. Si ergo ab Apoſtolis hoc eorum Epiſcopi falſi habent, quare Summus Pontifex noſter Romanus non erit Petri legittimus Succeſſor? Certè debet, ſicut in Apoſtolatu caput, ad quem referri debuiſſent omnia; ita in tota Eccleſia caput debet eſſe, cui omnia deferri debent; nam Epiſcopi inter ſe difficultando Iudicem habere debent, cum par imparem non habeat imperium: ergo ad Summum Paſtorem recurſus fieri debet, quod idem valet de Archiepiſcopis, &c. Hac de cauſa Chriſtus inſtituit ſuum Vicarium in Eccleſia Dei Petrum, & poſt ipſum Succeſſores uſque ad finem mundi, qui ſolùm habent in Eccleſiaſtica Hierarchia auctoritatem, & ius diffundendi illam in inferioribus iuxtà temporis, & loci neceſſitatem

34. Miror de cęcitate hæreticorum, qui à ſuo Rege fiunt Epiſcopi, & Archiepiſcopi ſupponentes habere auctoritatem, negantes illam Summi Pontificis Romani. Eccleſiaſtici nullo modo in ſua auctoritate à Regibus dependent, ſed ſolùm à Deo, & eius Vicario in terris exiſtente, qui eſt Romanus Pontifex. Imperator ipſe, & omnes Reges ſunt oves Pontificis Romani. Imperator confirmatur à Papa, & Reges ab Imperatore debent coronari, ut eſt gloſ. ſingularis in C. in apibus 7. q. 1. Poteſt Imperator elegi de omni natione, Abbas poſt Cardin. in clement. venerabilem de electione, qui debet eſſe Catholicus, venerabilis, liberalis, & non avarus Bald. in l. & in legatis in fin. C. ad l. facild. & in l. una, §. final. C. de caduc. tollerand. Poteſt in aliquibus corrigi per Papam, Innocent. in cap. 1. de offic. ordinarij, Abbas poſt gloſ. in C. venerabilem de elect. & habetur text. in C. ad Apoſtolicæ de reiudic. Si ergo Imperator Papæ poteſtati ſubiectus eſt, quantò magis Reges; & ipſe non creat Epiſcopos nec dat eis poteſtatem ſpiritualem, nec Reges hoc facere poſſent per conſequens, ſed ſolus Papa hoc facere poteſt, quia ipſe eſt communis hominum omnium Pater, ut in auth. neque

virum

virum quod ex dote, in fin. col. 8. & in auth. de fide inſtrum. §. 1. Papa namque ſolus ubique habet plenam auctoritatem, & liberam diſpoſitionem Beneficiorum, ita Cardinalis in clement. 1. de lite pendente; & in tantum pertinet quod poteſt privare Beneficio aliquem ſine cauſa, notatur in C. per principalem 9. q. 3. & in cap. 1. 10. diſt. & in C. omnis 12. q. 1. quia vocatus eſt in plenitudine poteſtatis.

In §. Provincialia.

35. Noſter auctor hic in præſenti §. agit de Provincialibus Concilijs, ac de auctoritate eorumdem, de quibus Text. noſter tractat, cap. 1. diſt. 18. & hæc quidem Concilia Provincialia, illa dicuntur, quæ propter Eccleſiaſticas cauſas, & ad altercationes ſedandas per ſingulas Provincias à Metropolitano congregari ſolent, vocatis Epiſcapis Provinciæ, nec non Capituli Cathedralium, & Curatis omnibus, &c. Hæc autem Concilia non habent aoctoritatem diffiniendi, neque Canones inſtituendi, ſed ſolum ſtatuendi quod ſervetur, id quod iam ſtatutum eſt per Concilia Generalia, Sacros Canones, ac Bullas Summi Pontificis Romani legittimè, ac canonicè electi quamvis, ut plurimum ea, quæ iuxtà dicta ab ijs Provincialibus Concilijs ſtatuta ſunt, Eccleſia confirmet, & accipiat.

36. Non poteſt Metropolitanus aliquid ſtatuere niſi de licentia, aſſenſu, ac conſenſu Suffraganeorum in cauſis ad eos, & illum ſpectantibus, ex qua re videtur quòd maior ſit auctoritas Epiſcoporum ſuffraganeorum, quam ipſius Metrapolitani, quod totum deducitur ex cap. 1. de officio legati, ubi habetur Archiepiſcopum, cauſas Epiſcoporum ſuffraganeorum poſſe cognoſcere, & non ſolũ hoc facere poteſt quando proceditur via oppoſitionis, ſed etiam alijs de cauſis, etenim habet iuriſdictionem in hoc, ut gloſ. & DD. docent in d. cap. 1. & iuſt. nat. in C. novit, de ijs quæ fiunt à prælato, quapropter Concilia provincialia celebranda ſunt ob obſervantiam conſtitutionum alios promulgatarum.

37. Quæ

37. Quæ quidem auctoritas Archiepiſcopi in ſuffraganeos ſuos non eſt tanta, ut poſſit eos ab Epiſcopatus officio deponere, cum hæc auctoritas ſolius Papæ ſit, ut habetur clare 11. de tranſation. prælato, & de hoc vide Panormit. in cap. 1. de officio legati, benè tamen de criminibus parvis cognoſcere poteſt, & ipſos Epiſcopos punire: C. ſacro, de ſententia excomunicationis, & 10. q. 3. C. quia cognovimus, ut benè notat Ioannes Andreas in C. ut litigantes de officio ordinis lib. 6. de cauſa vero çivili differenter cognoſcit etiam ſi ſubditi Epiſcopi conveniant Epiſcopum, ſed ſi Epiſcopus habeat cauſam contra ſubditum ſuum non convenire debet coram Archiepiſcopo illum ſed debent, eligi arbitri auctoritate iuris, & hæc probantur in C. ſi clericus, adverſus clericum 11. q. 1. ità Panormit. in C. paſtoralis, ubi dicit quod nullam poteſtatem habet (regulariter loquendo) in ſubditos Epiſcoporum, ipſe Archiepiſcopus præterquam in caſibus exemptis, vide gloſ. & Doct. de hoc in dicto C. paſtoralis, nec non vide Card. in Clementina 11. §. 1. & ſi duo ſudditi Epiſcopi litigium inter ſe habent, vel Epiſcopus contra ſudditum non poteſt adire Archiepiſcopum, niſi per appellationem, C. venerabilis de ſententia excomunicationis lib. 6. ubi litera dicit, Archiep. non poſſunt abſolvere excomunicatos à ſubditis ſuffraganeorum, ſed poſſunt abſolvere ſi ad eos appellatum fuerit, vide de hac re in C. venerabilibus in principio, & in §. porro, & in §. ſed ſi ex cauſa legittima, & in §. ſane, & in §. denique; nec Archiepiſcopus inhibere poteſt, niſi prius recipiat appellationem, ut probabilius accipiat cauſæ veritatem, ut habent DD. in C. Romana §. ſi autem, & in hoc adverte, quod Archiepiſcopi ſèper gravant, videatur textus ſingularis in C. illis 80. diſt. ubi legitur, quod gentiles habebant tres ordines Sacerdotum, nempè primi flamines, archiflamines, & flamines, & quod loco primi flaminum, Petrus iuſſit poni Patriarchas qui de maioribus aliorum Epiſcoporum cauſis cognoſcerent, loco archiflaminum, Archiepiſcopos loco flaminum, Epiſco-

 pos

pos, qui in ſingulis civitatibus eſſe debent, &c. Archiepiſcopus namque nihil poteſt attentare in diœceſibus ſuffraganeorum niſi quatenus in Iure Canonico reperiatur expreſſum, ità Panormit. in C. ſicut unire, de exceſſib. Prælatorum, & ibi gloſ. enumerat. 11. reſervata Papæ.

38. Hæc provincialia Concilia, quæ modo amplius non celebrantur (nec conſonum eſt illa celebrare utpotè quia ſchiſmas, & iurgia cauſant inter Epiſcopos) incæptionem habuere à S. Paulo Apoſtolo, qui primo celebravit, ac congregavit primo in Mileto, congregatis maioribus natu provinciæ Epheſinæ, ut in actis Apoſtolicis cap. 23. fuerunt deindè congregata multa alia concilia provincialia, ſed ut dixi, potius rationem ſchimatis habent, quàm concilij, ratio eſt quia ſuperabundante malitia, & ambitione, refrigeſcit fides, & multorum charitas.

39. Hæc autem concilia non habent facultatem decidendi, ſed conſulendi tantum, ita Abbas in C. fin. de ijs, quæ fiunt à Prelat. ſinè conſenſu cap. ſed ego credo, quod omnia acta in iſtis ad Papam debeant referri, deduco hoc ex antedictis, quia cum Papa ſit omnium ſummus, & omnes ſint ei ſubiecti, ut clarè gloſ. valde notabilis in Clement. ad noſtrum de hæreticis, in verbo Eccleſiæ, prout etiam videri poteſt alia ſingularis gloſ. in C. cauſa il 2. qui filij ſunt legitimi, vide Innocent. in C. licet ex ſuſcepto de foro competenti, Oſtienſem quoque reſpice in C. per venerabilem, qui filij ſint legitimi vide etiam eundem in ſua ſumma, eo titulo §. qualiter, & quando, quia ſūma poteſtas ſpiritualis eſt penes Summum Pontificem Romanorum canonicè electum, ſicuti temporalis penes Imperatorem, ut in C. ſolite, de maiorit. & obedientia, unde ſine auctoritate Pontificis Summi Romani. Talia acta in Concilijs Provincialibus nihil valent, niſi ad Eccleſiam Romanam, & fidem Catholicam confirmandam ſi ad hunc finem congregentur, ſi aliàs, a regibus, & principibus fiant congregari, ſunt ſal infatuatum; ad Eccleſiam Romanam, & fidem confundendam.

40. Eſt

40. Eſt enim Eccleſia militas formata ad in ſtar Eccleſiæ triumphantis, prout inquit Ioannes Apocalypſis cap. 12. in principio *vidi Ieruſalem Sanctam novam deſcendentem de Cœlo*; cum ergo in triumphante Eccleſia ſit unus Princeps Summus, cui obedientiæ tota ipſa Eccleſia perfectiſſimè eſt ſubiecta, nempè Deus, ſequitur neceſſario, quod etiam Eccleſiæ Militanti unus Summus Princeps præſideat, qui Spirltualem poteſtatem habeat, qui eſt Summus Pontifex Romanus. Imperatores, ex Reges talia Concilia congregare, non poſſunt, non enim poteſtatem habent in rebus ſpiritualibus, ut Chriſtus Pilato dixit; poteſtas namque Spiritualis à Deo datur Summo Pontifici Romano,& ipſe alijs dat, & limitat, ac dilatat, prout vult, ut inquit text. 22. diſt. q. C. omnes. undè non ſolum in ſpiritualibus, verum etiam in temporalibus, ſi enim infideles agererent Bella contra fideles Catholicos, puto quod Papa poſſet præcipire Principibus Chriſtianis, ut contra hoſtes pugnarent, una cum, ſubditis ſuis, &c. Exemplum habemus, quod Beatus Gregorius præcepit civibus, Tuſciæ, ut contra Longobardos arma pararent, & militantibus ſtipendia decrevit, quod etiam [& ſi leviter] tangit talem auctoritatē Papam habere D.Thom. 2.2.q.49.art. 2. undè ſemper laudandus eſt, & erit in omni ſæculo venturo Summus Pontifex præſens Innocentius XI. qui relictis parentibus ſolum ſuæ ſponſæ Eccleſiæ adeſit, quem ut ab hoſte turca defenderet Principes Criſtianos univit, pæcunias, & auxilia, non ſolum temporalia, ſed ſpiritualia omni conatu miſit, ac mictit in dies, & ita omnes Pontifices facere deberent, ut deducitur ex C. de bello, & ex extravaganti Bonifacij incipiente unam ſanctam, immò omnes Reges, & Principes in tali auxilio Summo Pontifici tenentur obedire, & cum illo concurrere in defenſionem fidei Catholicæ, & ſi nolunt poteſt eos excomunicare, & dignitate regia privare; exemplum eſt in cronicis, quod cum Romana Eccleſia opprimeretur ab Aiſtulpho Longobardorum Rege, Stephanus Papa Secundus natione

Romanus auxilium petijt à Conſtantino; & Leone eius filio Imperatoribus, qui cum nollent Eccleſiam patrocinare, ipſe Summus Pontifex prænominatus, Imperium tranſtulit in Carolum Magnum, qui filius Pipini fuerat, quem Zacharias eius prædeceſſor ſubſtituerat loco Regis Francorum, ex quibus colligitur, quod poteſtas auctoritativa gladij materialis contra infideles, hæreticos, ſchiſmaticos, & tyrannos maximè in in Romanum Pontificem reſidet, ut in C. de bello, vide etiam extravgantme Bonifacij, incipientem unam ſanctam, vide etiam C. venerabilem de electione, ubi gloſ. dicit id quod immediate ego ſuperius dico de Pontifice Summo Stefano, &c. de qua re videri poteſt in C. alius 15. q. 6. hinc fit quod iuſtè Iulius II. Ioannem Regem Navarriæ, Chiſmaticum, hæreticum, & Apoſtolicæ Sedis hoſtem publicum, a què reum leſę maieſtatis, declaravit, regnumque, & omnia eius bona publicavit primo aucupanti, atque nominatim Catholico Regi Hyſpaniarum conceſſit, ob ſupradictas cauſas.

41. Ex quibus deduco, quod Papa ſibi inobedientes in his, quæ pertinent ad fidem, vel ad illam patrocinandam, poteſt illos Principes tales renuentes ſtatu, vel regno privare, ſi Reges etiam ſint, vel Imperatores; ita S. Thom. 2.2.q.40. art. ult ni fallor. Quanto magis hoc dicendum eſt de Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, qui debent eſſe ſui coadiutores in Eccleſiæ augumentum, & conſervationem.

Non miror ſi ſub tanto Pontifice Reges, & Principes Chriſtiani omnes uniti ſunt ad defenſionem fidei Chriſtianæ contra Turcas, & hinc eſt, quod quando ſaraceni ſperabant Romam depredare, nos Chriſtiani, depredamus eos; ſivè, ut melius dicam recuperamus loca iam ab ipſis occupata, & ubi temporibus elapſis venarabatur Corpus, & Sanguis Chriſti, Veneratus fuit per annos multos Mauhmetus. Surgite (dicam) Principes, & arripite clypeum pugnate cum antiquo dracone ad Dei Gloriam, nolite timere, quia in enſe veſtro

adeſt

Digitized by Google

adeſt Deus, qui pro nobis pugnat; Paſtorem Sanctum habemus, qui ſua pietate, & Paterno affectu procuravit inter vos Pacem, & valde omnes in amicitiam ligavit; demus ergo Gloriam Deo noſtro, qui ut ſpero nos liberabit de manu Pliſteorum, & Agarenorum: quid non fecit noſter Imperator Leopoldus, cum ſuis armis hinc à duobus annis contra Turcas? quid Rex Galliæ, non operatus eſt contra Affricanos, quid Reſpublica Veneta, cum armis ſuis, & ſuis collegatis, & præcipuè inter iſtos Summus Pontifex Innocentius XI. qui ſemper vivat, Coſmus III. Magnus Dux Etruriæ, & Religio Ieroſolimitana: Rex Poloniæ, neque ſibi ipſi pepercit, relinquendo Regnum proprium, ut totam Chriſtianitatem liberaret à Tyrannide Turcarum, &c.

De Rege Angliæ, & Hyſpaniæ, quid dicam, quando primus iam pro ſalute animarum, & obedientia erga Summum Pontificem Romanum tantum laborat: De ſecundo, qui quotidie, in Affrica reprimere habet Turcas, ut ibi in illa parte mundi, ſicut apud Indios conſervetur quantum poſſibilis eſt fides Chriſti Domini, & obedientia Vicario vero Chriſti; iterum dico, conſurgite Principes, & ſimul uniti recuperate, quæ Dei Chriſtus Sanguine proprio irrigavit, & quæ Chriſtianis tota ſublata fuere, vos enim Deus elegit, ut ſui defenſores ſitis in terris, ipſe enim anteſignanus veſter erit, fidelis, fortis, & invincibilis.

42 Vocantur Capitula, ſive Provincialia Concilia, quia quilibet Metropolitanus una cum ſuis ſuffraganeis, & clero poteſt ſtatuere aliquod Ius ſibi, ut in C. ius civile diſt. 1. & C. quæ contra, diſt. 8. & C. catholica diſt. 11. Vnde Archiepiſcopus, & ab eo convocatum Concilium, Canones provinciales condere poteſt dummodo non ſint contra Canones Pontificios; non poteſt tamen de maioribus negocijs, ut hic auctor, & diſt. 18. in princ. & in C. de conſtitut. & in C. 2. de elect. & in C. nec Epiſcopi de temp. ordin. neque determinare aliquid de Fide credendum, neque de auctori-

Digitized by Google

tate Pontificia, nam hoc ſolum ad Summum Pontificem, ut dixi, vel ad Generalia Concilia pertinet.

In §. Epiſcopalia Concilia.

43. Concilia Epiſcopalia illa dicuntur, quæ ab Epiſcopo in ſua Diœceſis ſingulis annis convocare ſolet cum ſuis Abbatibus, Canonicis, &c. In quibus Concilijs poteſt conſtitutiones facere pro decore clericorum ſervando, ac pro meliori directione animarum ſibi concreditarum; quæ quidem conſtitutiones non ligant ſubditos Epiſcoporum, niſi poſtquam ad eorum cognitionem devenerint: qua propter Epiſcopus tenetur ſuas leges ſynodales ſuis populis publicare, ſive notificare ad hoc, ut illæ illos ligent, ita D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. & adeſt text. C. de tempore ordinandi in 6. Dixi quod Epiſcopi ſolent in quodlibet anno ſua Concilia celebrare, quia hoc ſtatutum fuit in Concilio Niceno Can. 5. & conſtat etiam ex Epiſtola 4. Leonis I. cap. 7. adeſt etiam circa hoc Epiſtola Decretalis Hylarij Papæ ad Epiſcopi Galliæ; at hoc moderatum fuit a Tridentino ſeſſ. 24. cap. 2 de reformat. ubi ordinatur, quod Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſaltem quodlibet triemnio debeant convocare ſuum Concilium Diœceſanum.

44. Cuius legibus non obligantur ſubditi extra Diœceſim exiſtentes, quando leges dicti Synodi, ſive Diœceſani Concilij ignorant, dummodo non ſit ignorantia craſſa, & ſupina, argument. l. fin. ff. de iuriſdict. omn. & etiam habetur ex C. Apoſtolicè de cleric. excom. miniſt.

45. An verò Epiſcopus in dicto Synodo, ſive Concilio Epiſcopali poſſit novum diem feriatum cum damnoin honorem aliſcuius Sancti ſine conſenſu populi aſſignare, negativā ſententiam tenet, dummodo ſaltem populi non eſſent præſentes, tenet Ioan. Andreas, & poſt ipſum Fed. de Senis, Arch., firmat Abbas in C. conqueſtus. Contradico tamen ubi eſt cauſa ratio notabilis, V. G. quia nollent Sanctum populi honorare ex ſua terra oriùndum, non officeret. 46.

46. Et quia ſumus in auctoritate Epiſcopali, circa determinationes eius in ſuo Concilio Diœceſano, aut Synodo, quomodoqunque illum vocare velimus, videndæ ſunt, ac examinandæ, dioidendęque multæ quæſtiones, quæ non parvi, immo maximi momenti ſunt, & dico tam de auctoritate Archiepiſcopi, quàm Epiſcopi ſuffraganei.

47. Quæritur primò, an Archiepiſcopus iu Decretis Synodi provincialis facta ſine cauſa legitima valeat, & ſi ex utraque parte ſint rationes, negativa pars tamen verior eſt; Ratio mea ex multis deducitur. Primò, quia non valet ratio abducta ab adverſarijs de Pontifice, reſpectu decretorum Concilij generalis, nam Pontifex ita eſt Supragenerale Concilium, ut à Concilio ad Summum Pontificem detur appellatio, ita Iacubat. tract. de concilio lib. 10. art. 2. n. 2. in fin. Scacc, de appellat. q. 8. n. 100. Non ſic eſt Archiepiſcopus reſpectu Concilij provincialis; qui ibi non eſt ſuperior, nam poteſt ab eodem Concilio provinciali multari, & excommunicari, ut probat Navarr. conſ. 7. Tum quia Concilium provinciale adeo maior eſt Archiepiſcopo, quod ab eo appellatur ad illud, tanquam ab inferiori ad ſuperiorem, prout tradunt gloſſ. final. in C. ad collat. de appellat. lib. 6. Cardin. in clement 1. §. quod etiam. in interdict. n. 1. notab. 1. de ſententia excommunicat. ubi Ancharan. n. 5. notab. quod etiam firmat Navarr. in conſ. ubi ait, quod Archiep eſt ſolum caput Concilij provinc. ad effectum illum congregandi, & ſolum in illo primam ſedem habet, ſicut habet Decanus, & Senior Canonicus in Capitulo Cathedralis, ſed non quoad hoc, ut ſit ſuperior Concilij congregati, nec habet illam iuriſdictionem, quam habet dictum Concilium provinciale, cum ſit tantum coniudex, & collega aliorum Epiſcoporum, undè irrita eſt diſpenſatio facta ab Archiepiſcopo ſine iuſta cauſa in Decretis Synodi Provincialis, tenet Sanchez de Matrimonio lib. 8. diſp. 17. num. 36. non ſic Summus Pontifex, quia cum ipſe ſit ſupra decreta Conciliorum

poteſt

poteſt illis derogare, ut deſumitur ex C. nonnulli de reſcriptis, & C. cum te de ætate, & qualitate, &c. & C. ex parte, de cappellis monachorum, ubi gloſ. verbo nulla mentio, Archidiaconus in C. 1. de conſt. in 6. Felin. in C. nonnulli de reſcript. Menochius conſ. 294. n. 11. & ſequent. Candelab. cap. 12. n. 22. Sarmient. lib. 3. Select. cap. 14. n. 3. Gutiriez in l. nemo poteſt n. 178. ff. de legat. 1. & conſtat ex prax. ac ſtilo Romanæ Curiæ, qui legem induit, & notant Gerinon. de indult. Cardinal. §. per quæ ſublatis n. 74. Marta de clauſ. 14. n. 3. Bonaccina diſp. 2. de cenſurijs q. 5. punct. 2. n. 5. verſ. ratio deſumitur, Barboſa in collect. ad Tridentinum Seſſ. 25. cap. 21. de reformat. Rota Romana in una penſionis S. Angeli 16. Decemb. 1594. unam Pamphilio, & ita etiam declaravit Sacra Congregatio in una abulenſi, quam refert Garzias tom. 1. de beneficijs par. 4. cap. 1. n. 32. eiuſdem loci, ubi refert motum proprium Pij V. ita declarantem Anno 1570. & patet ex dicto Concilij Tridentini ſeſs. 25. cap. 21. de reformatione, ubi declarat ea, quæ ſtatuta ſunt circa morum reformationem, & Eccleſiaſticam diſciplinam, ità decreta fuiſſe, ut ſalva ſemper maneat auctoritas Sedis Apoſtolicæ.

48. Neque valet dictum Azevedi in l. 2. circa finem tit. 6. lib. 1. recopilat. ac Cevalli, de contingent. violent. in prol. n. 151. & gloſ. 6. n. 62. prax. prælud. 5. n. 16. Bobadil. lib. 2. polit. cap. 18. n. 268. ubi ab iſtis aſſeritur, quod in Hiſpania non admittitur quidquam contra Concilium Tridentinum, niſi contineat expreſſam derogationem, quia contra voluntatem Summi Pontificis nolentis legem aliquam obligare ſubditos ſuos fideles nunquam obligationem induet in illis; quando obligatio legis dependeat ab habente poteſtatem debitam, ac neceſſariam iuriſditionem, quando Summus Pontifex ſe declarat, quod non vult, ut aliqua lex Concilij Generalis teneat habetur hæc pro derogata; videatur Paſqualigus q. moral. centur. 2. pag. mihi 16.

49. Quæ-

49. Quæritur ſecundò, an Archiepiſcopus ſit iudex Epiſcoporum ſuffraganeorum ſuorum, & ſi Petr. Paul. Guazzin. lib. 2. de iudice pag. mihi 102. col. 2. n. 12. affirmativam partem defendat per text. in C. quia cognovimus 10. q. 3. & C. paſtoralis in princ. ubi Abb. n. 2. de officio ordin. & C. ſollicitudine de appellat. cum multis alijs locis canonicis, eo quia inquit ipſe, eſſe Archiep. præſſe omnibus ſuis ſuffraganeis; attamen ego ſemper tenerem ſententiam Auguſt. Barboſæ de iur. Eccl. lib. 1. cap. 7. n. 46. qui ait in contrarium defendendum eſſe, aſſerendo ſe inveniſſe declarationem Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regul. in una Regien. die 31. Maij 1588. in qua reſcriptum fuit, Archiepiſcopum non poſſe cognoſcere cauſas civiles ſuorum ſuffraganeorum, ſicuti neque criminales, ut alibi dixi, in quibus ſolus Pontifex eſt iudex, per Concil. Trident. ſeſſ. 13. de reformat. cap. 6. 7. & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5. & DD. unanimiter hanc ſententiam ſequuntur.

50. Poſſunt benè Archiepiſcopi ſuis ſuffraganeis iniungere, ut ſervare faciant in ſuis Eccleſijs id, quod ſervatur in Eccleſia Metropolitana, iuxta C. dilectus il 2. de ſun. & notat Marc. Ant. Genvenſis in prax. Neapolit. cap. 70. n. 21. item ut in Eccleſijs eorum reſideant, & inquirere poſſunt ſuper eorum abſentiam per Concilium Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 1. Adeſt etiam circa hoc conſtitutio Pij IIII. incipiens: De ſalute gregis de Anno 1560. de qua Quaranta in verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ. 12. Item poſſunt impellere eos, ut iuſtitiam ſuis ſubditis miniſtrent, erigant ſeminarium, congregent Synodum, & ſimilia, C. conqueſtus 3. q. 3. & C. cum ſimus 9. q. 3. & C. final. de offic. Archidiac. Quaranta ubi ſupra n. 90 Genuenſ. loc. citat. n. 3.

51. Quæritur tertiò, an Archiepiſcopi habeant iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum.

Reſpondeo, quod in illis ſolum habent iuriſdictionem, quæ a iure communi conceditur; unde etiam ſi dicti ſubditi

 aliter

Digitized by Google

aliter conſentirent, niſi accederet conſenſus ſuffraganeorum, non poſſent ultra illud eam extendere, cap. 1. de ſuppl. negligentia prelati, & notant S. Antonin. par. 3. tit. 3. cap. 4. §. 3. verſ. item, C. paſtoralis in fin. pag. mihi 12. Quarant. ubi ſupra n. 12. Genuenſ. n. 7. Barboſa in collect. ad C. paſtoralis n. 3. de offic. ordin. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 2. n. 54. & q. 17. limit. 46. membr. 3. n. 11.

52. Quinam ſint caſus in iure expreſſi, in quibus conceditur Archiepiſcopis iuriſdictio in ſubditos ſuffraganeorum. Reſpondetur, quod ſunt ſequentes. Primo, quando dicti ſubditi, ſibi, nuncijs familiæ Archiepiſcopi iniuriam licèt occultam intulerint, tam ſi ob id iuriſdictione impediatur, ſive non, cap. 1. de pœnit. in 6. & ibi Archidiac. cum Oſtienſ. Marc. Ant. Genvenſ. loco num. antecedenti citat n. 13. Secundò in puniendis criminibus notorijs dictorum ſubditorum, & hoc agere poſſunt in omni tempore abſque appellatione, etiam extra viſitatione, quia in tali caſu ſemper ſupponitur Epiſcopus negligens, undè Archiepiſcopus poteſt ſupplere, Sebaſt. Cæſ. in relect. ad Eccl. Hierarch. diſput. 5. §. 2. n. 21. Tertiò, quando delinqunt in Diœceſi Archiepiſcopi, vel ſi in contractus ſit initus, aut res conſiſtat, efficiuntur enim tunc ſubditi eius ratione delicti, & contractus, cap. 1. 3. q. 6. C. placuit 6. q. 3. & C. fin. de foro compet. Quartò, ſi ſubditus Epiſcopi conqueratur iniuſtè fuiſſe excommunicatum ab Epiſcopo, nec ab ipſo poteſt ullo modo abſolutionem obtinere; tunc Archiepiſcopus accepta cautione iuratoria, illum abſolvere poteſt, C. ad reprimendum, de officio ordin. C. qua fronte de appellationibus. Quinto poteſt Canonicorum exceſſus iniuſtè à divinis contra ſuum Epiſcopum ceſſantium vindicare, & metu pœnæ coercere, C. irrefragabili, §. cęterum de offic. ordin. ubi Barboſ. in collect. n. 14. Sextò habet iuriſdictionem in omnibus ijs, quæ concernunt bonos mores totius Provinciæ, ut in tollendis conſuetudinibus pravis, in faciendis exulis a tota Provincia, in-

viſi-

Digitized by Google

viſitando illam, & ſimilia, prout latè tractat Barboſ. de iur. Eccl. d. cap. 7. n. 72. &c. & has iuriſdictiones habet, prout ſunt eſpreſſæ in iure, & hac uti poteſt tantùm quando aliàs ſuffraganeus eſt negligens; videatur verb. Archiepiſcopus, verſ. 26. ubi Proſper. de Auguſtinis in addit. & Barboſ. de poteſt. Epiſc. par. 1. tit. 7. n. 36. quibus addo Cherub. in compend. Bullar. in conſtitut. Pij II. quæ incipit: Triumphans ſol primo, qui, &c.

53. Quæritur quartò, an Epiſcopus, vel Archiepiſcopus poſſit imponere laico pœnam pecuniariam, & præcipuè pro delicto mixto. Tota difficultas in hoc conſiſtit, quod videlicet cum laicus non ſit temporaliter ſubiectus Epiſcopo, non poſſit conſequenter ipſe Epiſcopus laicum temporali, ſive pecuniaria pęna, aut alia illum affligere. Hanc ſententiam ad favorem laici tenet Ioan. Andreas poſt Oſtienſ. in cap. 1. de homicidio in 6. dicendo, quod talis pœna debeat facere imponi a iudice ſæculari, & ipſemet Ioan. Andr. allegat cap. 2. de maledic., & C. poſtulaſti de iudic. C. cum ſecundum de honeſt. in 6.

54. Contraria tamen opinio tutior eſt, & veriſſima, quæ tuetur à Siculo in C. licet n. 8. & C. ad aures n. 1. de pœnis, ubi propter ſacrilegium patratum Iudex Eccleſiaſticus poteſt impònere laico pœnam temporalem, privando illum a dominio utili acquiſito ex contractu, &c. Pro hac 17. q. 4. C. quis quis. Cum igitur Iudex Eccleſiaſticus ſibi vendicet locum in laicos, non apparet ulla ratio, quare non poſſit illi pro delicto patrato pœnam pecuniariam imponere; & ad hoc probandum abduco text. 16. q. 1. C. ſtatuimus, & idem notat ipſemet Siculus in C. in quibuſdam de pœnis; item in C. Adrianus il 2. diſt. 53. in fin. ubi imponitur laico pœna confiſcationis bonorum; & quandoque laici à Iudice Eccleſiaſtico privantur dignitatibus 32. q. 5. C. præceptum; & hodie abſque ullo dubio eſt in praxi; hoc tamen eſt vęrum in cau-

ſis criminalibus; non autem in civilibus, niſi in caſibus 16. per Siculum deſcriptis in C. licet de foro compet.

55. Vndè deduco, quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt compellere laicum ad abiciendam concubinam per pœnas temporales, vel pecuniariam; ita communiter DD. tam Theologi, quàm Canoniſtæ, & adeſt in hac re declaratio Sacræ Congregationis Concilij in una Mediolanenſi. Archiepiſcopus Mediolanēſis adulterum condemnaverat in pœna ſcutorum quinquaginta, quæ pijs locis applicata fuere; non tamen factis monitionibus prius dicto adultero; factus fuit per dictum adulterum Sacræ Congregationi recurſus, & non obſtantibus, Sacra eadem Congregatio Concilij die 3. Novemb. 1587. cenſuit, quod Concilium non ſubſtituiſſe alias pœnas contra adulteros, & ſic quod Archiepiſcopus malè non ſe geſſit; ratio eſt; quia ad condemnandum adulterum in pœnam pecuniariam non requiritur monitio, benè verum, quod monitio trina requiritur, quando Iudex Eccleſiaſticus contra laicum concubinarium vult ferre excommunicationis ſententiam.

56. An verò Epiſcopus contra mulieres habitantes cum adulteris, & concubinis publicè poſſit ultra exilium alijs etiam pœnis contra adulteros inflictis cumulatim puniri ex hoc capite? congregatio Concilij cenſuit poſſe, quia Concilium, non tollit pœnas impoſitas a iure communi.

57. An Epiſcopus, vel ſuus iudex Eccleſiaſticus in foro pœnitentiali poſſit pœnitenti imponere pœnam pecuniariam, & pro eodem delicto poſſit delinquenti imponere duplicem pœnam; omnibus iſtis dubijs reſpondeo negativè, & ratio eſt; quia quando delinquens læſis poteſt ſatisfacere orationibus, ieiunijs & alijs actibus, quibus redimat peccata ſua, non poteſt lædentem condemnare in pœnam pecuniariam; ita de pœnd diſt. 1. C. medicina, & C. medicamentum, Domin. in C. quoniam diſt. 18. in qua re non poſſum ego non condemnare illos con-

feſſarios, qui pœnitentibus loco pœnitentiæ ſalutaris imponunt expenſas pro faciendis paramentis Eccleſiæ, vel altari, aut, ut tot Miſſas faciant celebrare, & dent eleemoſinas pro dictis ſibi ipſi Confeſſario: Ad ſecundum dubium, ſimiliter negativa pro me eſt reponſio; niſi quando delinquens eſt protervus, ita in l. ſanctio legum ff. de pœnis tenet Boſſius in titulo de pœnis pag. mihi 486. n. 6. quia tunc protervitas delinquentis, ita meretur non inconvenit, ut duplex pœna illi imponatur, & etiam triplex 16. q. 1. C. ſtatuimus, ubi pœna pecuniaria, & privatio communionis imponitur, ad idem l. Fulcinius in fine ff. ex quibus cauſis in poſs. ubi quis privatur poſſeſſione, & fructibus, quos miſſus in poſſeſſione lucratur, declarat Abbas in C. quoniam frequenter in §. fin. n. 8. ut lite non conſtet, facit etiam textus in lege placet in fine, C. de Sacroſancta Eccleſia; ubi ſi quis exegerit ab Eccleſia, excomunicatur, & deponitur, igitur quanto magis in caſu noſtro, cum non fuerint pœnæ impoſitæ unico contextu, ſed creſcente contumacia, poſt protervitatem, & incorrigibilitatem pœnitentis fuit aucta pœna, facit in hoc etiam textus in C. cum non ab homine de iudic. & per multa iura in Concilio Trident.

58. Immò pecuniaria, non ſolum ſemel poteſt imponi, ſed uſque ad tertiam vicem pro eodem delicto; l. eos C. de modo multandi, gloſ. in l. 3. verſ. vel viginti, C. de servis fugit. Geminianus, & præpoſitus in d. C. quoniam.

59. Non poteſt tamen Epiſcopus, ſive Archiepiſcopus illas pœcunias ſibi applicare, ſed debet illas in pios uſus convertere; ita in C. præsbiteri de pœnis, prout etiam habetur in Concilio Trident. ſeſs. 25. de reformat. cap. 3. qui addit in uſus pios, ſic firmat Hoſtiens in C. licet, de pœnis, & in C. irrefragabilis de officio ordinis, & hoc ad tollenda ſcandala, & periculum conſcientiæ factum eſt: C. cum ſit, §. fide Iudæ, quia alias ſemper timendum eſſet, quod avaritia illos traheret; quod idem valet de Confeſſarijs imponentibus pœnitentias pecuniarias, firmant DD. in C. unico de homin. 6.

60. Quid

60. Quid autem intelligatur pro uſu pio, dico quod poteſt intelligi fabrica palatij Epiſcopalis, ſecundum Bartolum in l. multarum, C. de modo multandi, item refectio murorum, pontium, & ſimilium, habetur etenim in ſimili quod ad propoſitum facit in l. 3. C. de modo mult. item intelliguntur Eccleſiæ, Monaſteria, & alia opera pia, ita Angelicus Doctor 2. 2. q. 85. art. 7, quare fit, ut ſi quis conderet teſtamentum, & relinqueret in illo, quod omnia ſua bona, tam mobilia, quàm immobilia diſtribuantur in pias cauſas; diſtribuendo illa bona eſecutores teſtamentarij, in maritando puellas, ſatisfaciunt voluntati teſtatoris, qui ita firmat Bald. in l. ſiquis ad declinandam 3. cal. C. de Epiſcopis, & Clericis.

61. Deduco ego immò ex antedictis, quod dicta multa poſſet diſtribui filijs multati, ſi pauperes ſint, immò ipſi mullato relinqui, ſi maxime indigeret, Bartholus in dicta l. 1. C. de modo mult. alleg. per l. illicitas in fine ff. de officio præſidis, & Bartolus in l. 2, C. de ſententia, & interlocut. licet poſtea ſi multatus factus eſſet loclupetior, poſſet Epiſcopus ſibi applicare ſi maxime indigeret. Oſtienſis, & Siculus firmant in C. irrefragabili, Imola in cap. 1. de cohabitatione Clericorum, quoniam ut ratio poſtulat ordinata charitas incipit à ſe ipſo C. de uſu pallij l. niſi, & eſt eſpreſſum in authen. de Sanctis Epiſcopis §. Deo amabilis. verſ. ſi autem Economi; hoc autem facere poteſt Epiſcopus, ſivè Archiepiſcopus dum pronunciat, quia pòſtquam pronunciavit, hoc pro ſe facere nequit, ut 2. q. 9. §. notandum, & l. 1. ff. ad turp.

62. Dixi ſupra in hoc §. n. 19. quod non poſſum, non condemnare Confeſſarios, qui imponunt pœnitentibus ſuis pro pœnitentia, ut faciant miſſas celebrare, & dent ſibi elemoſinam, qui ipſi ſatisfacient illas, & bene dixi: nunc addo, quod neque pœnitens aliquid offerre debet Confeſſario quãdo confitetur, quia eſt ſpecies mali, extra de vita, & honeſtate Clericorum; C. cum ab omni, verum unum eſt, quod ubi eſt talis coſuetudo facere poſſunt tam pœnitentes dando, quàm

Confeſ-

Confeſſarij recipiendo, abſquè eo quod ſit ſimonia, dummodo ſit pura charitas ex utraque parte, & hoc ratione ſubveniendi paupertati ipſius Confeſſarij, ita Ioannes de Deo, & ſic intellexit illud 16. q. 1. C. Apoſtolicis; exceptis ijs caſibus, exemplum habemus a Sanctis hominibus, qui nunquam accedebant ad Profetas, nec ad Sacerdotes, ſine munere, ita legitur de Saul & uxore Ieroboan 11. q. 1. C. Iudices.

In §. Decreta, quoque cum ſequenti.

63. Pro explicatione huius §. multa prænittenda ſunt, & primo, etiam ſi in antecedenti Rubrica, aliqua dixerim de Pontificia auctoritate; nunc multa dicam, ſed breviter de eius antiquitate, auctoritate, ac fidelitate, hoc eſt quantum poſſit Sūmus Pontifex Romanus in rebus fidei, & primo, dico quod Deus ad denotandū, quod una debet eſſe Eccleſia, quæ eſt Romana vera, & infallibilis, unum Chriſtus Dominus deſignavit paſtorem, qui alijs præeſſet penes, quem eſſet omnis poteſtatis plenitudo, moſtruoſum etenim eſt in uno corpore plura capita reſpicere; non enim datur Eccleſia Hyſpanica, neque Anglicana, aut Galliana, Eccleſiæ namque chimericæ ſunt iſtæ, omnis namque fidelis Deo Eccleſiæ Romanæ, ideſt Eccleſiæ Dei, & Chriſti Romanæ Eccleſiæ, ſubeſſe debet, tanquam matri veræ, & Summo Pontifici Romano obedire, & eius decretis, aliàs non erunt contrafacientes Chriſti fideles, & eius legum obſervatores, ſed Iudæ filij. Vnus namque Dominus eſt, Paſtor, & Princeps ſpiritualis, qui curam animarum habet, ut benè dixit Pſalmografus: *Domini eſt terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & univerſi, qui habitant in eo.* Quod poſt Petrum relictum eſt à Chriſto Domino mundi caput, & in principem univerſi electum ſuccedunt Romani Pontifices canonicè electi ſucceſſivè, ut habetur tranſumptivè in C. ſua nobis, de decimis; & verè ita decens fuit, ut Chriſtus loco ſui in terris Vicarium relinqueret, qui primus relictus Petrus fuit, & deindè eius ſucceſſores canonicè

electi

electi, iuxta illud Ioannis 17. *Volò Pater, ut unus ſit in nobis, ſicut unus nos ſumus*; facit text. in C. damnamus, de ſumma Trinitate, & Fide Catholica, & Ioann. 10. erit unum ovile, & unus paſtor; facit text. in C. cum beatiſſimus 24. q. 1., & pro unitate capitis iſtius facit etiam text. in C. factus eſt Cornelius, & C. non autem 7. q. 1. ubi gloſſ. ſingulariter dicit; quod aſſerere duos Pontifices eſſe in Dei Eccleſia eſt error in Fide Catholica, ut vera una enim eſt Eccleſia, ergo unum caput tantum habere debemus, videlicet Summum Pontificem Romanum, de qua re eſt bona gloſſ. in clement. ad noſtrum de hæreticis; & qui à Sede Romana ſe ſeparat, non amplius Chriſtianus vocandus eſt, ſed paganus, nam quando Chriſtus dixit Petro: *Tu aliquando confirma fratres tuos*. Fecit illum mundi antiſtitem, undè ſoli à Chriſto dictum fuit Petro: duc cimbam in altum Ioannes, videlicet ipſe ſolus, & eius ſucceſſores debeant Eccleſiam regere, dirigere, & gubernare; non verò Reges, & Principes, undè uſque ad præſens Eccleſia Dei navis Petri vocatur, quia in ſucceſſores Petri à Deo immediatè transfuſa eſt, ac collata Chriſti auctoritas in univerſum; facit text. in C. non turbatur navis 23. q. 1.

46. Nec obſtat, ut ſuperius in antecedenti Rubrica dixi quod omnes Apoſtoli pari conſentio, honorem, & poteſtatem habuerunt cum Petro, ut multi ignoranter noſtra tempeſtate in aliquibus partibus prætendunt, quia hoc debet intelligi non de paritate quoad officium in Eccleſia ſanctæ dignitatis, ſed ſolum quoad puritatem vitæ, vel ſanctitatis, immo Paulus Apoſtolus aliquando fecit repræhenſionem Petro, eo quia æqualem ſe faciebat cæteris Apoſtolis, & rationabilitet hoc faciebat Apoſtolus, quia non Paulo, nec Ioanni, &c. dixit Chriſtus: paſce oves meas, qui enim alios paſcit, ſuperior eſt paſtis non æqualis, undè clarè colligitur quod ſolus Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat, & abſolutam habebat poteſtatem. Cæteri verò illius ſubditi, & coadiu-

Digitized by Google

coadiutores in labore pro ſalute animarum erant; ſicut modò Epiſcopi, reſpectu Petri, ſucceſſores ſunt. Sequitur enim text. : *ſolus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat*. Fecit enim auctoritas ſupra omnes Chriſti ſequaces, & cæteros Petri conceſſa, ad inſtar iuſtitiæ originalis Adæ cōceſſæ,ut videlicet ſicut illa in poſteris, ita iſta in alis Pontificibus Canonicè electis; videlicet poteſtas clavium conceſſa fuit. Textus eſt pulcherrimus in C. pro humani. de homicid. in 6. data eſt enim, hæc poteſtas Petro, & ſucceſſoribus, qui quidem text. vigebat tempore, quo Calviniſtę, Luterani, & alij ſectarij non errant ſicut modo ſunt; Eccleſia namque Catholica eadem ſemper durare debet uſquè ad finem mundi ſicut Papæ Romani auctoritas, inquit enim Matheus ultimo *ego ero vobiſcum uſque ad conſumatione Saculi*, non quod Chriſtus perſonaliter Eccleſiam regere debuiſſet per ſe, ſed per Petrum, & Succeſſores eius, quāquidem auctoritatem à Deo Pontifices immediatè habuerunt, habent, & habebunt, gloſ. notabilis eſt in clement. ne Romani, de electione, facit text. in C. inter corporalia de trāſlatione prælatorum, & ibi dicit Hoſtien. in C. quanto, quod Dei, & Papæ idem eſt conſiſtorium facit text. in cap. 11. de conſuetudine lib. 6. & C. Romana de appellationib. lib. 6.

65. Eſt ergo Summi Pontificis Romani auctoritas, nec ſuper ſe iudicem habet præter Deum extra caſus hæreſis, eſt communis opinio omnium Theologorum, & Canoniſtar. ferè omnium, iudex namq; nullus Sæcularis poteſt Pontificem Romanum iudicare, ut habetur in C. ſuſcripitis 10. diſt. & facit text. in C. diffinimus diſt. 22. & C. continua 11. q. 1. & in C. Sacerdotibus text. noſter aperte hoc comprobat 11. q. 1. adeſt etiam text. in C. Satis 96. diſt. & in C. placuit 11. q. 1. & in Calcedonenſi Concilio legitur, quod tota Synodus clamavit Leoni Papę, Leo Sanctiſſimus Apoſtolicus, & Dœcumenicus 1. Vniverſalis Patriarca, & in Canone ultimo Concilij Generalis primi celebrati Niceæ, legitur: nemo iudicabit pri-

mam

Digitized by Google

mam ſedem. Hoc poſito, & firmato, qui res de fide tenenda ſub pœna Anathematis, ad explicationem huius præſentis §. devenio.

66. Auctor in preſenti loquitur de auctoritate Pontificatus conditione Decretorum, videlicet an Pontifex poſſit Decreta condere, ita ut ſint infallibilia, quoad eorum veritatem, vel poſſit ipſemet Summus Pontifex Romanus ſuis Decretis Decreta Conciliorum revocare, & an eius Decreta antecellant dicta Sanctorum Patrum, & Scipturæ Sacræ interpretum, de quibus difficultatibus, quantum mihi à Deo conceſſum erit ſenſum meum propalabo tribus reſolutionibus iuxtà triplicitatem difficultatum.

67. Dico igitur primo, quod Pontifex Summus Romanus habet Poteſtatem abſolutam decreta condendi, quibus ſtandum eſt, dummodo non ſint contra Canones Conciliorum, & contra dicta Evangelij, ita C. ſic omnes diſt. 19. & firmat Gratian. & in C. ita Dominus §. hoc autem idem habetur, habuit enim hanc poteſtatem à Deo in perſona Petri, & in Petro in ſuos ſucceſſores transfunditur, illis verbis Chriſti Domini; quodcunque ligaveris, &c. habent autem talia decreta infallibilitatem, dummodo ſint de rebus fidei, & ad illius dilatationem, ac confirmationem, quia procedendo ex Cathedra non poſſunt habere in ſe errorem, cum illi tunc Spiritus Sanctus ſpecialiter aſſiſtat, ita omnes Theologi communiter, & Canoniſtæ, inter quos Pigh. Sotus; Ioannis des Bois Minimorum Religionis Turrianus cart. mihi 24. & ſic de Ioanne 23. loquitur Villan. Oſtiens lib. 10. C. ultimo, idem des Bois de Rom. Pontifice lib. 4. cap. 14. verſ. 30. Relato à Barboſa de Iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 2. n. 40. qui, & alios allegat, adducitque multas rationes, & præcipuè dicit, quod Papa in decretis morum, quæ ad ſtatum totius Eccleſiæ ſpectant errare, non poteſt quia ibi decernit, ut Summus Paſtor, iuxtà illud rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua; aſſiſtit namque illi ſpecialiter Spiritus Sanctus, ut ſupra dictum

eſt,

eſt. In illis verò, quæ ut privata perſona decernit, non ut totam Eccleſiam repreheſentans, poteſt errare ex ignorantia; quod cedit magis in Eccleſiæ Romanæ ſplendorem, videatur Suarius de fide diſp. 10. ſect. 6. n. 11. Sanctarellus de hæreſ. cap. 31. n. 5. Corinch. diſp. 12. dub. 5. n. 57. Homobon. & alios multos.

68. Ad ſecundum quæſitum, non eſt dubium, quod Summus Pontifex Romanus, poteſt revocare decreta Conciliorum Generalium, dummodo dicta decreta non contineant rem ad fidem concernentem, quia in ijs, quæ determinata ſunt de fide tenenda, Pontifex non poteſt revocare, ſine macula infidelitatis; talia enim decreta ſupponuntur facta Concilij Spiritus Sancti aſſiſtentia ſpirituali, iuxtà Chriſti promiſſionem, àtque adeò à Summo Pontifice, ex Cathedra procedente itàque irrevocabilia, ut in cap. 2. 3. 4. & 5. de conſtitut. & alibi frequenter in Compilatione Gregoriana l. 1. §. ſed neque C. de iur. ve. & nunc.

69. Quoad tertium dubium potius credendum eſt Summo Pontifici, quàm expoſitoribus, & Sanctis Patribus ſcripturam, & Evangelium exponentibus, præcipuè in rebus concernentibus ad materiam Sacramentorum, vel articulorum Fidei, quamvis non ſit ita Sanctus, ſicut illi, C. per venerabilem, qui filij ſint legiptimi, & per Abb. & alios in C. ne initiaris in fin. de conſtit& alibi canoniſtæ. Ratio vera, & propria hanc veritatem demonſtrans eſt, quia ipſi potuerunt deficere in hoc, non autem Summus Pontifex, eo quia ipſe totam Eccleſiam repræheſentat, quæ eſt una, non quidem ſolius aggregationis unitate, ſed propria unitate hierarchica, ſive unitate ſubordinationis ædificij unius, ad unum primum fundamentum unius gregis, ad unum primarium paſtorem, unius corporis ad unum ſummum caput, unius regni ad unum ſupræmum regem: Neque dicendum eſt, Chriſtum inſtituiſſe plura ædificia ſuper pluribus fundamentis [ut multi falsè ſomniati ſunt] aut unum corpus ſub pluribus capitibus æquè ſu-

præmis, ac minimè ſubordinatis invicem. Sic enim non eſſet ædificium Corporis Chriſti, ſed corporum Chriſti, non unius Eccleſiæ viſibilis fuiſſet inſtitutio, ſed tot eſſent Eccleſiæ inſtitutæ, quot forent in eis ſupræma capita, & ſic monſtrum magnũ eſſet. Ergo cum in fide Petrus non potuiſſet deficere, ſic nec Pontifex in determinatione rerum ad Fidem Catholicam pertinentium deficere non poteſt, ſivè illas determinando, ſivè ſcripturas explicando, quod de Sanctis Patribus non eſt dicendum, atquè adeo dictum Sancti Pontificis Romani, cæteris præferendum eſt.

70. Dixi in num. antecedenti circa medium, ut multi falsè ſomniati ſunt, etenim aliqui, ut alibi dixi, arroganter, & contra Evangelium dicunt, quod Pontifex reſpectu Epiſcoporum eſt primus inter æquales, non autem ſuperior; ſed errant, & omninò à veritate ſunt alieni, & ab omni iure, ut benè in hac materia inter alios loquitur R. A. P. Emmanuel Magnanus mei Ordinis Lector Iubilatus in ſua Phyloſophia Sacra tom. 1. cap. 1. par. 1. de locis Theologicis prop. 23. pag. mihi 39. cuius propria verba ſi non adamuſſim referam, ſenſum eius tamen dicã: Eſt maniſeſtè (inquit ipſe) Luc. 22. quod Chriſtus loquens de omnibus Apoſtolis, tunc ad cęnam cum ipſo diſcumbentibus, ſoli Petro dixit *Simon Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribaret, ſicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. In quibus verbis clarè apparet auctoritatem datam fuiſſe Petro ſupra cæteros Apoſtolos. Ipſi enim cæteri dabantur fratres non æquales, ſed ut illis ille ſuperior eſſet. In illis enim verbis Petro, & ſucceſsoribus eius ius tribuit, & iuris poteſtatem, & debitum impoſuit eo utendi illi, ubi opus eſſet. Cum ergo Petrus habeat ius utendi poteſtate ſibi à Chriſto data, & vim iuſſionis in cæteros Apoſtolos, immò debitum, ut ſic dicam, iubendi eis. Illi conſequenter habebant debitum paſſivum obtemperandi Petro.

71. Et hæc auctoritas data eſt Petro non in ſecreto, ſed

palam

palam coram cæteris Apoſtolis; ergo ſub primatu Petri unitas Eccleſiæ univerſalis, non per aggregationem, ſed per ſubordinationem, & hierarchiam.

In §. Verſatur autem.

72. Ius Canonicum, prout ait auctor in hoc §. circa plura verſare habet, nempè circa perſonas, res, & iudicia. At quia res, & iudicia ad perſonas referuntur, priùs videndum eſt de perſonis, ſi enim ignorantur perſonæ, ignorantiam de alijs conſequenter habebimus, & cum de perſonis multum dicendum eſt, idcircò de illis Rubricam inſtituo.

RVBRICA TERTIA.

De Iure Perſonarum.

1 AVctor in hac Rubrica de Iure perſonarum, quæ quidem perſonæ in duplici genere dividuntur. Primi generis enim ſunt laici, quibus licitum, & poſſidere temporalia bona, uxorem ducere, nec non cauſas inter virum, & virum iudicare. Secundi verò generis ſunt clerici, qui divinis rebus incumbere habent, & quibus non eſt licitum trepitatis litigium operam dare. Videndum eſt igitur à nobis prius de iſtiis ſecundis, ad hoc ex ipſorum cognitione quid ſint, & qui laici ſtatim nobis notum erit.

Clerici aliqui ſunt Sacerdotes, allj ſacris ordinibus inſigniti, ut Diaconi, & Subdiaconi; Alij verò ſunt, qui nec Sacerdotes ſunt, nec Diaconi, aut Subdiaconi, ſed vel in minoribus conſtituti, vel puram primam Tonſuram habent.

2. Item illi, qui Sacerdotali dignitate ſunt præditi; aliqui ſunt in gradu altiori, vel dignitate conſtituti; alij in gradu inferiori, qua propter prius videndum eſt de Sacerdotibus, qui ſunt in gradu altiori poſiti; deindè de alijs dicendum, ac diſcurrendum erit; demum de illis, qui ſunt ſolùm duobus ſacris ordinibus, vel uno ex illis decorati, ac

de il-

de illis, qui ſolùm minoribus ordinibus, vel tantùm prima Tonſura affecti ſunt, ſermo inſtituendus erit.

3. Perſonatus eſt quædam prærogativa in Eccleſia ſine iuriſdictione, ut habere ſtallum honorificum in choro, capitulo in vocibus dandis, & in proceſſionibus pluſquam alij ſui ordinis canonici. Officium verò eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, & ſine prærogativa in choro, , vel alibi, ut Syndaci, Procuratores, Caſtaldi, vice domini, ita Sylveſt. verb. beneficium 1. n. 2.

4. Beneficium aliud eſt ſimpliciter titulare, quod nempe in titulnm perpetuum confertur, & beneficiato ſinè iuſta cauſa, ac gravi auferri non poteſt; aliud eſt beneficium manuale, quod in titulum quidem confertur, quia ad nutnm Prælati, vel Patroni beneficiato auferri poteſt, ut eſt Beneficium Regulare, quod nec Curatum, nec electivum eſt, ut Prioratus Correctoratus, Curatus alicuius parochiæ Regularium, Officium Cuſtodis Sacriſtæ, &c.

5. Item beneficium, aliud eſt electivum, quod videlicet præcedente electione à Capitulo Canonicorum, vel Populo, aut patronibus facta, & accedente approbatione ab Ordinario facta, & alijs Superioribus confertur; Aliud dicitur beneficium collativum, quod liberè nempè à Superiore conceditur, aliud mixtum, quod videlicet præſentante Patrono, & Epiſcopo inſtituente confertur.

6. Vlterius beneficia, alia dicuntur incompoſſibilia, alia compoſſibilia, incompaſſibilia, ſeù incompoſſibilia ſunt illa, quorum ſingula per ſe, vel iure naturali, aut ſaltem Eccleſiaſtica conſtitutione continuam reſidentiam poſtulant, ut ſunt V. G. duo Epiſcopatus duæ Abbatiæ, duæ Parrocchiæ, duæ Perpetuæ Vicariæ, duæ Dignitates ſivè perſonatus; deindè beneficia uniformia ſub eodem tecto incompatibilia cenſentur, nempe duo Canonicatus eiuſdem Eccleſiæ, reliqua autem beneficia compatibilia, ſeu compoſſibilia ſunt, videatur Baſſeus verb. beneficium pag. mihi 73. n. 3. 4. & 5. qua propter ſitúl

Digitized by Google

In §. in altiori gradu.

7. Præmittenda eſt differentia iuſtà ius Canonicum, inter illos, qui in gradu ſunt conſtituti Epiſcopatus; eſt namque Epiſcoporum ordo triplicatus; alij namque ſunt Patriarchæ, ſivæ primatos alij Archiepiſcopi; & alij ſimpliciter Epiſcopi. Patriarchæ enim ſunt illi, qui poſt Romanum Pontificem locum primum tenent, ut eſt videl. Conſtantinopolitanus, Aleſſandrinus, Hieroſolimitanus, & Antiochenus; & Patriarchæ vocantur, quia ſummo honore funguntur, vel quia ſunt quaſi Patrum Principes, quapropter ob dignitatis excellentiam, & Crucem his deferre, & ab Epiſcopis, & Archiepiſcopis appellationes recipere iure permittuntur, prout dixi de Metropolitanis ſupra in antecedenti Rubrica, cum de Metropolitano, locutus fui à n. 50. uſque ad finem Rubricæ ſecundæ.

8. Epiſcopalis ergo dignitas quoad ordinem maior eſt dignitas, quàm Cardinalatus, & nulla alia dignitas poſt Papà eſt maior 21. diſt. & hoc docent Radulph. copery comm. in C. oportebat diſt. 79. art. 6. Homobonus de ſtatu hum. vit. par. 1. cap. 6. §. nec dubium Grat. diſcept. for. tom. 3. cap. 590. n. 24. Sotus in 4. diſt. 24. q. 2. art. 4. concl. 1. Enriquez in Summ. lib. 10. cap. 7. §. 2. & inter noviſſimos mihi Ferr. de precedent. q. 13. n. 6. undè Summus Pontifex Epiſcopus urbis vacatur, ita in C. ſtatuimus diſt. 4. Item vacatur Archiepiſcopus præſidens habens dictioni ſuæ olim ſubiectus octo Epiſcopos urbi vicinos, etiam ſi poſtea ad ſex redacti ſint, qui ſunt hodie Epiſcopi Cardinales, nempe Hoſtienſis, Portuenſis, Sabinenſis, Preneſtinus, Tuſculanus, & Albanenſis, ſic ordinante Eugenio III. prout teſtantur Onuphrius lib. de ſept. urbis Eccl. cap. 1. Martin. Lauden. de Cardin. q. 88. Panvin. de viſitat. par. 2. q. 2. n. 15. vocatur etiam Pontifex ipſe Patriarcha, & antecedenti, omnes Archiepiſcopos, primates, in omnibus partibus mundi prout habetur in tetx. C. Novitianus 7. q. 1. C. loquimur 24. q. 1. ubi Epiſcopus Epiſcoporum vacatur, & ex

c. cuncta

C. cuncta per mundum, & ex C. per principalem 9. q. 3. & hoc non ſolum, ut Summus Pontifex, ſed ut Epiſcopus primus Epiſcoporum, quare omnibus præeſt, & iura cæteris dat, ut habetur ex D. Thom. opuſc. 19. de errore græcot. Caietan. de primatu Rom. Eccl. cap. 13. ad 5. Seraph. de Freiras de iuſt. Imper. Luſit. Aſiat. cap. 8. n. 2. Turecremata in novo n. 6. diſt. 11. Tuſc. tom. 6. lit. P. concl. 40. n. 2. & 42. n. 5. & 47. n. 2. Baron. in annal. eccl. tom. 8. anno 595. pag. mihi 64. & 68. cum multis alijs; videatur etiam Barboſ. de iudr. Eccl. Filucc. tit. de benefic. ex quibus colligitur quanta ſit Epiſcoporum dignitas, & iuriſdictio, ſed quia in antecedenti Rubrica multa & ſi dixerim, alia etiam infra dicam; ſed modo Epiſcoporum auctoritate relicta, de Patriarchis loquar breviter.

9. Quorum dico, quod in omnibus cauſis ſuarum Provinciarum quod ad eos poteſt fieri appellatio, cum opus fuerit, etiam omiſsis medijs ſalvis appellationibus ad Sanctam Sedem interpoſitis; & hoc eſt ſpeciale privilegium Patriarcarum, ita in l. Imperatores in princ. ff. de appellat. In omnibus ſuarum provinciarum locis licita ſit appellatio, ſic ultra antiquos docent ex modernis Lælius Zeuc. de ſtatu illuſtr. Patriarcar. n. 4. ad fin. & Vgon. de præſtant. patriarc. col. 26. verſ. dixi iam.

10. Quædam auctoritas Patriarcarum ſe extendit ſuper omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, & alias dignitates exiſtentes in ſuis provincijs, quia eſt ſuprema; colligo ex cap. 39. Concilij Niceni. Quare ex iuſta cauſſa poſſunt Epiſcopos ſuos ſuffraganeos deponere, C. mos antiqus; cum gloſſ. diſt. 65. C. quod ſuſpecti 3. q. 5. Verum eſt, quod talis auctoritas erat antiquitus in uſu, ſed modo privatio Epiſcoporum ſolum ad Summum Pontificem Romanum ſpectat, ità in Concil. Trident. ſeſſ. 13. de reformat. cap. 8. & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 5.

11. Poſsunt etiam dicti Pariarchæ excommunicatos à ſuis

ſuffra-

ſuffraganeis abſolvere etiam rogantibus, & recuſantibus dictis ſuffraganeis illos excomunicatos abſolvere, ita text. in C. ad reprimendum, de Officio Ordinis, & ita DD. communiter innuunt, ac docent, ut bene notant Sebaſtianus Ceſ. §. 4. par. 1. diſp. 4. in relet. de Eccleſ. Hierarch. n. 3. & noviſſimè Machado par. 7. tract. 1. docum. 1. n. 1. cum alijs, quam plurimis per Barboſam relatis de Iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 6. n. 26. mihi.

12. Patriarchæ aſſiſtentes Cappellæ Pontificiæ ex Papæ Privilegio, poſſunt ex Privilegio Summi Pontificis cognoſcere de cauſis criminalibus citra incurſum in irregularitatē, & etiam procedendo contra exemptos in ſua Iuriſdictione Patriarchali, ac viſitandi Eccleſias etiam exemptas, prout declarat Bulla Iulij 3. edita de Anno 1551. incipiens Romanus Pontifex, ut apparet in novo Bullario pag. 704. ubi etiam eis remictit fructus male perceptos, omnemque infamiam, & cenſuram.

13. Non tamen poſſunt condere leges totam Provinciam ſuam obligantes, niſi illas fortaſſis conderent in Concilio provinciali, vel in ſua viſitatione de indulto, & tunc de Summo Pontifice, ut habetur text. in C. nullus 9. q. 3. & C. ſicut olim de accuſatione, Salas de legibus diſp. 8. ſect 9. n. 48. Suarez eodem tit. lib. 4. cap. 5. n. 3. & alij a Bonaccina citat. diſp. 1. q. 1. punc. 3. n. 35. & alibi.

14. De Primatibus aliquid etiam dicendum eſt, cum de Patriarchis ſatis dictum ſit.

15. Primates (huiuſmodi eſt Archiepiſcopus Piſanus) quamvis nomine differant à Patriarchis in ſubſtantia auctoritatis inter eos nulla eſt differentia auctoritatis, ac iuriſdictionis, ita habetur in text. noſtro Canonico cap. 1. & 3. diſt. 99. & habetur etiam ex C. duo ſimul de Officio, & Ord. & gloſ. in C. unam de integr. reſtit. tradunt etiam Caſſan. in Cathalóg. Gloria Mundi par. 4. conſ. 9. Lancellottus auctor noſter in iſtitut. Canonic. lib. 1. tit. 5. in princ. citan. C. urbes diſt. 80.

& C. exigit, & C. felicis de pœn. arg. contra in l. ſi idem C. de condic. (unde Archiepiſcopus Piſanus in Corſica, & Sardinia habet eamdem auctoritatem, ac Patriarca Venetus in Statu Veneto] firmat totum ab argumento à ſimili Flam. Pariſ. de reſignatione benefic. lib. 2. q. 1. n. 46. & Dionifius Paul. de ver. cum alijs innumeris, qui omnes affirmant, quod omnia, quæ dicuntur de Patriarchis, dicuntur de Primatibus, prout notat cum alijs Barboſa de Iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 6. n. 10. verum unum eſt, quod tantum quatuor ſunt verè Patriarchæ, nempè Coſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolimitanus, Venetus etiam ſi multa privilegia habeat, non eſt ſicut prænominati; nec de hac re facio quæſtionem, ſuppono etenim, à Summo Pontifice habere inſtitutionem, & auctoritatem Patriarchæ, & propterea dixi, quod Archiepiſcopus Piſarum, ut Primates Corſicæ, & Sardiniæ, habet ibi in illis locis eamdem auctoritatem, ſed modo amplio meum dictum ad illos quatuor, iuxtà doctrinam, citatorum DD. & Canonum.

16. Circa Epiſcopos ſuffraganeos iam dictum eſt ſatis in antecedenti Rubrica, nempè quod Archiepiſcopus eſt iudex ordinarius ſuorum ſuffraganeorum, ut habetur per textum noſtrum in C. quia cognovimus 10. q. 3. C. paſtoralis in principio, ubi Abbas advertit hoc n. 2. de officio ordin. & habetur etiam clarè ex C. ſollicitudine de appellatione, quarè omnibus Prælatis, & Clericis provinciæ eſt ſuperior, & iudex principalis in Concilio cap. 1. diſt. 24. & in C. placuit diſt. 18. Abbas in C. grave n. 8. Imola n. 10. de prębendis, undè Metropolitanus poteſt cognoſcere cauſas dd. ſuffraganeorum ſuorum cum aliquando coram eis ab aliquo conveniuntur, vide Quarant. verbo Archiepiſcopi auctoritas n. 10. & ſi Barboſa de Iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 7. n. 46. dixerit inveniſſe decretum Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in una Regiens. ſub die 31. Maij 1588. non poſſe Archiepiſcopos Metropolitanos ſuos ſuffraganeos convenire, nec eorum cauſas

civi-

civiles cognoſcere, ſicut neque criminales, in quibus ſolus Pontifex eſt iudex per Concilium Trident. ſeſſ. 13. de reform. cap. 6. & 7. & ſeſſ. 24. de reform. ſimiliter cap. 5. quidquid ſit de hoc iudicio prudentum, & veritati, ac praxi me remicto.

17. An vero Vicarij Archiepiſcoporum primatum, & Patriarcarum, cum de omnibus iſtis militet eadem ratio, ſuſpendere, vel interdicere dictos ſuffraganeos; eſt difficultas ſtante ſupradicta ſententia Barboſæ, & decreto ab ipſo citato. Reſpondet tamen Guazzinus affirmativè, immò ſuddit ipſe, quod ſi Epiſcopus, vel Archiepiſcopus nondum fuerit conſecratus, poterit excomunicare etiam preſente dicto Archiepiſcopo, vide talem doctorem lib. 2. de Iudice, defenſ. 1. cap. 7. pag. mihi 103. n. 18. reſpice Sbrozz. de Vicario Epiſcopi lib. 2. q. 58. n. 3. cum alijs citatis à Barboſa ſupra cit. n. 28. immò ipſe Guazzinus ait loco cit. ſub eodem num. quod dictus Archiepiſcopus poteſt excomunicare Vicarium ſuffraganei, quando dictus Vicarius impedit cauſam appellationis delatam ad ipſum Archiepiſcopum, vel ſi errare habeat in ijs, quæ ſunt iuriſdictionis, vel privilegia Sedis Apoſtolicæ non ſervat, ſic ut criminatus, & ſimiles, Sbrozz. ubi ſupra.

18. Sed advertendum eſt quod Archiepiſcopus in peragendo hoc, debet ſequenti modo ſe gerere, nempè primò debet prohibere eis ingreſſum Eccleſiæ, deindè ſuſpendere ab officio. & tandem ſecundum eorum contumaciam, excommunicare, ita in text. noſtro cap. 2. de officio delegati, & notat Genuenſ. in Pratica Neapolinana cap. 70. n. 5. Azzor. par. 2. lib. 5. cap. 34. q. 12. quod facere debet Vicarius dicti Archiepiſcopi in caſu quo ſupra, Barboſa ubi ſupra, & in eodem lib. 1. cap. 12. n. 47. ubi dicit, quod officiales Metropolitani omninò ſe abſtinere debent proferre cenſuras in ſuffraganeos conſecratos, ob reverentiam gradus Epiſcopalis iuxta text. in cap. 1. §. fin. de officio ord. in 6. ubi Archidiaconus Domin. & Franc. ad Cuh. iuſt. maior. lib. 14. tit. de conſecrat. Epiſcopi n. 6. Sbrozz. de officio Vicarij lib. 2. q. 58. n. 3. & alios,

 quos

quos refert Barboſa in tractatu de Epiſcopi poteſtate par. 1. tit. 4. n. 16.

19. Nòta tamen unum, quod Epiſcopi nunquam incurrunt ipſo facto in pœnam excommunicationis, ſuſpeſionis, &c. niſi de eis eſpreſſa mentio habeatur in edictis, C. quia periculoſum, de ſent. excommunicat. Sunt enim perſonæ privilegiatæ, & propter eorum dignitatem exemptæ à pœnis communibus, vide Azzor. par. 2. lib. 3. cap. 32. q. 8. verſ. quæritur, Sayrus de cenſur. lib. 2. cap. 8. n. 25. Henriquez ſum. lib. 13. §. 2. l. 5.

20. Et quia uſque modo egi de Primatibus, Patriarchis Archiep. & Epiſc. quantũ ſatis erat quoad præſens inſtitutum; modò videndum eſt de illorum Vicarijs, de quibus parvæ non inſurgunt difficultates circa eorum iuriſdictionem, ac privilegia, & primò

21. An Vicarius Epiſcopi innodati cenſuris, cuius iuriſdictio, tam quoad negocia incepta, vel non cepta eſt ſuſpenſa, dictus Vicarius poſſit cauſas decidere, & ſuum officium exercere? Negativa eſt reſponſio, & ratio eſt, quia Epiſcopi, & Vicarij unum eſt Tribunal, ita text. noſt. cap. 1. de offic. vicar. in 6. & ibi gloſſ. verb. ipſius; non ſic autem delegati, & delegantis, ita Sayr. de cenſur. lib. 1. cap. 6. n. 28. Sbrozz. de offic. vicar. lib. 3. q. 17. & alij non pauci, quos referet Sanch. lib. 3. diſp. 30. n. 3. & poſt ipſum Bonacc. de cenſur. diſp. 2. q. 2. p. 5. n. 12. Verum unum eſt, quod manente Epiſcopo excommunicatione innodato, Vicarius eius verè Vicarius manet cum habituali iuriſdictione, quemadmodum ipſe Epiſcopus, quare fit, quod ſi ab alio delegetur ei aliqua cauſſa, non ſuſpenditur huiuſmodi cauſsæ cognitio, ſed poteſt de illa liberè iudicare, &c. Ratio eſt, quia talis iuriſdictio non demanat ab Epiſcopo excommunicato, ſed aliundè procedit eius auctoritas, nempe a legittimo delegante, ſic Sbrozz. n. 10. & cæteri DD. antecedenter in hoc caſu citati.

22. An

22. An verò exiſtente excommunicato Epiſcopo, interdicto, vel ſuſpenſo, eius Vicarius validè, ac licitè poſſit intereſse matrimonijs, vel alijs cōmittere; Reſponſio eſt affirmativa, ratio eſt, quia tales actiones non ſunt actus iuriſdictionis, ſecus autem ſi Epiſcopus eſset excommunicatus vitandus: quia talis ſubſtitutio nihil valeret, quod idem dicendum eſt de paroco excommunicato, aut ſuſpenſo vitando, ſi pro ſe alium ſubſtitueret pro matrimonio ligando, &c. cum talis ſubſtitutio ſit actus iuriſdictionis, & per conſequens nullus, ita Sanch. lib. 3. diſp. 30. n. 10. & Barboſ. par. 2. alleg. 32. n. 119.

23. Verum unum obſervari debet, nempe quod quando Epiſcopus [quod idem dicendum eſt de alijs prelatis] eſt ſolum ſuſpenſus à Pontificalibus. Non prohibetur illi iuriſdictionis exercitium, ſicut nec prohibetur illi privatim Miſſam celebrare, dummodo non utatur mitra, & baculo, quia iſta conveniunt illi, non ut Sacerdoti, ſed ut Epiſcopo; undè omnia illa, in quibus neceſſariò ſupradicta requiruntur, illi in caſu ſuppoſito prohibentur, & nulla ſunt, ita gloſ. in extravag. ſuſcep. regiminis, de elect. verb. Ponificatlib. Avila de cenſur. par. 3. diſp. 2. dub. 2. concl. 10. Henriq. l. 13. cap. 32. n. 2. Ricc. in prax. verb. quot, reſol. 440. & par. 4. dec. 30. Vndè ſi ſic ſuſpenſus celebraret in pontificalibus fieret irregularis, iuxtà Navar. cap. 27. n. 163. Vivaldus in candelabr. titul. de ſuſpenſione n. 146. & alij multi citati à Ricc. dec. 30. Etiam ſi contrarium affirmet gloſſ. in c. 2. de offic. deleg. in 6. verb. ſacerdotale, Covar. clement. ſi furioſus, §. 1. verſ. ſecundum, Graff. dec. aur. lib. 4. cap. 25. n. 3. & Ricc. p. 3. dec. 235. ex eo, quia pontificalia non ſunt de ſubſtantia ordinis celebrationis, aut officij, cum ſine illis quodlibet officium fieri poſſit, ut benè inquit Foller. in prax. crimin. canon. cap. 31. n. 8. Quare hanc ſecundam ſententiam ego probabiliorem exiſtimo, & ſic omnes fateri tenentur.

24. Sup-

24. Suppono caſum unum, nempè, quod quis Epiſcopus miſſus in aliquam legationem, V. G. apud Indos a Sancto Pontifice Romano, & ibi mortuus eſſet ſuus Vicarius ordinarius ab eo relictus, neſcius, & ignarus de morte ſui Epiſcopi, exercet officium ſuum in ferendis ſententijs, & alijs neceſſarijs in curia Epiſcopali, an tales actus teneant; difficulto? Cui difficultati, quæ non eſt parvi momenti. Reſpondeo, quod tenent, dummodo illa ignorantia ſit invincibilis, & legittima, non autem craſſa, & voluntaria, & ſic ſtante illa vera ignorantia, geſta per talem Vicarium, ſunt valida, & tenent. Quod idem valet de omni delegato in tali caſu, vel ſimilibus caſibus, & hoc per legem barbarius, ff. de offic. prætoris, immo & ſi illa geſta a delegato, etiam ſi ſciret mortem delegantis, quæ aliàs alij eſt occulta, tenent, quia communis error, & titulus à legittimo ſuperiore collatus, eiuſque extintio eſt occulta; Ita ego teneo, & mecum ſentiunt non pauci ex Canoniſtis, inter quos eſt Lex citat. Sanch. lib. 2. diſp. 22. n. 59. & diſp. 30. n. 4. Bonac. de legib. diſp. 10. q. 2. pũct. 1. n. 2. firmat Sbroz. lib. 3. de offic. vicar. q. 36. n. 9. quod idem valet de delegatione revocata, ut per Garc. in tract. de benefic. par. 5. cap. 8. n. 174. & ita concludit Paul. Squillant. de privileg. cleric. cap. 2. pag. mihi 98. n. 124.

25. Ad hoc autem, ut ceſſet iuriſdictio delegati, debet illi intimari mors delegantis, vel revocatio delegationis, aliàs ſemper durat eius iuriſdictio, & intimatio debet eſſe iuridica, nempè de delegate revocante iuriſdictionem, vel mortem delegantis intimationem delegato, ut inter alios docent Sbroz. & quamplurimi per ipſum relati q. 36. n. 6. Flam. Pariſ. de reſignat. q. 24. n. 4. & poſt eos Bonacc. loc. ſup. citat. in num. anteced. qui eſt 23. apud ipſum num, 2.

Eſſent hìc multa dicenda, & ea relinquere vellem, at quia motiva Squillantis mihi tradita ab eodem me impellunt ad aliquas difficultates ſolvendas, nolo occaſionem relinquere, &c.

re, & ne in longum modo ſolipſico ſermonibus inutilibus fo- lios impleam. Plures quæſtiones de delegato, & ſubdelegato proponam; & breviter decidam.

26. Vtrum ſi Ordinarius deleget alicui poteſtatem iuriſdictionis (quod idem valet de Principe habente auctoritatē delegandi, &c.) cum hac conditione *donec ipſe delegans voluerit*, vel addita clauſula *uſquè dum revocata non erit noſtra delegatio*, ſivè *ad beneplacitum noſtrum*, an per ipſius delegantis obitum, talis delegatio expiret.

27. Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. cap. 15. n. 4. inquit, quod ſi mors eveniet delegantis re non integra non expirat, ſi res eſt integra, & ſuccedit delegantis mors, tunc extinguitur delegatio, non iure revocationis, quia talis revocatio non ſucceſſit, ſed cauſſa ceſſantis voluntatis, quæ ſatis eſt, ut habetur in text. noſt. C. ſi delegatus, de offic. deleg. in 6.

28. Sed maior difficultas eſt, quando primus Ordinarius delegat iudicem ordinarium, qui alium iudicem delegat cum facultate ſubdelegandi, & res eſt integra, quoad primum delegatum quando ſuccedit mors primi delegantis, non autem quoad delegatum ſecundum, ſive ſubdelegatum, tamen iſte incæperat uti ſua facultate, & opere incæpto, habet notitiam mortis primi delegantis, expirat ne in tali caſu ſua iuriſdictio?

29. Dico non expirare, nam cum ſubdelegatus iuriſdictione uti cæpiſſet, ſicut & delegatus primus iam ſubdelegaſſet, radicata eſt iuriſdictio in illis, & ideo eorum iuriſdictio amplius non videtur pendere à primo delegante, vel ſubdelegante, ita habetur in text. in C. penult. de offic. deleg. in 6. & hoc docent Domin. & Francus, & Pareſid. de Franch. deciſ. 255.

30. An autem verò expiret iuriſdictio ſubdelegati, ſi ſuperſtite pirmo ordinario delegante, moriatur delegatus, ſive iuriſdictione uti cæperit, ſive non, re tamen integra, quoad ſubdelegatum, ex quo iuriſdictione uti non cæpit. Multæ,

ac di-

officio ordin. non expirat morte mandantis re integra, quia ceſſat ratio allata à me ſupra n. 30.

34. Limitatur 3. poteſtas delegati non expirat, quando data eſt non nomine perſonæ, ſed nomine dignitatis committentis V. G. ſi Papa deleget, & in literis delegationis, ita loquatur *Sedes Apoſtolica ſibi committit*, vel alijs ſimilibus verbis denotantibus præceptum, & auctoritatem non provenire à perſona, ſed à dignitate committente, tunc enim delegatio non expirabit, morte delegantis re integra, ratio fundamentalis eſt, quia ſi perit perſona, dignitas ſemper manet, atquè adeò eius iuriſdictio, ita in C. ſi gratioſe de reſcriptis in 6. & late diſcurrit in confirmationem mei dicti Sanchez de Matrimonio lib. 8. diſp. 28. n. 44.

35. Quæritur etiam hic, iam quod nos ſumus in auctoritate ordinariorum, ſaltem delegata, an commiſſiones ordinarijs conceſſæ in forma communi ad diſpenſandum in impedimentis Matrimonij, & in alijs rebus, cenſeantur factæ tales commiſſiones à Pontifice nomine propriæ perſonæ, an vero nomine dignitatis. Reſolvunt difficultatem ſequentes Doctores, Guttier. de Matrimonio cap. 125. Salas de legibus diſp. 20. ſect. 17. n. 124. Covarr. pract. quæſt. cap. 11. n. 2. Bonacc. de legibibus diſp. 1. q. 3. punct. 1. n. 18. & alij poſt illos, dicendo quod hæc commiſſiones cenſentur nomine Pontificis conceſſæ, non vero nomine dignitatis.

36. Hic obiter unum quæram, & examinabo nempè, an gratia obtenta à Summo Pontifice V. G. eligendi ſibi unum confeſſarium pro ſuo libito, qui poſſit pœnitentem abſolvere ab omnibus reſervatis, &c. expiret interveniente morte Pontificis, quando conceſſa eſt ad annum, vel ad libitum, vel ſpiret anno tranſacto, & dubium bifurcatum eſt, ita duplici ſolutione indiget.

37. Quoad primum ergo dubium, cum ſenſu quam plurimorum dictorum exiſtimo, quod gratia non extinguatur per mortem concedentis, ſed durabit uſque quo tempus præfi-

x un eſpiratum erit, ſi vero eſt conceſſa ad beneplacitum, vel ſine tempore determato, dico quod non eſpirat gratia, uſquè dum uon revocetur, ratio eſt quia talis conceſſio importat actum poſitivum novæ voluntatis, aliter diſponentis, vel revocantis gratiam, qui actus ſi in vita, habitus non ſit in contrarium, cum poſt mortem haberi nequet gratia durabit in perpetuum, ſivè uſquè dum à Succeſſore revocetur; videatur Covarr. lib. 3. variar. reſolut. cap. 15. n. 3. Menoch. de arb. l. 1. q. 69. n. 2. Emmanuel ſa V. G. n. 7. Suarius de legibus lib. 3. cap. 32. n. 6. Bonacc. de Sacramentis diſp. 5. q. 7. punct. 3. n. 3. & de legibus diſp. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 19. quod idem valet de auctoritate data ab ordinario Sacerdoti ad confeſſiones audiendas, ſivè abſolvendi à caſibus reſervatis.

38. Et quia Canonici etiam ſunt perſonæ altioris ordinis reſpectu aliorum Sacerdotum inferiorum ratione dignitatis, ideò etiam de illis eſt aliquid dicendum, & primo de eorum obligationibus diſcurram, deinde de orum Privilegijs.

Certum eſt Canonicos debere emictere fidei profeſſionem in acceptatione ſui Canonicatus, vel ſaltem in prima Synodo, cui interfuerint, ſicut, & quilibet alius beneficiatus, ita ſtatutum eſt per Tridentinum Concilium ſeſſ. 25. cap. 8. de reformatione, & infra duos menſes a Parrochis; oritur apud dd. ijs ſtantibus, an obtinens Canonicatum, cum indulcto de percipiendis fructibus in abſentia, cenſeatur diſpenſatus ad non emictendam fidei profeſſionem. Affirmat Garſia p. 3. cap. 3. n. 77. iuxtà reſolutionem Rotæ Rom. in una Cartaginenſ. fructuum primo Iulij 1588.

39. Verum eſt quod talis profeſſio ſecundum Riccium p. 4. dec. 84. poteſt fieri per procuratorem ſicut Epiſcopi per procuratorem, limina Apoſtolorum viſitare, nec eis nocere poteſt in eis negligentiam procuratoris, Azzorius Inſtit. moralium tom. 2. lib. 7. q 6. Sanchez in Summa lib. 2. cap. 5. d. Ricc. dicta p. 4. & dicta dec. 84. firmat Iaſon. in l. ſi procurator, C. de procurat. Baldus in C. cum olim, Abbas de officio delegat, & Surdus dec. 181. n. 3.

40. Hinc

40. Hinc oritur caſus curioſus [fortaſſis non conſideratus] nempè an Canonici, & alij dignitates obtinentes, ſivè portiones poſſint ultra tempus à Concilio Tridentino præſcriptum abeſſe licite à choro etiam ſi renuncient lucro diſtributionum quotidianarum, quos lucri faciunt per aſſiſtentiam abſquè peccato mortali; cui difficultati non ex mente mea, ſed ex declaratione Sacræ Congregationis Concilij, dico quod peccant mortaliter, ultra tres menſes choro non abſiſtendo, ſi aliam diſpenſationem ſpecialem non habeant à Sancta Sede; aut aliud impedimentum legittimum, infirmitatis, aut ſint in ſervitio ſpeciali dicato ſuo Dioceſano, ex eius præcepto; declarationes Sacræ Congregationis prædictæ ſunt ſequentes, *nullus excuſatur a reſidentia, licet diſtributiones quotidianas ammittere conſentiat*, alia declaratio eiuſdem S. Congregationis adeſt, quæ ſequens eſt *ſi ultra tres menſes, adſunt licet in civitate ſint incidunt in dicti decreti* Tridentini cap. 12. pœnam per quod ſublata omnis conſuetudo in contrarium, poſſunt tamen ſupplere per ſubſtitutum circa officia chori in hebdomadibus ſibi aſſignatis promiſſis caredis, &c. Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. omnes vero de reform. & ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij, undè peccant mortaliter in hoc notabiliter negligentes, prout aſſerit Garſias de beneficijs tom. 1. 3. par. cap. 2. n. 500.

41. Verum unum quod Canonici exiſtentes in ſervitio Epiſcopi ſui, miſſi videlicet ab eodem ad limina, ſivè ad viſitandas aliquas Eccleſias, vel ad aliquam functionem loco ipſius lucrantur diſtributiones, ratio eſt, quia tunc reputantur tanquam in choro præſentes, ita docent Garſias de benefic. p. 3. cap. 2. 349. Vivian. de Iur. Epiſc. lib. 15. cap. 3. n. 146. Moneta de diſtribut. quotid. p. 2. q. 8. n. 32. & adeſt declaratio Sacræ Congr. relata ab ipſomet Garſia, quæ ſic loquitur *Canonici miſſi ab ipſorum Epiſcopis ad limina Apoſtolorum eorum nomine, vel comitantes ipſos Epiſcopos, ad eaſdem liminas diſtributiones lucrantur, ex decreto Sanctiſſimi D. N. Sixti V.* Non

ſic ſi tempore quo horæ recitantur celebrent miſſas privatas etiam in eadem Eccleſia, dummodo hoc non faciant ex præcepto ſuorum Superiorum, quia tunc lucrantur, non autem quando ſine tali præcepto tempore chori miſſas celebrant, etiam pro ſua devotione; non ſic de Canonico pænitentiario dum confeſſiones audit, quia tunc reputatur choro intereſſe, ſimiliter de illo valet, qui curam animarum exerceret, quemadmodum valet de examinatoribus Synodalibus, aut Synodum componentibus, tenent Lelius Zechius de Repub. Eccleſiaſt. titulo de beneficiatis n. 13. ad finem, cum Vivian. de Iure patronat. lib. 15. cap. 3. n. 145. & Io. Hieronimus Cenedo tract. 99. Canon. q. 1. n. 74. Garſia p. 3. cap. 2. 335. Trident. ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat. quod etiam valet de Canonico lecturæ Sacræ Scripturæ pro toto die in quo lectiones in Cathedrali, vel collegiata habet, tenet Gonzalex ad Regul. 8. Cancellariæ §. 7. Prot. in n. 180. & alij apud Barboſam de poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 56. n. 8. idem valet de illo qui nomine Capituli Cathedralis, vel Collegiatæ principalis ad Concilium pergit; Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 11. n. 91. & ratio eſt quia iſti ſunt pro bono publico ordinatum ad Dei honorem, & ſalutem animarum.

42. Valet idem de Canonico facto Vicario à Capitulo Cathedralis ſecuta morte Epiſcopi, quia cum incumbat bono publico ſubditorum, & Eccleſiæ reputatur preſens in choro, quando iudicijs operam navare habet, firmat meam Concluſionem Pancinus de officio, & Capituli poteſtate ſede vacante q. 10. 2. par. n. 5. non ſic de Vicario Epiſcopi Canonico, quia in eo ceſſat ratio] ſupra tradita, etiam ſi ſint pro eo labores non parvæ; ita Rota Sacra Romana dec. 122. p. 2. diverſorum, ſed hoc mihi durum videtur, cum Vicarij ordinarij multæ ſint labores, & ſecundum generalem regulam omnis labor præmium ſecum trahit undè ſi ego eſſem iudex in tali cauſa, magis huic, quàm illis darem; Conſulantur DD. reputantur etiã præſentes in choro quando S. Inquiſitioni inſerviunt, quando tamen

tamen ſunt in actuali exercitio, item Collectores Generales Cameræ Apoſtolicæ Notarij in cauſis ſpoliorum, & Fiſcalis durante eorum officio ex Bulla Sixti V. publicata ſub die 8. Maij 1590. quod valet de auditoribus Rotæ Romanæ Clem. 8. quæ incipit *convenit*, vide etia Moneta de diſtributionibus quotidianis p. 2. q. 12. n. 111. Spira in ſpec. teſte gloſ. 3. princ. n. 78. Vivian de Iure Patronatus lib. 15. cap. 3. n. 135. & ſic obſervatur in Curia Archiepiſcopali Neapolit. & alibi in pluribus locis.

43. Quærendum eſt modo non curioſitatis gratia, ſed conſcientiæ neceſſitate, an Canonici, qui tenentur choro intereſſei teneantur canere cum alijs, vel ſufficiat, ut ſolum ſecrete, ib in choro officium recitent, quod idem eſt dicere, an ſufficiat eorum præſentia, etiam ſi non cantent cum alijs, an. 1. in Diana in ſumma de horis canonic. quomodo ſint recitand. pag. mihi 359. n. 54. non benè ſe explicat, meo videri. Dicit namq; ipſe Diana loc. citat. quod de iure antiquo, ſecundùm Concilium Generale Aquiſgranæ cap. 131. ſtatutum fuit ſequentibus verbis ab ipſomet Diana relictis *Canonicis religioſis in choro ſtandum, & pſallendum eſt*. Qua propter ſequitur contra ipſum Diana choro canonicos non ſatisfacere exiſtendo in choro non pſallendo cum alijs, ſed ſolum recitando Divinum Officium ſecretè, ac ſubmiſſa voce, quidquid dicant Lexius lib. 2. cap. 34. dub. 34. n. 185. & Cened. q. 2. n. 16. quia determinata à Concilijs, ubi Spiritus Sanctus aſſiſtit ſpecialiter, non tolluntur per abuſum, aut non uſum; neque contra legem determinatam datur uſus, qui legem faciat, ſed potius corruptela, vocanda eſt, ſicuti dixi. Lex enim illa concilij Aquiſgranæ fuit acceptata, ut ſupponitur, & in quamplurimis Eccleſijs Canonici cantant Divina Officia, & ego vidi Cardinales in choro Divi Petri de Vrbe, & prælatos horas canere tempore Innocentij X. Summi Pontificis, qui maioris dignitatis ſunt, quàm Canonici cuiuslibet Cathedralis. Igitur eſt abuſus legis, non uſus introductus,

ut

ut canonici in choro non cantant, & cum ſine cauſſa hoc faciant a peccato mortali illos non excuſo. Iſtæ enim nõ ſunt leges civiles, ſed Eccleſiaſticæ à Concilio Generali citato factæ Divino Lumine dictatæ, ut Fides Catholica docet. Ergo acceptandæ erant, prout acceptatæ ſunt. Igitur quilibet uſus in contrarium contra legem bonam erit abuſus, & ſine culpa gravi eſſe non poteſt, ſicut eſt quælibet corruptela in rebus eccleſiaſticis, ut dixi in prima Rubrica de Habitu Clericorum; immo ego dico, quod ſumus in re gravi, & agitur de maximo Dei honore, in quo nemo, ſi non ſit inſanus, non debet de laude Dei verecundari, cum Angelorum officium ſit; igitur ab hac laude recedendo, non ne eſt recedere ab officio Angelis? Et ſi in legibus civilibus, ubi populus conſentit, & princeps intendit obligare, &c. tenentur ſervare principis legem, quare lex determinata à tota Eccleſia (quod idem eſt dicere, ac à Deo; & ſuo Vicario in terris confirmata non debet ſervari? Videatur Azzor. ſi non de proprio, ſaltem à ſimili, de hoc loquendo ipſe par. 1. lib. 5. cap. 4. ult. n. 429. Menal. tom. 2. diſpec. 4. cap. 3. diſt. 20 n. 196. Filucc. tom. 2. tract. 21. cap. ult. n. 429. Suarez de legib. lib. 3. cap. 19. n. 16. Lexius lib. 2. cap. 22. dub. 13. n. 98. Reginald. tom. 1. lib. 13. n. 160. Homobon. de exempl. eccl. par. 2. tract. 11. cap. 7. q. 17. Minard. manuale prælatorum, tom. 2. q. 2. 5. art. 21. concluſ. par. & Baſſ. verb. lex, 1. n. 7. Hæc dixi exemplo legum civilium, modò venio ad Pontificias; cuiuſmodi ſunt leges conciliares. Papa enim non habet poteſtatem dependentem a canonicis Cathedralium, ſed illam habet à Deo, ſicut, & Concilia eius auctoritate congregata; vide Bonacc. in Bulla cenæ tom. 3. diſp. 1. q. 15. punct. 4. §. 5. n. 2. cum alijs; vide citatos à Diana par. 1. tract. 10. de legib. reſol. 2. in princ. niſi quando Papa ipſe hunc uſum admiſerit; idem Bonacc. de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 7. §. 4 n. 27. vide Baſſeum Flor. tote Theolog. verb. Papæ. 31. & cenſetur uſu recepta, quia fer.

ab om-

ab omnibus in Eccleſia canere canonici in choro horas canonicas antiquitus ſolitum erat, & hoc non eſt in dubium, quia quando eſſet in dubium, quod nunquam concedam; videantur ritus antiqui Eccleſiarum Romanarum in hoc, ubi non ſolum de die, ſed de nocte canonici erant ſollicitiores in celebrandis officijs divinis. Ergo ut canonici cantent horas canonicas in choro eſt res uſu recepta, & quod eſt præcepta tum à Papa, quod idem dicendum eſt à Concilio auctoritate Papæ congregato, non indiget acceptatione, quia Papa, & Concilium, quod idem eſt dicere tota Eccleſia omnes Fideles obligat, & ita acceptata lex dicitur, quia non unus, vel duo, ſed tota Eccleſia acceptat pro omnibus; vide P. Baſſ. Flor. tot. Theol. verb. lex 2. n. 6. in fin., & lege quæ dixi in antecedentibus Rubricis, & in præſenti de Pontificis Romani auctoritate, & Conciliorum generalium.

In §. *Duo sunt* .

44. Cum in antecedenti §. loqutus fuerim de Iure perſonarum, & præcipuè de illis, qui poſiti ſunt in altiori gradu, modò diſcurrendum mihi eſt de cæteris, ſicuti promiſi. In inferiori namque gradu plures ſunt perſonarum ſpecies, qui & ſi non omnes ſint clerici, tamen nec laici ſunt, ſed potius Eccleſiaſticæ perſonæ, 17. q. 4. C. quis quis, & C. non dubium, de ſent. excommunic., & not. in C. duo ſunt 12. q. 1. item ſunt Religioſi, ſtricte loquendo, qui videlicet tria vota paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, & alij quatuor, quemadmodum facit mea Religio, de quibus infra, de Regul. & Mon. qui nihilominus non ſunt neceſſario clerici, ut habetur in §. fin. infrà de clericis non reſidentibus, ſed ſunt tamen Eccleſiaſticæ perſonæ, ut habetur clarè in rubrica de reg. & tranſ. ad religionem, quam etiam largè, qui non poſſunt verè, & propriè laici appellari; eiuſdem conditionis videntur eſſe Eremitæ, qui etiam ſi clerici non ſint, nec regulares, eo quia, regulam non habent, gaudent tamen privilegijs Fori

Eccle-

Eccleſiaſtici, ut tuetur Abbas, cum alijs in C. cum monaſterium, de elect. & habetur in C. nullus de foro competenti, per eumdem Abb. & alios. Neque iſti ſpeciem diverſamconſtituunt, ſed ad ſupradictas duas reducuntur, ita in §. fin. infrà de cleric. non reſid. quia & ſi in illis ſit varietas actionum, tamen omnes ſunt aut perſonales, aut reales, §. de action. Ant. Tino. Verum eſt quod nomine cleric. non veniunt Monachi rigoroſè loquendo, ſecus in largo ſenſu accepti, ita in cap. 2. ſuper Meghel. præl. qua propter ſit, ut multa conveniant clericis, quæ laicis non conveniunt. Laicis enim diſputare de fide non licet, aliàs poſſunt excommunicari, C. primo quicunque, §. inhibemus de hæret. lib. *6.* vide S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 7. niſi ipſi laici docti ſint, & verſati in rebus Fidei, tunc enim eis licitum erit tales diſputationes facere, qui tunc, & ſi facerent extrinſecè contra legem materialiter, contra intentionem legis non faceret.

45. Hinc deducerem unam concluſionem quod vir doctus, pius, & puræ conſcientiæ, qui legeret libros prohibitos ad finem confutandi eos, ſine licentia debita incurret in pœnas, &c. quia faciet contra legem materialiter, ſi non facit formaliter contra legem, nempe contra finem legis, hæc tamen iudicio S. Matris Eccleſiæ ſubmitto, deduco totum ex C. ſicut in uno corpore de hæret. & ex lege nemo; C. de Sum. Trinit. & fide Catholic.

46. Ad materiam igitur Clericorum devenio, ut deinde ad Laicos accedam. Clerici dicuntur illi, qui divinis officijs mancipati ſunt; & qui ab omni ſtrepitu ceſſare convenit, ut textus noſter hic loquitur; dixi, quod Clerici debent eſſe alieni ob omni ſtrepitu, ne talibus curis à Divinis avocentur 12. q. 1. C. duo, ubi Archidiaconus, & 11. q. 1. ſe quidem, & C. qualis diſt 25. & C. diverſis de Cler. cogniug. & cum Clerici alij ſint Sacerdotes, alij in Sacris, alij in minoribus conſtituti, & alij ſolum primam tonſuram teneant de omnibus iſtis in præſenti §. erit diſcurſus.

47. Et

47. Et primò facio quæſtionem, an Clericis licitum ſit exercere officium advocatus, aut procuratoris in cauſis civilibus tàm coram Iudice Eccleſiaſtico, quam Sæculari, & quatenus quas cauſas agitare poſſint: pro cuius rei intelligentia, advertendum eſt primo quod cauſæ aliæ criminales ſunt, aliæ civiles, & aliæ miſtæ; Sicut ſecundo eſt notandum quod iudex alius eſt Sæcularis, aliusEccleſiaſticus, de quibus videndi ſunt DD. his poſitis.

48. Concluſio prima pro me eſt quod nullus Clericus in ſacris conſtitutus, vel beneficiatus poteſt officium advocatus, vel procuratoris coram Iudice Sæculari exercere, ratio prima deſumitur à me ex divo Thoma 2.2. q. 71. art. 2. quia non convenit ratione decentiæ ſtatus, indecens enim eſt videre Eccleſiaſticum, qui quotidie res Sacroſanctas, ac Divinas tractat coram Iudice Sæculari depileatus, & ſtando, dum Iudex Sæcularis ſedet in medio ſtrepitorum iniurias recipere, ac irreverentiales actus à vilibus ut plurimum perſonis; Clericorum enim eſt incumbere divinis officijs, & rationibus, & Deo ſoli militare, ita cavetur in Lateranenſi Concilio unum ex principalibus inter generalia, & hoc ab eodem Concilio ſumptum fuit, ex cap. 1. de poſtulatione, & habetur in cap. 1. ne Clerici, vel Mon. & in C. cum Sacerdotis, de poſtulatione, & C. nullus 11. q. 1. ubi notat Abbas in C. fin. de poteſtate; advertit etiam Sotus lib. 5. de iuſt. & iure q. 8. art. 2. & ratio principalis eſt, quia cum officium advocati, ac procuratoris ſit odioſum eis contra quos ſit advocatio, aut procuratio, ut optimè firmat Sebaſtianus Guazzin. defenſ. 3. cap. 2. n. 13. & non conveniat Eccleſiaſticis quidpiam, neque mente nocere, ſed omnibus debent prodeſſe pro ſuis viribus, id circo a Iure Canonico prout in textu noſtro prohibitum fuit Clericis, ac Religioſis officium advocatus, vel procuratoris exercere, videatur Ioannes Andreas in Rubrica, ne Clerici, vel Mon. Summiſtæ, etiam conſiderentur in verb. Advocatus; Machad. tract. 13. docum. 4. Mont. de Iuriſdict.

p. 4. cent. 2. caſ. 110. Adde etiam aliam rationem, nempè, quia in tali exercitio advocati, & procuratoris, eſt periculum maximum peccandi avaritiæ, & aliarum paſſionum, ac perdendi honorem, & reverentiam debitam habitui Eccleſiaſtico, ut bene dicunt Alexander in Summa p. 4. cap. 22. Ripa de remed. conſ. Vbert. n. 217. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcoporum p. 3. alleg. 79. n. 16. & cum via Eccleſiaſticorum via ſalutis ſit; pauci ſunt, qui in foro verſantur, ut per viam ſolutis incedant, vel ſi incedunt, hoc eſt dubitanter; Inquit enim B. Ioānes de Alvernia prout in Cronicis Sancti Franciſci Deum illum admonuiſſe, ſe vidiſſe curiales in Infernum introire, quemadmodum pecudes in ſuo ſtabulo faciunt ingreſſum at utinam, ſic non eſſet, quia pauci ſunt illi qui munus advocati, ac procuratoris exercere ſciant ſine ruina familiarum; & præcipue pauperum, qui eis crumenas non implent.

49. Et miror, ac admodum miror quod multi ex ſtatu Clericali aliquando contra proprios eorum Epiſcopos cauſas defendunt, & patrocinantur, immemores eius, quod docent Theologi morales, videl. quod iſti debent privari beneficio, ſi beneficium habeant, & quod peius eſt, & res lacrymabilis noſtris temporibus; ita Clerici facti ſunt viles, ut non ſolum exerceant officium procuratoris in utraque curia, ſed facti ſunt ex actores reddituum, vendentes vinum, & oleum, nec non ſervi infimi civium, & agrorum reviſores illorum; vere res deplorabilis, quod ad tantam vilitatem reduxerit Eccleſiaſticas perſonas avaritia, & ſitis auri, quando, ipſe cor aureum habere deberent, & ſolum amore, & Dei honore inflamatum.

50. Limitanda tamen eſt dicta concluſio, circa videlicet proprias cauſas, quia hec eſt de iure naturæ, nec non circa cauſas patris, & matris ſuæ, hoc enim per nullum ius Clericis tolli poteſt, loquendo de iure poſitivo, tenent Vgolinus de officio Epiſcopi p. 1. cap. 13. §. 6. Baſſ. de verb. Advocatus n. 1. Parolectus in Paleſtra Clericali p. 3. cap. 2. lit. X. verſ.

verſ. pro alijs, Laiman. lib. 3. tract. 4. cap. 26. dummodo hoc fieri poſſit ſine magna diſtractione, & abſquè lucro, ſed ſolum ex charitate fiat, ita, Cardinalis Oſtienſis in Summa lib. 1. de poſtulando n. 5. & Gavant. in addition. ad Manual. Epiſcoporum n. 3. verb. Clericus. Quod etiam valet in cauſis miſerabilium, quando aliàs tales miſerabiles aliud remedium ad ſe defendendum non habent, quia in tali caſu Clericus non exerceret officium advocati, ſed actum charitatis, F. Leo in Theſ. For. Eccleſiaſtici p. 3. cap. 4. n. 19. Sayrus in clavis regia lib. 2. &. 22. n. 3. Bellet. diſp. Clericorum p. 1. tit. de diſc. Clericor. cum multis alijs graviſſimis Doctoribus.

51. Limitatur etiam ſupradicta concluſio in Clerico miſerabili, qui non habet undè vivat quia ſubvenire proprijs neceſſitatibus eſt de iure naturæ, & ſi officium chairtatis eſt ſubvenire alienis, quanto magis ſibi ipſi: ſic Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 2. à n. 28. Vgolinum cap. 13. §. 5. n. 1 verſ. excipiuntur, Rodov. de ſpolijs Eccleſiæ q. 8. à n. 48 Nav. pract. q. 9. cap. 19. n. 6. Barboſa de Iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 40. n. 90.

52. Poſſunt, etiam conſulere, ac ſcribere in propria Domo, nam lex prohibens eſt ad evitandum ſtrepitum curialem, ita Bartol. in l. 1. §. advocatos ff. de var. & extraord. cogn. & in l. 1. §. poſtulare n. 1. de poſtul. Paul. in l. 1. ff. de leg. Pariſ. in addit. verbo poſtulare, Iaſſon. in l. pricipio n. 11. & Roman. n. 3. ff. de verbor. obligatione, Diaz pract. crimin. cap. 63. n. 2. cum alijs innumeris, nam Domi conſulere, non eſt propriè advocare, quia officium advocati eſt proprie poſtulare in iudicio, prout reſolutum fuit à Sacra Congregat. Concilij die 20. Iulij 1619. nempè, quod Clerici non poſſint publicè patrocinari, ſed tantum domi ſcribere, ita Auguſt. Barboſa de iure Eccleſiaſt. tom. 1. lib. 1. cap. 40. n. 89.

53. Non ſic in urbe ob multitudinem cauſarum Eccleſiaſticarum, ubi magno honore Eccleſiaſtici venerantur, & Iudices Eccleſiaſtici ſunt ferè omnes, ita Vētrius in pract. lib. 3.

cap. 4. n. 4. Maiolus de irregulari lib. 5. cap. 19. n. 4. Salzedus in pract. crimin. cap. 66. lit. A. verſ. 9. Stephanus Gratianus diſcept. forenſ. cap. 57. num. 22. quos ſequuntur alij multi graviſſimi ſcriptores. In cauſis verò Eccleſiaſticis non eſt dubium, & coram iudice Eccleſiaſticò, quod Clerici advocare poſſint ratio eſt, quia rex Eccleſiaſticæ decentius ab Eccleſiaſticis tractantur, quàm à Sęcularibus iuxtà etenim negodia, & honeſtà non ſunt Clericis prohibita; quia in iſtis ſcandalum eſſe non poteſt; S. Antonin. Archiepiſcopus Florentinus p. 3. tit. 6. cap. 1. §. 1. Oſtienſis lib. 1. de poteſt. per textum in C. non licet 11. q. 3. Armilla verbo advocatus n. 4. Federicus de Seris conſ. 7. n. 1. Vgolinus de officio Epiſcopi cap. 13. verſ. 6. Io. Andreas in cap. 1. n. 3. & 5. Laiman tract. 4. ſect. 5. cap. 26. & alij non pauci, qui hoc confirmant.

54. Non poſſunt tamen Clerici in cauſis criminalibus advocare, niſi coram Iudice Eccleſiaſtico, & in favorem tantum rei, non autem contra illum C. à quibus 13. q. 8. ità Navarrus C. non dicatis 12. q. 1. Sylveſter V. Advocatus q. 5. & hoc eſt intelligendum de Clericis conſtitutis in ſacris ordinibus, non de alijs qui ſunt in minoribus, cum iſti ad ſęculum pro ſuà libertate redire, Bonacc. tom. 2. diſp. 10. q. 3. punct. 4. n. 1. cum multis alijs ab ipſo citatis, quibus addo Alvar. pelog. de plant. Eccleſiæ lib. 2. cap. 35. verſ. item Clerici.

55. Dixi, quod Clerici in ſacris, non poſſunt exercere officium procuratoris, & benè dixi etiam ſi officium advocati exercere poſſint locis, & modo ſupradictis à me in iſto §. à n. 45. uſque ad 52. incluſivè ratio diſparitatis eſt quia officium advocatus eſt ſolum proponere, ſuper meritis cauſarum, at procurator totum negocium cauſæ in ſe ſuſcepit, atquè à Deo totus ſe diſtrahit in hoc, quod non licet perſonis Deo dicatis, & cum eo perſonas ordines deſponſatis, ita habetur in textu C. pervenit diſt. 85. Ludoviſius in memoria Clericorum cap. 4. titulo de præceptis Clericorum n. 4. littera K. Barboſa de iure

Eccleſ.

Eccleſ. lib. 1. cap. 40. n. 85. Parolet. in Paleſtra Clericorum p. 3. C. &c. littera K. cum alijs ab eo allegatis. Et ſi procurent debet eſſe de licentia Summi Pontificis in C. pervenit diſt. 86. Ludoviſius in memor. de recor. cap. 4. tit. de præceptis Clericorum n. 4. littera K. Barboſa de iure Eccleſiæ lib. 1. cap. 40. n. 85. Parolet. in paleſtra Clericorum p. 3. cap. littera K. &c.

56. Concludo ergo quod abſquè diſpenſatione Papæ non poſſunt Sacerdotes, neque alij Clerici in ſacris conſtituti officium procuratoris exercere coram quoqunque Iudice tam Laico, quam Eccleſiaſtico non ſolum pro alijs, ſed nequè etiam pro ſe ipſis, ut dicunt auctores ſupra à me citati in n. 53. antecedenti in fine, & quamvis Panormitanus in C. per venerabilem, qui Felin. ſint legittimi intelligat de Procuratore Generali ad omnia negocia, &c. non autem de illo, qui eſt procurator ad unum negocium tantum, fundatus in Doctrina Innocentij in C. unico de oblig. ad ration. ſicut etiam aſſerit Archidiac. in C. pervenit diſt. 86. ſed hoc eſt falſum, quia, & ſi non ſit nulla eius procuratio, non propterea excuſat eum à pœnis per Canones illis cominatis.

57. Poſſunt tamen exercere officium notarij ad cauſas pias V. in cauſa hæreſis C. ut officium de hæreticis in 6. & hoc etiam ſi ſint in ſacris, ut benè notat, & firmat Marcheſanus ſignaturæ iuſtitiæ Referendarius, ac olim Decanus in tract. de commiſſ. p. 2. dec. 144. ſicut etiam licitum eſt eis ſi non habent unde vivant talem officium in curia Eccleſiaſtica Diaz cap. 58. lit. B. & ad pias cauſas in ultimis voluntatibus; ubi viget tamen conſuetudo, Marcheſanus ubi ſupra n. 7.

58. Miror, & non ſine animi mei dolore lacrymas effundo videre Clericos, ac Religioſos Clauſtrales, ita Curiales in utraque foro, quod adhuc audio, vel ſaltem videtur mihi audire verba illa Micheæ quibus ipſe Propheta loquitur Eccleſiaſticis, & Deo dicatis dum ſic loquitur *vah qui cogitatis inutile, & operamini malum, in luce matutina faciunt illud,*

quo-

quoniam contra Deum eſt manus eorum. Circa quod ſequitur, quod lacrymabile in iſtis temporibus videre Sacerdotes magiſtros eſſe Domus, procuratores, ac cauſidicos, quando nobiles verecundantur videri per tribunalia, & ut ſuam verecundiam cooperiant, & ſuam exiſtimationem ſubſtineant ſuo loco Sacerdotes per curias mittunt, mittunt inquam illos de quibus dixit Deus *ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes* & alibi *nolite tangere Chriſtos meos* & tamen ita ad actiones viles ita Sacerdotes redacti ſunt multi, ut maiori extimatione habeantur ſervi cubicularij, quam Sacerdotes, ut in §. antecedenti me explicavi; non mirum ſi Chriſtianitas multa poſita ab inimicis fidei Catholicæ, ſi ſacrificia offeruntur, non à Sacerdotibus viventibus iuxtà Sacerdotalem dignitatem, ſed ab hominibus, qui cum debuiſſent toti Deo, ſoli mundo dicati ſunt; quibus Sacerdotibus noſtri temporis [non loquor de veris Sacerdotibus, ſed de illis qui ſæculo, & negotijs ſæcularibus ſe ſe dicarunt] audio etiam Malachiam cap. 1. ſic loquente ex ore Dei *quis eſt in vobis qui claudiat oſtia, & incendat Altare meum gratuito, non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra;* & deindè ſequitur *ad vos, ò Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum (hoc eſt ordines mei Vicarij in terris) offertis ſuper Altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te?* audi quid tibi dicit Deus per hunc precitatum Prophetam ò Sacerdos negocijs Sæcularium implicatus *Menſa Domini dexpecta eſt.* Quidquid dixi, fuit ſolum quia vellem, ut Sacerdotes ſuum gradum tenerent, & eſſent memores quod non ſunt Laici, ſed Eccleſiaſtici, in gradu ſi non altiori, ut Epiſcopi, ſunt tamen in gradu maximo, honorando, non deſperiendo.

59. Advertendum eſt tamen, qui ſi quis Sacerdos pro cauſa Criminali advoceret, reo defendendo ex qua legittima defenſione accuſator undè moraretur pœna mortis, tunc ille Sacerdos, aut alius in ſacris ordinatus non efficeretur iure irregularis, quia hoc damnum ſuccedit per accidens, & preter in-

intentionem defendentis, ita Guazzinus primus defenſione 3. cap. 2. n. 12. Lexius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. n. 51. verb. advertit etiam Diana par. 4. tract. 2. reſol. 34. Turrianus de cenſur. lib. 9. diſp. 66. dub. 3. Cornab. diſp. 18. dub. 9. n. 88. & concludit præpoſit. in 3. par. D. Thom. q. 5. de irregul. dub. 13. n. 104. & hoc etiam ſi dictus advocatus in defenſione rei plura abieciſſet contra dictum accuſatorem, quia ſolùm iſta tenderent ad rei defenſam, non autem ad accuſatoris necem; vide Dian. par. 4. tract. 2. reſol. 5. Filucc. tom. 1. tract. 70. n. 257. & tom. 2. tract. 40. cap. 10. n. 283. Suar. de cenſur. diſp. 47. ſeſſ. 4. n. 6. Bonacc. de irregularit. tom. 1. diſp. 7. q. 4. punct. 3. n. 5. Molin. tom. 1. tract. 3. diſp. 74. n. 11. dummodo in ſuis ſcripturis defenſivis faciat debitas proteſtationes, quæ illi ſuffragare non habent quando in ſuis defenſivis ſcripturis inſtaret, ut accuſator puniretur talionis pœna, ſicut quando defenderet iniuſtè ipſum reum: Vide de his duabus ultimis difficultatibus Bonacc. loc. ſup. citat. d. n. 5. & eumd. Dian. d. tract. 2. reſol. 96. Baſſ. verb. irregularitas 5. n. 14. Filucc. citat. tract. 40. n. 157. cum alias dictum ſequentes, dummodo dictus clericus hoc non faceret bona fide, quod tamen non ſalvaret ipſum in foro externo.

160. Et idem quod dictum eſt uſque modo de clericis ſæcularibus, potiori iure dico de regularibus, & in clauſtro degentibus, etiam ſi more clericorum in pœnalibus regulares non veniant comprehenſi; ratio eſt eadem, immo validior, quia talis prohibitio facta fuit clericis ſæcularibus ad avaritiam evitandam, & inhoneſtatem habitus Eccleſiaſtici atque in dedecorem, & deſpectum, & ut Eccleſiaſtici, qui Deo dicati ſunt, ſaltem Deo inſervire habeant; ita Card. Oſtienſ. lib. 1. de poſtulat. n. 5. in ſum. Alex. in cap. 1. de poſt. circa fin. verſ. quero, Ant. de Butrio n. 18. Bellam. in C. final. n. 5. de poſtulat. Abb. in cap. 1. n. 7. ne clerici, vel monachi, & in cap. 1. n. 3. de inſt. cum alijs per Barboſ.

de iure

de iure Eccleſ. tom. 1. cap. 39. n. 9. & habetur text. in C. monaci 16. q. 1. & ex C. ex parte de poſtulatione.

61. Tamen advertendum eſt pro ſecuritate animæ, quod ſi clericus aliquid lucratus fuerit in defenſione cauſarum in caſu ſibi licito, non debet reſtituere, ſecus in cauſis prohibitis, & tunc pauperibus, & hoc poſt ſententiam, vel Cameræ Apoſtolicæ, ſicut valet de notario clerico, vel religioſo. Reſpice D. Antonin. par. 3. tit. 13. cap. 2. Iacob. de Graff. dec. aur. lib. 3. cap. 2. Alam. par. 1. q. 7. pag. mihi 3. & per text. noſtr. canonic. in C. monachi 16. q. 1. & ex C. ex parte de poſtulat. confirmatur.

62. Immo ego dicerem, quod ſupradicta exercitia procuratoris, advocati, ac notarij non liceret, neque clericis in minoribus conſtitutis, ut habet in coment. inſtitut. canonic. Lancillott. cum de iur. perſonar. lib. 1. tit. 4. §. nec in ſacris, quia ut ait ipſe commentator, omnis ordo ſacer dicitur, ut in 1. q. 1. §. quælibet, & 28. q. 1. C. nullus, & per Archidiac. cap. 6. q. 1. in C. infames, habetur etiam, ſi non ſtrictè, ſaltem in largo ſenſu ſacræ perſonæ Clerici minores dicuntur, dum habitum Clericalem gerunt, & tonſuram atque Eccleſiæ inſerviunt, quia gaudent utroque foro, videantur Doctores de hac materia, quibus me remicto.

63. Quomodo autem peccant Clerici in sacris conſtitutis exercentes officia ſupradicta ſine licentia Pontificis, & ſuorum ſuperiorum loquendo tam de ſæcularibus, quam regularibus & precipuè quando ex profeſſo talia officia exercere habent; dico, quod mortaliter peccant, quia dedecorant munus Sacerdotis ordinis, & habitus, & exercent officium illis ſevere interdictum, C. te quidem 14. q. 1. Sanchez opuſc. mor. lib. 6. cap. 7. dub. 4. non nocet tamen ſi ſemel hoc faciunt bis, aut ter, quia datur in hoc parvitas materiæ, quia præcipuè in materia non ardua, non multum ſe diſtrahunt, videatur Fulvius pacian. conſ. 162. n. 215. Salzedus a dd. ad Bernard. Diaz cap. 63. paulo poſt princ. Lopez lib. 5. tit. 5. p. 3.

verbo

verbo otioſi Rom. Sing. 273. Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſc. cap. 13. §. *6.* & alii videantur apud Barboſa de iure Eccleſiaſt. lib. *6.* cap. 40. n. 88. verſ. *6.* Peccatum tamen in genere huiuſmodi delicti, ſupponere debet ſcandalum notabile, & violationem obedientiæ, contra præiudicium communitatis, &c. quia hijs deficientibus, reducitur talis tranſgreſſio ad ſolam venialem culpam, aſpice Reginaldum in praxi fori penitentiæ lib. 25. n. *666.*

64. Advertendum eſt etiam, quod ſi Sacerdos officium Tabellionis exerceat, inſtrumenta per eum rogata ſunt valida, quare inſtrumenta per eum rogata, tenent, dummodo; antecedenter fuiſſet Notarius, & hoc non fecerit poſt prohibitionem factam, à ſuo ſuperiore, & tenent hoc doctores citati per Covarr. C. ſicut, quem ſequitur Sanch. conſ. moral. lib. *6.* cap. 7. dub. 5. n. ult. Barboſa de iure Eccleſ. n. 157.

65. Poteſt tamen Clericus iudicem rogare pluries, ut cauſam expediat, abſquè allegatione iurium alicuius partis, vel ut iudex concedat terminum, quia hoc non eſt advocare. In Iudicio, ſed ſola ſimplex petitio gratiæ, vel Iuſtitiæ, ità Hortenſius, & Cavalcant de Brachio Regio p. *6.* n. 40*6.* cap. 13. caſ. 5. immò ego addo quod etiam ſi allegaret iura partis, non eſſet Clerico interdictum, quia hoc facere, eſt ſolum adiutorium prebere, quoniam advocare eſt proprie pandere alienum deſiderium in iudicio coram iudice, quod ſecus eſt in cauſa, iuſta textum in l. 1. verſ. poſtulare ff. de poſtulat: Abbas in Rubric. eo n. 1. & alij per Cavalcan. citat. ſupr. n. 40*6.*

APPENDIX I.

De Privilegijs Clericorum.

1. EGI uſque modo de debito perſonarum Eccleſiaſticarum, tam de Epiſcopis, &c. quam de eorum Vicarijs, nec non de Clericis, tam in ſacris conſtitutis, quam, in

 mino-

minoribus, modo de privilegijs eorumdem ſermonem inſtituam, quod fieri poteſt, nec non de privilegis regularium tam prælatorum, quam ſubditorum, ac eremitarum, qui ſub nulla Regula vivere habent.

2. Clerici ergo habent primum privilegium à Chriſto Domino (loquor de ordine Sacerdotali inſignitis) ligandi, atque ſolvendi iuxtà illud Matth. 18. & Ioannis 20. & C. utriuſque ſexus de pœnitentia, & remiſſione, que quidem auctoritas cum duplex ſit, nempè ordinaria una, delegata altera, de utaque, cui competat videndum eſt.

3. Quapropter dico, quod ordinaria, eſt illa quæ ex proprio officio, & munere Eccleſiaſtico ordinato competit, & principaliter ex proprio munere, hæc reperitur in Summo Pontifice, de quo à Cardinalibus facta electione illi competit talis auctoritas ſeu iuriſdictio, quia illi immediatè dat Chriſtus Dominus; Quæ quidem iuriſditio eſt univerſalis etiam in Summo pænitentiario, eiuſdem Pontificis, in Patriarchis legittimis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & alijs habentibus proprias diæceſes, in pœnitentiario maioris Eccleſiæ, & alijs quibus competit animarum cura, e contra vero delegata ſe habet, quæ ſolum competit, delegato ex delegatione, ei facta ab habente iuriſditionem; & ordinariam poteſtatem delegandi, & ſic poteſtatem talem delegatam, habent omnes deputati ad audiendas confeſſiones, quibus alias non competit ius in hoc ex officio, ſed ſolum ex delegatione.

4. His poſitis, plures quæſtiones naſcuntur in hac materia, de auctoritate delegata, non loquor hic in foro conſcientiæ, ſed in foro pœnitentiæ, & Sacramentali.

5. E primo quæritur, qui ſint capaces huius iuriſditionis in foro interno, Sacramentali. Secundo quando conferatur. Tertio quomodo debeat conferri hæc iuriſdictio. Quarto qui poſſint hanc poteſtatem delegare. Quinto quibus poſſit iuridicè, & tuta conſcientia, delegari talis iuriſditio abſolvendi Sacramentaliter. Sexto quantum ſit durabilis talis dele-

lega-

legatio. Settimo an expiret morte concedentis, vel ceſſante eius officio. Ottavo an poſſit extra diœceſim exerceri erga ſubditos delegantis. Nono an exerceri poſſit in propria diœceſi erga non ſubditos delegantis.

6. Reſpondo, & quoad primum dico, quod ſi Sacerdotes, non excomunicati, neque ſuſpenſi, ſunt capaces talis iuriſdictionis, ad hoc, ut valide exerceant, ita S. Thomas in additamentis ad tertiam partem q. 8. art. 3. Onuphrius de ſigillo confeſſionis ſect. 3. unica q. dub. 5. Vaſquez q. 93. art. 1. dub. 1. Mart. Bonaccina tract. de Sacram. diſp. 5. q. 7. punct. 1. & 4. §. 1. n. 12. Sayrus de pœnitentia cap. 24. n. 1. & communiter omnes DD.

7. Ad ſecundum dubium dico, quod ſtrictè loquendo ſolum confertur, quando ab ordinario prævio rigoroſo examine datur talis auctoritas abſolvendi à peccatis, quod quidem examen debet eſſe realiter factum, non apparenter, nequè fictitia, alias ille taliter fictitiè approbatus non habet iuriſdictioné abſolvendi; ſi alias ordinario non conſtet eſſe capacem talis poteſtatis iuriſdictionis, moveor ad hanc concluſionem firmandam ex lege tradita in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 15. de reformatione, ex doctrina Vgolini de officio, & poteſtate Epiſc. p. 2. cap. 34. Vaſq. q. 93. art. 3. dub. 3. cum alijs innumeris DD. neque valet dicere, quod ab ordinario ſufficit ut ſupponatur habilis ille, qui ſe illi reprheſentat, ut obtineat poteſtatem iuriſdictionis ad confeſſiones audiendas, quia hoc eſt loqui contra iuſtitiam, contra dignitatem, & neceſſitatem iudicij ſpiritualis, & contra determinationem Concilij citati, quod vult omnimodè, ut prius confeſſorij examinentur, & deducitur ex C. cum olim de maioritate, & obedientia, approbatio prædicta debet fieri iudicio prævio, iudicium numquam fieri poteſt in hoc rectè, & rectum ab ordinario, niſi ſufficientia Sacerdotis externè conſtet per examen rigoroſum, firmat meum dictum Barth. à S. Fauſto in tract. de Indulgentijs lib. 4. q. 79. undè ego dicerem, quod, ſi ordinarius, appro-

baret aliquem ad audiendas confeſſiones, eo quia iudicaret illum ſufficientem, non prævio examine, & idoneus non eſſet, dictus ordinarius peccaret mortaliter, quia ſe exponit periculo dandi facultatem invalidè, & quod abſolutiones à dicto Sacerdote ſic approbato collatæ eſſent invalidæ, quia illa facultas non eſt validè collata; ratio eſt quia, & ſi examen à Concilio neceſſaria ſimpliciter non iudicetur explicitè, iudicatur tamen implicitè per illa verba *ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur* quomodo enim poteſt Epiſcopus iudicare aliquem idoneum in conſcientia ad confeſſiones audiendas illum quem non audivit in circulo defendendo, vel aſſiſtendo Cathedracijs Paleſtris, vel in Pulpito concionando, aut in aliquo diſcurſu virtuoſo circa moralia, iudicium enim ſibi manducabit, & bibet ipſe ordinarius alias ſine prævio examine admittendo ad paſcula ſpiritualia, & ad regendas oves Paſtorem, aut Doctorem, quem non agnovit. Quidquid dicat Suarius in hac re diſp. 28. ſect. 1. n.7. Reginaldus lib. 180. Vaſquez q. 93. dub. 3. Bonaccina de Sacramentis diſp. 5. q. 7. punct. 4. §. 1. n. 9. cum alijs apud Sanchez, quia ego numquam condeſcendam eorum doctrinæ, ſunt enimi ordinarij reddituri rationem de animabus ſibi ſubiectis, ſi enim Epiſcopus non ſcit eſſe idoneum quando ſcire eſt rem per cauſam cognioſcere quando autemper examen aurum non probamus ignoramus cauſam ſufficientiæ, vel per alias experientias, ut dixi publicos circulos ſuggeſta, vel diſcurſus familiaris, ex quibus virtus, ac ſufficientia petentis confeſſionem pateat, approbatio enim ad talem munus, ità neceſſarium eſt actus iuſtitiæ, igitur debent procedere, ſecundum alligata, & probata, ut dent uniquique, quod ſuum eſt. Suarius tom. 4. diſp. 28. ſect. 4. n. 22. Bonaccina q. 7. punct. 4. §. 1. n. 31. Cornich. de penitentia diſp. 8. dub. 7. n. 49.

8. Oh utinā omnes examinarentur ab Ordinarijs locorū, ſicuti examinantur veri Theologi, Lectores, & Concionatores, quia non ita currerent animæ ſine lumine. Neſcio qua

cauſſa

cauſſa viri docti toto rigore, cribentur, & aſini in lira admittantur ſine difficultate, & veri paſtores reprobentur dando pecudes in manibus mercenariorum, qui ſæpe ſæpius neque legere libros intelligunt, neque abſolutionis formam capiunt.

9. Neque capere poſſum dictum Barboſæ in collect. pag. mihi 206. col. 1. n. 36. & 37. dicentis: quod indicatus ab Epiſcopo quis actus ad audiendas confeſſiones cenſetur validè approbatus, etiam ſi aliàs non ſit ad tale munus idoneus, & quomodo poteſt Epiſcopus, ſivè eius Vicarius Fullanum eſſe idoneum ſcire ſi illum prævio examine, non probet? Epiſcopus namque cum ſupponatur, vel doctor, aut Theologus in hoc non poteſt decipi ignorantia invincibilij, ſed ſi tales admittat ignorantes, ad munus tam ſublime, erit craſſa, & vitioſa, atquè adeò nulla erit collatio auctoritatis, ſed (ſalva pace) vocabo illam, non incuria, ſed ingens temeritas prout videtur reſolvere [& ſi ad alium propoſitum] Sanchez de Matrimonio lib. 2. diſp. 40. n. 4. in medio.

10. Et tanto magis relucet veritas meæ concluſionis quando certum eſt apud omnes, quod abſolvere à peccatis eſt iudicium maximum, & maxima res, & nullus poteſt ſalva conſcientia deputari, ut iudex in cauſa gravi, niſi ſit in deputato maxima ſcientia, quia extremis morbis extrema remedia; iudex namque ſecundum neceſſitatem cauſarum ſcientiam habere debet, cum ergo in foro pœnitentiali agatur non ſolum de regnavi, ſed graviſſima, tractatur namque de ſalute, & perditione animarum, ergo omninò neceſſaria eſt debita ſcientia, & melius ſi eſſet confeſſor perfectè omnia ſciens, legatur Caietanus verb. confeſſari neceſſaria, Sotus lect. 6. de confeſſione Navarrus cap. 4. n. 1. & in cap. 1. §. caveat de pænitentia d. 6. & alij.

11. Debet enim confeſſarius audire plures perſonas, & conſequenter plura ſcire, & præcipuè linguam latinam nec non differentiam inter lepram, & lepram, quæ res eſt maximi, & eſſen-

eſſentialis momenti in iſto genere actionis, & in hoc non parum laborant, etiam viri doctiſſimi ad hoc ut iudicium rectum ferre poſſint, tenentur ſcire diſpoſitionem quæ in pænitente requiritur. Scire etiam debet pecchata, quæ ſunt contra iuſtitiam, & illa, quæ contra charitatem ratione reſtitutionis, &c. Scire, quæ peccata ſint reſervata, Summo Pontifici, in Bullæ cænæ, & ordinarijs locorum ubi ipſi confeſſarij confeſſiones audiunt, & præcipuè ſi ſunt confeſſarij in locis ubi viget mercatura, & contractus fiunt, quam plurimi, ubi reſident iudices procuratores, advocati, & fiunt cambij; hinc eſt quod multoties pænitentes, quia facilitatem apud ignorantes inveniut; ignorantes ſibi eligunt in confeſſores, videatur Filuccius & apud ipſum citati Doctores tract. 7. cap. 9. n. 252. & 253. Suarius diſp. 28. ſect. 2. Caſpenſis n. 86. Diana in Summa d. verb. n. 25. Tancredus q. 56. & alij comuniter, igitur talia requiſita nota debent eſſe ordinario; alias neſcio quomodo negocium currat duplici pede, ita ut non claudicare habeat in re tam magni momenti ſicuti eſt animarum ſalus; ergo de primo ad ultimum ſequitur quod ordinarius debet neceſſario approbare confeſſarium examine prævio niſi alias certò ſciat eſſe idoneum ex actibus publicis à petentibus confeſſionem geſtis, & ab ordinario auditis.

12. Si mihi eſſet licitum loqui de Epiſcopis, quos ſemper venerabor prout debitum eſt fidelibus omnibus, dicerem numquā concionatores, magiſtros ac lectores examinare deberi ad confeſſiones audiendas ad ipſos accedentes pro petitione talis auctoritatis, quia ſi alios docent doctrinam, apti ſupponuntur.

13. Ad tertium dico quod poteſtas in foro interno ſacramentali, confertur Clericis in ordinatione Sacerdotis, per illa verba *accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis*, & ſi Epiſcopus poſt ordinationem, non pronunciat ſupradicta, &c. non poſſet Sacerdos à peccatis validè abſolvere, etiam ſi hanc poteſtatem delegatam obtineret, deindè ab Epiſcopo, vel eius Vicario, quia requiritur, ut

prius

prius habeat poteſtatem ordinariam, ad obtinendam delegatam, ita Suarius tom. 4. diſp. 16. ſect. 3. n. 7. Medina C. de perit tract. 2. q. 35. concl. 3. Valentia tom. 4. diſp. 7. q. 16. punct. 7. Vaſquez de derit. q. 93. art. 1. dub. 2. 2 n. 5. Cammerata de Sacramentis tract. 7. de confeſſ. dub. 12. pag. 477. Dom. Riccius deciſ. 22. par. 4. n. 2. Bonaccina de pœnitent. diſp. 5. q. 7. punct. 1. n. 5. firmat Angelicus Doctor Advocatus meus in addit. ad tertiam partem q. 8. art. 3. roboratur hec concluſio a Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7.

14. Et ſi ſimplex Sacerdos poteſt abſolvere in articulo mortis conſtitutum, à peccatis, & cenſuris reſervatis iuxtà Sacræ Congregationis decretum, & Concilij Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. de Sacrament. pœnit. hoc evenit non ex vi caracteris Sacerdotalis tantum, ſed quia ab Eccleſia delegata eſt illis talis auctoritas iuriſdictionalis ita Suarius tom. 4. n. 8. Sanchez in Summa lib. 2. & 13. n. 1. Vaſqueſius q. 93. art. 1. dub. 3. & 6. n. 5. Navarrus cap. 27. n. 271. Bonaccina de Sacram. diſp. 1. q. 7. punct. 1. n. 9. & alij.

15. Si vero quis non Sacerdos abſolveret aliquem à peccatis fingens ſe Sacerdotem eſſe, non eſſet valida abſolutio, etiam ſtante bona fide pænitentis, etiam ſi ille communiter exiſtimetur Sacerdos, ratio huius rei eſt, quia adeſt impedimentum iuris Divini. quod ab Eccleſia ſuppleri non poteſt, poteſtas enim abſolvendi à peccatis eſt de iure Divino, & ſolum veris Sacerdotibus competere habet, vide Sancium lib. 3. diſp. 22. Bonaccina tract. de Matrimonio q. 2. punct. 8. n. 36. cum alis innumeris DD.

16. Poteſt quidem ſimplex Sacerdos cum auctoritate ordinaria abſolvere, à venialibus, etiam ſi ſit ſolum materia ſufficiens, ſicus à mortalibus iam confeſſis Sacerdoti approbato legiptimè, non poteſt etiam abſolvere ab excomunicatione minori, vide Paulum Squillant in tract. de obligat. Clericor. p. 3. n. 134. & de privilegis Clericor. cap. 1. dubit. 2. n. 17. pag. 11. col. 2. qui multos Doctores citat. pro veritate ſui dicti.

17. Ad

17. Ad quartum dicendum eſt, quod omnes habentes iuriſdictionem fori interni iure ordinario. poſſunt dictam iuriſdictionem fori interni delegare, & habentes facultatem illam ſubdelegandi. Parocus vero Epiſcopus, qui eſt proprius Parocus alicuius Parochiæ an poſſit hanc auctoritatem alicui delegare, ſicut facit, & facere poteſt Parochus propietarius? dicendum eſt quod ſic, non autem hoc facere poteſt, ſubſtitutus à Parocho Epiſcopo, vel à Parocho non Sacerdote, Parochia obtenta, poſſunt tamen iſti delegare alteri aliqua officia Parrocchialia; ut in matrimoniũ congiungere ſponſas. Deferre Euchariſtiæ Sacramentum infirmis, ungere Oleo Santo laborantes in extremis, &c. & ſimilia, niſi in illa regione incontrarium eſſet conſuetudo, videatur Paulus ſquillant de Clericorum privilegijs cap. 2. dub. 3. pag. 56. colam. 2. n. 35. Sancius diſp. 31. lib. 3. n. 13. vide etiam gloſ. in C. cum cauſ., verbo delegatus de appellat. Abbas in C. cum Bertoldus na 20. de ſententia, & re iudicata, marranta, in pract. 4. p. p. 5. princ. an iudic. ſit ord. n. 27. Iaſ. in l. a Iudice Gavac. p. 5. cap. 1. n. 363. & Bonaccina de legibus diſp. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 18. quibus addo gloſ. in clemenr. 1. verbo presbiteri de privileg. ubi Cardil. q. 19. Henric. lib. 6 de pœnit. cap. 7. n. 2 & alij, qui ampliant talem delegationem ſe eſtendere ad ſubſtitutum, ſubſtituti ad tempus breve.

18. Ad quintum reſpondeo, quod huic difficultati, iam ſatisfeci ſupra in reſponſione ad ſecundum dubium a n. 5. huius appendicis uſquè ad n. 11. videantur ibi, ea quæ à me dicuntur.

19. Ad ſextum nempæ quantum durabilis ſit talis delegatio facta ab ordinario Sacerdoti, ut Sacramentales confeſſiones audiat, dico quod diſtinguendum eſt, quia alia iuriſdictio eſt ordinaria, alia delegata in qua re iterum ſubdiſtinguo, & dico, quod qui habet dignitatem, vel munus Eccleſiaſticum cui ea eſt annexa eſt iuſdictio durant annexa quantum durat Principale conceſſum etiam ex gratia; ſi verò ſunt rex annexę

iuri-

iuriſditioni ad libitum, ſicut actoritas Vicarij Epiſcopi, extincta Epiſcopi auctoritate ſivè per mortem naturalem, ſivè moralem omnia conceſſa Vicario extinguantur, ſicut ſi auctoritas fuit conceſſa ad tempus præfixum, illo ſpirato ſpirant omnia, ſi vero indeterminate fuerit conceſſa durabit, uſquè dum non revocatur; alias ſe habet res ſi iuriſditio V. G. in foro Sacramentali fuerit conceſſa ad beneplacitum perſonæ concedentis, vel ad beneplacitum dignitatis, quod primam expirat ſecuta mente concedētis, quod ſecundū durat durante dignitate uſque dum non revocetur, quod idem valet ad tempus prefixum finito tempore ſpirat ſi in illimitate, perdurat uſquè dum non revocetur, lector cariſſime vide Sancium lib. 3. de Matrimonio diſp. 39. n. 13. Suarinm diſp. 28. ſect. 8. & alios ab ipſo cit. Suarium citantem Vaſqueſium q. 93. art. 3. 5. n. 2. Zerala in praxi de pœnitent. cap. 16. q. 2. Bonaccina de Sacrament. diſp. 5. q. 7. punct. 3. n. 2. & punct. 4. §. 1. n. 7.

20. Si verò talis iuriſdictio abſolvendi erat conceſſa per annum, ſuunt aliqui DD. aſſerentes etiam expleto anno, valere geſta per ipſum confeſſario concurrente communi errore ita Henriquez lib. 6. cap. 6. & ſi contrarium ſentiat Maſcardus tom. 1. concl. 138. & alij, quibus adheret Bonaccina de Matrim. q. 2. p. 8. n. 29. cum non videatur eſſe ſufficiens titulus, ſed potius contra formam datam.

21. Si verò confeſſarius approbatus in delictum hæreſis non ceſſat ius iuriſdictio, uſquè dum declaretur nominatim talis hæreticus excomunicatus lege Thomam Sancium in ſum. tom. 1. lib. 2. cap. 9. n. 10. Bonaccinam de legibus diſp. 3. q. 4. punct. ultimo §. 5. n. 8. de cenſuris diſp. 2. q. 5. punct. 2. & ſi Angelicus Doctor. 3. p. q. 82. art. 9. dicat ab hæreticis, & excomunicatis non poſſe recipi, nec dari Sacramenta, Sancius & Caietanus dicunt hoc debere intelligi ante Concilij conſt. non verò poſt illud, ſi alias non ſint publicè denunciati, vel ſint publici Clericorum percuſſores.

22. Et quia poteſt eſſe dubium, an iuriſdictio confeſſarij

ceſſet quando concedens talem iuriſdictionem, venit ſuſpenſus, vel declaratus, excomunicatus vitandus poſt talem conceſſionem; reſpondeo ego non ceſſare in foro interno, etiam re integra manente, & ſi invalide eſſet conceſſa poſtquam concedens fuit declaratus excomunicatus videatur Suarius tom. 4. diſp. 25. ſect. 3. n. 10. ratio eſt quia non eſt idem tribunal. Secus dicendum eſt de foro externo, vide cap. 1. de officio Vicarij in 6. & ibi gloſ. verb. ipſius, vide etiam Sayrum de cenſ. lib. 1, cap. 6. n. 28. Sbroz de officio Vicarij lib. 3. q. 17. cum alijs, quos ſequitur Sanchez, & poſt ipſum Bonaccina de cenſ. diſp. 2. q. 2. punct. 5. n. 12.

23. At quando primus ordinarius moritur, & delegavit, re integra; quod delegatum, non ſic quod ſubdelegatum; quia res non eſt reſpectu ſui integra, quoniam iam incæpit; certè iuriſdictio ſubdelegati non expirat, & hoc colligo ex text. in C. penult. de officio delegati in 6. & firmat hanc concluſ. Domin. & Francus, & preſid. de Franc. dec. 251. adeſt etiam gloſ. verb. proceſſum in d. C. penultimo citato, quod valet pro reſponſione ad ſeptimum dubium.

24. Ad octavum, ſcilicet an auctoritas iuriſdictionis in foro Sacramentalis confeſſionis poſſit exerceri à confeſſario approbato iuridicè extra territorium concedentis circa eius ſubditos. Reſpondendum eſt affirmativè, nempe quod Epiſcopus, Parrochus vel alter Sacerdos, ut ſupra abſolvere poteſt extra diæceſim ſubditos ſuos, vel degentes pro Domicilio in diœceſi ubi eſt approbatus. Ratio huius rei deducitur, ex C. omnis utriuſque ſexus de pœnitentia, & remiſſione, ubi fit mentio de Sacerdote, cui confitendo ſunt peccata, non vero fit mentio de loco, nec de territorio, tanto magis quod hæc iuriſdictio exercetur abſque ſtrepitu iudicij, argumentum ſumitur ex text. noſtro in C. fin. de officio delegat. tenet etiam Sanchez de Matrimonio lib. 3. diſp. 34. n. 2. Suarius tom. 4. diſp. 25. ſect. 1. n. 17. Graſſius in pract. eos reſervat lib. 1. cap. 4. n. 57. Coninck diſp. 8. dub. 3. n. 22. Lede-

ſma

ſma 2. p. q. 7. art. 5. dub. 9. cum alijs communiter.

25. Sed eſt quod Parochus, qui abſolvit ſuum ſubditum in aliena diæceſi habeat caſus reſervatos, ſivè facultatem abſolvendi à caſibus ſuo Epiſcopo reſervatis, & pœnitens ille habet caſus reſervatos utrique Epiſcopo an illum poſſit abſolvere. Reſpondendum eſt affirmativè, vide Paſſelinum, de officio curati cap. 7. n. 49. quem ſequitur p. 3. allegat. 12. n. 16. col. 1. tenet etiam Sotus in 4. ſent. diſt. 19. q. 4. art. 2. col. 10. quem refert Gambarupta, &c.

26. Viſum eſt uſque modo de privilegis Clericorum circa Sacra, modo de utriuſque fori privilegio illorum examinandum eſt; Ab Innocentio II. in Lateranenſi Concilio fuit ad favorem ſtatus, ac dignitatis Clericalis conceſſum Privilegium Canonis, de quo fit mentio in C. ſi quis ſuadente 17. q. 4. ubi ſtatuitur, quod iniciens manus violentas in Clericum, ſtatim ſit vinculo excomunicationis innodatus; omnes namque Clericos honorare debent abſquè eo quod conſiderentur, ſi ſint boni, vel mali habetur ſic in C. Dominus noſter, ubi gloſ. verbo Sacrilegium 93. diſt. & gloſ. in C. Sacrordotibus verb. ſpecialiter 11. q. 1. reverentia enim debetur officio, & miniſterio illorum, ut benè notat Carolus Graſſ. de effect. cleric. in prælud. n. 245. & quia iuxtà diſpoſitionem Canonis diverſa requiruntur copulativè indiſpoſitiones illius, prout ex eodem colligo, idcirco illa advertendo prius ſunt; requiritur ergo non ſolum manus iniectio in Clericum, ſed animus illum iniuriandi, quod ſignificatur per illa verba ſuadente diabolo, & quod talis manus iniectio violenta ſit, ita Abbas in cap. 1. de ſententia excomunicationis n. 4. Archidiaconus in Can. ſi quis ſuadente; Lel. de Zanch. in tract. de privilegijs Eccleſ. Privileg. 155. n. 9. Car. Graſſ. effect. 9. n. 311.

27. Vnde obſervandum eſt, quod ſi eodem impetu quis percuteret Clericum, dicitur illum ſemel percuſſiſſe, & unica indiget abſolutio, ne eo quia in unã tantum excomunicationem

 inci-

incidit; quia una dicitur manum iniectio; videatur Covarr. lib. 2. variarum reſolut. cap. 10. n. 8. Clarus in §. fin. q. 84. n. 2. & communiter tenent omnes Canoniſtæ, ut advertit idem Clar. & ipſum ſequuntur Car. de Graſſ. n. 312. & Anton. Raguſ. in vas Eccleſiæ diſciplinæ titulo de excomunicatione quæſt. 67. n. 4. ubi cum Navar. cap. 26. n. 16. advertit, quod ſi quis unico ictu plures Clericos violenter percuteret plures excomunicationes contraheret; talis tamen percutiens adhoc, ut excomunicatus ſit evitandus, neceſſe eſt ut percuſſio ſit notoria; vel denunciatus, ac declaratus per cedulones, ità loquitur de Graſſijs in dec. aur. p. 2. lib. 3. cap. 5. Toletus in Sum. lib. 1. cap. 13. n 31. patris ergo hijs, ut de hoc canonis privilegio omnia pateant quantum à me fieri poterit, aliqua dubia reſolvenda propono.

28. Primo, qui hoc privilegio gaudeant. Secundo, qui dicatur, manum violentam in Clericum inicere. Tertio, an ſufficiat quælibet percuſſio violenta, ad talem excomunicationem incurrendam. Quarto in quibus alijs caſibus quis hanc cenſuram incurrere poſſit, vel illam evitare. Quinto, quis ab ea abſolvere poſſit.

29. Ad primum, ut reſpondeam adverto primò, quod poteſt dari caſus, quis ſit ordinatus, & nou Baptizatus, & ut quis coactè, ſit ordinatus coactione abſoluta, vel conditionali ſi non ratificet, & iſti non gaudent privilegio canonis, primus enim non recepit caratherem ordinis. Sylveſter verbo excomonicat. 6. n. 4. & alij cum D. Antonin. 3. p. tit. 25. cap. 1. Secundus ratificando, vel tacitè, vel expreſsè gaudet. Ioannes de Lignano tract. de cenſ. Eccleſiaſt. §. 5. n. 13. quem citant Sylv. & Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 26. n. 10. & Car. de Graſſ. eff. 9. n. 392. ſi quis vero eſſet ordinatus a non ſuo Epiſcopo, vel cum falſis dimiſſorijs, aut ſinè illis gaudet, Ricc. in prax. aur. reſolut. 152. & in prax. fori Eccleſiæ reſolut. 256. tenent Navarr. conſ. 29. de tempore ordin. Franc. March. deciſ. 75. p. 1. & per Borel. conſ. 15. quia ordines collati etiam

à non

à non ſuo Epiſcopo tenent, & caracterem imprimunt, ut per C. eos de tempore ordinato, in 6. Guid. Pap. decis. 449. Car. de Graſſ. eff. 5. n. 35. & ſi talis non habeat executionem ordinis gaudet tamen privilegio canonis cap. 1. & 2. diſt. 71. ut bene notat Barboſa p. 2. alleg. 8. n. 17. non gaudent privilegio fori per declarationem S. Pontificis Vrbani VIII. datam ſub die 11. Decembris 1624.

30. Ad Secundũ reſpondeo, quomodo intelligãtur illa verba canonis violentas inijcere manus in Clericum dico, quod hoc evenit quando quis offendit Clericum per aliquam iniurioſam, ſivè contumelioſam actionem exteriorem, ac corporalem circa illius perſonam, aut res ei adherentes. V. G. veſtimenta; ut eſt Clericum vulnerare, accidere manu, vel alia re ipſum percutere, illum retinere in publica, vel privata cuſtodia, aliquid de moribus eius vi, vel ſpretu eripere, ſicut de eius corpore, illlum aqua, vel pulvere, lapillis, &c. conſpergere; perſequi eum, ut in fluvium vel foveam demergatur è quo decidat, aut inijcere violenter manus in equm, cui Clericus inſidere habet, illum occidendo, aut ulnerando, aut tenendo illius frenum ſiſtendo; pro hac rei firmitate adeſt Sylveſter verb. excomunicat 6. n. 5. Sayrus de cenſ. lib. 3. cap. 28. n, 13. Avila ſimiliter de cenſuris p. 2. cap. 1. & 5. diſp. 3. dub. 12. Navar. cap. 27. n. 77. Genuenſ. cap. 29. n. 21. Bonacc. de cenſ. diſp. 2. q. 4. punct. 1. n. 12. Car. de Graſſ. eff. 1. n. 534. & eff. 9. n. 84. quod idem valet de illo, qui ſcopulum explodit in Clericum, qui nihilominus à pila ullo modo tangitur, tamen ob terrorem moritur; tenet Bonaccina loco cit. cum alijs, quam plurimis.

31. Quibus addo, & ad id quod ſupra dixi n. 25. in hac appendice, quod percutiens plures Clericos ſucceſſivè, incurrit in tot. excomunicationes quot ſunt Clerici percuſſi, quia, ita ſunt plures formaliter, & numero diſtinctæ percuſſiones ita Suarez diſp. 5. ſect. 3. n. 6. ratio eſt, quia aut actio, quæ exercetur verſatur circa terminum deffinitum, in quo

per-

perficitur ipſa actio, & tunc multiplicata actione multiplicatur peccatum, & per conſequens tot cenſuræ incurruntur, quot ſunt actiones multiplicatæ, ut eſt in multiplici fornicatione, cum una, & eadem perſona, abſquè mora temporis; aut verſatur circa terminum, qui non eſt certus, & definitus ſed habet extenſionem, & latitudinem, & conſtituunt unum peccatum, & conſequenter unam excomunicationem, ut eſt in percuſſione facta ſucceſſivè, contra eundem Clericum.

32. Ex quibus infero obiter, quod ſi quis percuſſerit Sacerdotem, Regularem, Monachum, nempè aut Fratrem, duplicem excomunicationem contrahit, nempè unam contra ſtatum Clericalem, alteram contra Religionem tenent Vgolinus tom. 1. cap. 16. §. 3. Sayrus, & Suarez Corneius 3. p. q. 5. & ultra tract. 5. diſp. 9. dubio ultimo Guazzinus II. lib. 2. de Iudice defenſ. 6. cap. 51. n. 84.

33. De illo autem, qui furatus eſt veſtimenta Sacerdotalia, aut Clericalia Clerico, vel nummos etiam per fraudem, non eſſe incurſnm in canonem *ſi quis, &c.* dnmmodo eo tempore, quo res tales Clerico tolluntur, non uteretur defenſione, & raptores reſiſterent tunc enim in tali caſu incurrerent in canonis pœnam, firmat pro me Caietanus verbo excomunicatio n. 10. Angelus excomun. 5. n. 29. Vincentius Filuctract. 15. cap. 1. n. 20. Sayrus lib. 3. cap. 26. n. 16. Bonaccina de cenſuris diſp. 2. q. 4. punct. 1. n. 14. Car. de Graff. eff. 9. n. 222. Laiman lib. 1. tract. 1. p. 2. cap. 5. n. 5.

34. Poteſt eſſe difficultas, an miniſtri Principis dum turbam plebis, & aliorum habent arcere Clericum inter turbam involutum percutiunt incurrant in pęnã canonis *ſi quis, &c.* non excuſare ſatellites capientes Eccleſiaſticos ante ſententiam prolatam delicti a Iudice Eccleſiaſtico ſuo proprio, quia neſcio quomodo iudex poſſit dare capturam, ſinè vera notitia delicti abſque leſione immunitatis Eccleſiæ, & qnod ſatellites ſint immunes ab excomunicatione ſicut, & dans talem facultatem. Reſolutio in hac re eſt negativa, quia eſt quod manus illorum

rum

rum de curia, ſit violenta non eſt violenta formaliter, ſed ſolum materialiter, quia ut ſuppono à percutiente non intenditur violentia, ut ſit mortale peccatum, finis eius eſt diverſus à fine canonis *ſi quis, &c.* neque in hac re ſcrupoloſè procedere debent auctores, quoniam exiſtimandus eſt effectus per accidens, in turba multorum nullus cognoſcitur, & quod preter intentionem fit, non eſt peccatum, cum non ſit cognitum, nequè directè, nequè indirectè volitum, ad maiorem tuam ſicuritatem; oh lector vide Toletum lib. 1. cap. 32. Suarium diſp. 22. ſect. 1. n. 25. Sayrum de cenſuris lib. 3. cap. 27. n. 33. Coninch. diſp. 14. dub. 15. n. 168. Molin. tom. 4. diſp. 51. n. 8. Bonaccina de cenſuris diſp. 2. q 4. p. 1. n. 19.

35. Et advertendum eſt quod nullus incurrere poteſt in dictam cenſuram, poſitam in Can. *ſi quis* ſi non ſit in materia peccati mortalis, quod quidem peccatum non exiſtimandum materialiter, ſed formaliter, vide extra meum iudicium Suarium de cenſuris diſp. 22. ſect. 1. n. 25. Filucc. Bonaccinam, Laimannum locis cit., & alibi, & Paulum Squillant. de privilegijs Clericor. cap 6. 3. dubit. n. 54. pag. mihi 218. n 54.

36. Verum unum eſt quod ſi quis habuit intentionem percutiendi graviter Clericum, & tamen percuſſio levis fuit, & ſolum peccat venialiter, non incurrit in pœnam canonis, ratio eſt quia ſumus in pœnalibus, & cum pœnæ ſint reſtringende pœnes actus conſumatos, qui actus in tali materia debet eſſe. P. M. ergo non incurret, fundo meam concluſionem non ſolum in ratione adducta, quæ eſt potiſſima ſed etiam in auctoritate; vide lector cariſſime Navarrum cap. 27. n. 85. Caietanum verb. excomunicatio cap. 10. Filuccium tract. 15. cap. 1. q. 4. n. 17. Bonaccina diſp. citata quæ eſt 2. q. 4. punct. 1. n. 11. cum alias multas.

37. Curioſitatis gratia proponere unam difficultatem volo, quis propinat venenum Clerico, ſecretè, ac cum omni induſtria Clericus recipit, accipit, & illum devorat, & moritur, videamus modo, an iſte propinans venenum in pœnam cano-

nis incidat *ſi quis, &c.* ego tenerem non incidere in dictam excomnnicationem, ſed in alijs pœnis ſe irritere, ratio eſt quia pœnæ ſunt reſtringendæ ad ius rigoroſum, & ad actum conſumatum violenter, quod non eſt in caſu,quia talis non tangit Clericum manu violenta nequè mediatè, neque immediatè,&c. Verum eſt quod Molina de iuſtitia, & iure tract. 3. diſp. 51. D. Marcellus Megal in p. 1. inſtit. Peregrinus lib. 5. cap. 14. n. 11. Suarius de cenſ. diſp. 5. ſect. 1. n. 13. & Bonaccina qui alios, & hos refert in tract. de cenſ. diſp. 2. q. 4. p. 1. n. 13. qui dicunt non incurrere illum, qui propinat venennm, ante quam incipiat operatio veneni, ſed incæpta operatione incurrere; ego tamen ſalva opinione aliorum, & abſquè eorum dd. pra iudicio, dicerem ſi mihi licitum eſt loqui, quid fecit ille qui venenum propinatus eſt caio Clerico, contra canonem ſi quis; ſi namque propinando venenum, non fecit, neque quando venenum cæpit operari, manus eius venenantis tunc non ſunt ſuppono fuiſſe truncatos cum ergo tales pœnæ ſint contra manus inijcientes violentas in Clericnm, &c. ergo non incidet in dictas pœnas, & etiam ſi in alias contra venenatores fulminatas, ſi hoc bene viſum ſit Eccleſiæ, firmo, ſi non illi omnia ſubmicto.

38. Hic tranſeunter quærere volo, an quis Religioſus, qui eſt ſtrangreſſor plurium præceptorū diverſorum ſuperiorum, circa idem exempli gratia Pontifex præcipit Minimis, ne exeant de Conventu dum commedunt carnens tempore infirmitatis iuxtà præfixum Regulæ in ſtatutum inviolabiliter ſervandum, adeſt circa idem Capitulum Generale celebratum Genuæ 1596. n. 5. conſtit. Clemententis VIII. addictum C. tramiſſorum, ſuppono quod Generales idem præceperint in ſuis viſitationibus ſicut, & Provinciales, adeſt etiam pœna Correctoris Minimorum noſtri Ordinis, &c. quæ poſsunt videri in dictis conſtitutionibus Correctorio, &c. tranſgreſsoribus, an traſgreſsor plures tranſgreſſiones faciat, vel unam tantum.

39. Reſpondeo; ſi habent eandem poteſtatem æqualem, una tranſgreſſio eſt, quando quidem cum ſit diverſa, ſunt plures tranſgreſſiones; undè iuxtà pœnam impoſitam, tot ſubiectiones pœnis, & iuxtà multiplicitatem auctoritatis diverſæ multiplicari debent pœnæ; ſivè ſint cenſuræ, ſivè privationes, &c. in quodlibet genere atio eſt, quia formaliter multiplicatur contumacia; vide Coninch. de pœnitentia diſt. 7. dub. 6. Paludanum in 4. diſt. 18. q. 2. ad finem n. 46. Sayrum lib. 1. cap. 18. n. 11. Baſſ. n. 8. deduco hanc concluſionem, quod ſi eſſet pœna excomunicationis agere contra ius commune, ſicut etiam contra ius domeſticum, ſivè municipale, incideret in duplici excomunicatione, qui contra utrunque ageret unicò actu; Bonaccina, & alios citatos ab Antonino Diana p. 5. tract. 9. reſolut. 60. & Baſſ. verbo cenſura n. 26. & Guazzinum lib. 2. de iudice defenſ. 6. cap. 42. n. 85. pag. 346. col. 1.

40. Ad tertium nempe an ſufficiat quælibet percuſſio violenta ad incurrendum pœnàs latas in canone *ſi quis, &c.* Negativa eſt reſponſio, ſed expectandum eſt iudicium iudicis tanto magis, quia non ſolum eſt pœna interna ſed externa, ut pluries, ita deduco ego ex Toleto lib. 1. cap. 32. ex Suario diſp. 22. ſect. 1. n. 23. Sayro de cenſ. lib. 3. cap. 27. n. 33. Coninck. diſp. 14. dub. 15. n. 168. Molin. tom. 4. diſp. 51. n. 8. Bonacc. de cenſ. diſp. 2. q. 4. punct. 1. n. 19. & ego ſum in ſenſu quod in hac re magis operetur ſpretus, quam ira, quia hæc tollit homini libertatem, atque adeo, actus reducuntur ad primos motus reduplicativè, unde iudices in hac materia, circunſpicere debent multum, & non currere more talparum, ut plurimum evenit, ut impinguantur proceſſus cum damno ſuppoſiti rei, qui multoties eſt innocens, tenentur enim reſtituere, videant ipſi doctores in hac materia cauſarum, & eis cor palpitabit, taceo in hac re, quia eſſem eis odioſus, dicam tamen aliquid ſuo tempore in hoc volumine.

41. Ad quartum, dico quod Canon. *ſi quis, &c.* non ſo-

ſum ligat injicientes manus violentas in Clericum, ſed comprehendit talem offenſam mandantes, aut conſiliantes, & auxilium præbentes, & non ſolum contra Clericos, ſed contra quoſqunque Regulares, ſivè ſint moniales, ſivè habitum Regularem geſtantes, ſivè in clauſtro degentes, ſivè extra, dummodo habitum de licentia Superiorum ſuorum Regularium gerere habeant, etiam ſi tertiarij ſint Suarez de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. n. 20. & alios apud Laiman. lib. 5. tract. p. 2. cap. 5. n.4. dummodo collegialiter vivant, ut declaravit Leo. X. Summus Pontifex in ſuis conſtitutionibus a Quaranta relatis, verbo Privil. Regul. & ita aliquando fuit reſolutum in Curia Archiepiſcopali Neapol. ut teſtatur Riccius dec. 88. par. 2.

42. Non gaudet tamen Privilegio canonis Clericus, qui ſe immiſcere in enormitatibus habet prout deducitur ex noſtro textu, in C. inaudientia, & C contingit; C. cum non ab homine, & in C. perpendimus, de ſententia excomunicationis, ubi habetur, quod Clericus dimictens habitum Clericalem, & ſe dat tyrannidi, & enormitatibus, ideſt ſedictionibus latrocinijs, bellis iniquis, &c. privari debet tali Privilegio canonis, etiam non facta ei monitione ab Epiſcopo; lege Laymannum lib. 1. Theol. Moralis tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 4. Dianam p. 1. tract. 1. reſolut. 139. Alij in hac re diſtingunt, tunc videlicet non gaudere ſi præceſſit trina monitio ei facta ab Epiſcopo, ſecus autem quando talis monitio non præceſſit citant text. in C. perpendimus; C. contingit, & C. in audientia, de ſententia excom. verum eſt quod in Clericis conſtitutis in minoribus debet ſequi conſtitutio Concilij Tridentini ſeſſ. 23. cap. 6. de reformatione, & circa conſtitutus in ſacris debet præcedere degradatio actualis iuxtà Doctrinam Suarij defenſ. Fid. Cath. cap. 27. n. 24. & meo videri hanc opinionem amplectitur Car. de Graſſ. eff. 1. n. 890. qui ait hanc eſſe veram viam, & tutiorem. Delicta autem, quæ in Clericis inducunt talem pœnam ſupradicta ſunt illa, quæ

indu-

inducunt infamiam ſic habetur in text. C. infames 3. q. 7. & tradit Riccius prax. aur. variar. reſolutionum, reſolut. 172. num. 3.

43. An Clericus factus talis poſt patratum delictum gaudeat Privilegio canonis, diſtinguendum eſt, vel ſumpſit ſtatum Clericalem cum fraude, vel ſine tali vitio, ſi primum, non gaudet, bene quidem, ſi ſinè fraude, talem ſtatutum ſumpſit, ita Covarruvias pract. quæſt. cap. 32. & Clarus in pract. Criminal. §. ſi q. 36. n. 38. & alij apud Bonacc. de legibus diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 18. Cler. vero hæretici, aut ſchiſmatici hoc Privilegio non gaudent, Emanuel ſa verb. excom. Papæ reſer. Car. de Graſſ. eff. 9. n. 219. & alij communiter ſcribentes in C. contingit 1. de ſent. excomnnicationis, ratio eſt, quia cum ſint delinquentes in legibus Eccleſiæ non debent eis Eccleſiæ leges iuvari, nequè degradati actualiter etiam ſi ordines, & characterem retineant quia degradatio privat illum Clericali Privilegio, ita in C. degradatum de pœnis in 6. & ibi gloſ. in fine.

44. Videamus modo de Clerico inſignito ordine Subdiaconatus, quia poſteà obtinuit à S. P. diſpenſationem matrimonum contrahendi an gaudet Privilegio canonis, cui difficultati abſolutè reſpondeo non gaudere, eo quia aſſumpſit ſtatum contrarium Clericali ſtatui, & ſicut liber remanet ab oneribus Clericorum, ità privatus reſtat illorum Privilegis, etenim qui non ſentit incommodum non debet ſentire commodum in eadem rei ſpecie; videatur Sanchez de Matrimon. lib. 8. n. 11. Bonaccina de horis canonicis diſp. 1. q. 2. p. 3. n. 5. verum eſt, quod antequam Matrimonium contrahiſſerit utendo veſte Clericali gaudebat, quia non obſtante diſpenſatione non aſſumpſerat adhuc ſtatum contrarium Clericatui.

45. De Clericis ſalvaticis ità in Neapolitano Regno vocatis, dummodo ſint in ſacris, & aſſignati Eccleſiæ alicui ab Epiſcopo iuxtà decretum Sacræ Congreg. Cardinalium negotijs Iuriſdictionalibus Regni Neapolitani, tempore S. D. N.

 Gre-

Gregorij XV. ſub datum Romæ 10. Kal. Iulij 1623. gaudent & præcipuè ſolum foro canonis gaudent, ſed canonis.

46. Si quis percuſſit Clericum putans ipſum eſſe Laicum probabiliter, non incurrit in pœnam canonis *ſi quis, &c.* ratio eſt, quia pravus animus percutientis non dirigitur in Clericum, ſed in Laicum adibita tamen ſufficienti diligentia Covarr. in C. alma n, 15. qui de communi teſtatur, & ſequitur Suarez diſp. 22. ſect. 2. n. 52. Abbas in C. ſi vero de ſententia excomunicationis Sayrus lib. 1. cap. 18. n. 20. quod procedit quia ignorantia excuſat, in omni caſu ſimili, lege Toletum lib. 5. cap. 8. n. 2. Navarrum cap. 27. n. 81. Sayrum lib. 1. cap. 18. n. 19. Bonaccin. diſp. 2. q. 4. punct. 4. n. 2. Riccium par. 2. deciſ. 296. Car. de Graſſ. 9. n. 189. Laymanum lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 8. & alios multos ab ipſis citatos.

47. Quod valet etiam percutiens Clericum ob iuſtam defenſionem, dummodo iuſta defenſio fiat in continenti, ac agreſſus eſt patiens, quia ius naturæ dat vi vim repellere, ſic textus noſter canonicus in C. ex tenore, & in C. ſi vero 1. de ſententia excomunicationis, & poteſt etiam per Doctrinam traditam a Suario diſp. 22. ſect. 1, n. 53. per Laymannum lib. 1 tract. 5. &c. ſupra cit.

48. Nec valet dicere, quod totum debet eſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod conſiſtat in tribus conditionibus, nempè. modo tempore, & cauſa, videlicet, ſi quis ab inſultatore, inſultatus eſſet, ſine armis, non poteſt cum armis ſe defendere l. 1. §. ſed ſi clava ff. de Sicharijs, circa tempus, intelligitur quod defenſio, vel offenſio in tali occaſione debet fieri incontinenti, quia tranſacto caſu non eſſet defenſio, ſed vindicta gloſ. in l. 1. C. unde vi Maſcardus concl. 1126. n. 42. neque ſe defendens poteſt agere maiorem propulſationem, ac ſit illa inſultantis Baldus l. 1. d. C. unde vi Clarus §. homicidium n. 27. Boerius dec. 168. n. 4. Car. de Graſſ. effect. 9. n. 263. & firmat Riccius p. 4. dec. 159. n. 17.

49. Quando vero mulier violentatur à Clerico circa ſuam pu-

pudicitiam, ſi ipſa illum percutiet non incurrit. C. ſi alias non ſe poſſit conſervare ab ipſo inſultante. Navarrus in cap. 27. n. 85. Laymannus lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. quod præcedit de illo, qui inſultatus à Glerico, & non poteſt iniuriam evadere, niſi cum ignominioſa fuga, tunc ſi Clericum percutiat non incurrit in pœnam canonis, *ſi quis, &c.* vide Caietanum cap. 10. Navarr. & Suarium, locis citatis, quibus aderent Riccius dec. 159, p. 4. n. 2. Raguſ. in vas Eccleſ. diſciplinæ titulo de dubijs curioſis q. 33.

50. Sicut etiam non incurrit Laicus in pœnam dicti canonis *ſi quis, &c.* ſi retineret Clericum aſportantem bona dicti Laici, vel Clericum debitorem, & fugam parantem; ut ſtatim illum ſuo ſuperiori conſignet, & ſua bona tali via, vel creditum ſuum recuperet, confirmant meum aſſertum Navarrus, Caietanns, & Suarius, Cornelius, Berninc. in tract. de paup. q. 7. ſpecial. 8. n. 13. Cavialup. in l. natu, & de debit. ſuſpecto, & fugit in 9. q. Princ. n. 10. & alij, quam plurimi ut videre eſt apud Car. de Graſſ. eff. n. 150.

51. Non ſic ſiquis Laicus percuſſus à Clerico, illum percutit, quia timet novam percuſſionem, ratio eſt quia illa non eſſet defenſio, ſed vindicta, quæ Solius Dei, & iudicis eſt, niſi fortè timeretur geminata percuſſio, & ſic fuit definitum in facto contingentia in Archiepiſcopali curia Neapolitana, prout refet Riccium dec. 159. p. 4.

52. Inventus Clericus cum propria uxore turpiter operans cum ea, aut, matre, vel fil,a, ſivè ſorore, &c. ſi inveniens illum percutiat an incidat in pœnam canonis *ſi quis, &c.* Negativè reſpondendum eſt, & ſi mortaliter alias peccet, habetur in textu noſtro Canonico in C. ſi vero, dummodo percuſſio fiat ipſo facto ac invenit illum in facto, ſi vero temporis intervallo illum percutit, cenſuram non effugiet, nam tunc non eſſet niſi vindicta, & actio ſuadente diabolo facta; tenerent quam plurimi, inter quos Sylveſter excom. 6. caſ. 10. Avila p. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 3. Sayrus n. 24. Layman. Bonacc.

de

de cenſuris diſp. 2. q. 4. punct. 4. n. 5. Riccius deciſ. 147. p. 4. cum multis alijs, ut videre eſt apud Car. de Graſſ. eff. 9. n. 18. & hoc eſt verum etiam de uxore, cum qua, & ſi notum Matrimonium ſit, non dum tamen eſt conſumatum; ut in eodem textu ſupra cit. non tamen ſic currit negocium cum ſponſa de futuro, quia hæc non eſt vera uxor, & nulla iniuria fit ſponſo de futuro, nam illam accipere poteſt, & dimictere; ſicut ſub iſta lege non comprehenduntur, neque mater, filia, & ſoror adoptata, nec alij deſcendentes, gloſ. comuniter recepta in cit. C. ſi vero, Sayrus, & Avila ſupra nominati, nec non Suarius diſp. 22. ſect. 1. n. 36. verum eſt quod nomine filiæ venit etiam illegittima, vide Navarr. cap. 27. n. 94. & Antonium Ragucium de excomunicatione q. 66. n. 6.

53. Secus ſi maritus, vel Frater, &c. procuraret, & operam daret, ut uxor vel ſoror vocaret Clericum ad turpe cum illa; quia tunc tam maritus, &c. quam uxor ſi Clericus fuiſſet à viro illo percuſſus, tam vir quam uxor inciderent in canonis pœnam, quod ſic valet de alijs, &c. ratio eſt quia ipſi illum provocaverunt, atquè adeo ſunt in dolo, quoniam ad turpitudinem provocavere, ita Angelus excomunic. 5. n. 10. Caietanus verb. excomunicatio cap. 10. Sayrus de cenſuris lib. 3. cap. 27. n. 23. Belleſt. p. 1. diſp. 5. Cleric. pag. 181. Layman. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 8.

54. Quæritur item an fugiens a ſuis inimicis inveniens Clericum æquitantem, & illum eicit de equo, ut aſcendens ſuper eum Clericus periculum mortis, vel capturæ effugiat, incidat in pœnam canonis *ſi quis, &c.* relicta auctoritate Navarr. & Suarij ſententiam Deciani in tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 34. quem refert Car. de Graſſ. eff. 9. n. 289. ego amplector, & dico quod in hac re ſtandum arbitrio boni, & iudicis prudentis, qui debet conſiderare damnum illatum Clerico à fugiente, & cauſam, ac neceſſitatem fugæ fugientis.

55. Certum tamen eſt quod percutiens Clericum invadentem proximum non incurrit in pœnam canonis *ſi quis, &c.*

nam

nam hic facit iuxtà Chriſti Doctrinam, quæ docet diligere proximum ſicut ſe ipſum C. charitas §. item de pœnit. diſt. 2. undè iam dicto non poteſt conſiderari diabolica perſuaſio; C. aliam cauſa de reſcriptis, tenet Abbas C. ſi vero 1. de ſent. excomun. Sayrus lib. 3. cap. 27. n. 17. & habetur per text. in C. dilecto de ſententia excomun. in 6. quod idem valet pro defenſione bonorum proximi, Felin. in d. C. ſi vero n. 2. quem ſequitur de Graſſ. n. 272. & ita firmat Innocentius, & Abb. cum Suario, & alijs.

56. An iudex Sæcularis, vel Eccleſiaſticus faciens capere, aut cum ſua coorte capiens Clericum, vel regularem, inventum in actuali crimine, vel nocte cum magna ſuſpicione criminis repertum, vel cum armis prohibitis illi illa auferendo ut ſtatim preſentet ſuo ſuperiori immediato, incurrat, in cenſuram fulminatam a S. C. *ſi quis, &c.* & dicendum eſt non incurrere, ſi non excedat, aut faciat excedere, vel & cedere permictat cum in capiendo, & ducendo captum ſine iniuria ſtatus Eccleſiaſtici, e contra vero, ſi res alias ſe habeat, & arma illi auferant, oves, canes, &c. ſi ſit in veniatione ita communiter Doctores, in C. cum non ab homine de iudicio, Reginald. lib. 19. n. 70. Genuen. in prax. cap. 34. n. 10. Ambroſinus, de immunit. Eccleſ. cap. 18. n. 31. Riccius p. 4. dec. 391. n. 4. Campanil. in diverſ. Rubric. 4. n. 26. Car. de Graſs. eff. 1. n. 537. & 543. Diana p. 1. reſol. Moral. tract. 2. reſol. 10. Ego tamen capere non poſſum quod ſatellites ponant manus in Clericos, & Religioſos abſquè facultate expreſſa ſuorum ſuperiorum immediatorum, & precipuè in Regulares, qui omnino ſunt exentes a foro, & iuriſdictione Sæculari, & Epiſcoporum, unde ego non eſcuſarem ſatellites ab excomunicatione, quando ponunt manus in Clericos, vel Regulares exemptos, illos in ſuis carceribus ducunt, cum ignominia habitus Clericalis, & Religionis; ſivè Eccleſiaſtici ſtatus, videatur Megala in 3. p. lib. 3. cap. 11. n. 7. Martha de iuriſdictione p. 4. cent. 1. caſ. 42. n. 17. Souſa in Bulla cœnæ

cap.

cap. 16. diſp. 82. n. 8. quia non eſt textus in iure Canonico qui hoc permittat iudici Laico, vel eius miniſtris hoc; imo iura hoc factum prohibent, ratio eſt quia, & ſi Eccleſiaſtici ſint cogendi à Iudice Eccleſiaſtico, ad leges Principis Secularis ſervandas, non poſſunt in hoc cogi à Laico, quia ſolum via directiva, & non coactiva illos ſervare tenentur; ita Barboſa in ſuis collectaneis tom. 1. lib. 3. tit. 1. cap. 2. n. 6. & tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. n. 4. qui multos cit. dd. graviſſimos.

57. Dictum eſt uſque modo de Privilegio canonis, quod gaudent Clerici, & omnes Regulares modo dicam aliquid quomodo gaudeant iiſdem de Privilegio fori, quibus hoc Privilegium eſt conceſſum tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus non ſolum à iure civili, & Canonico, ſed etiam à iure Divino, ita ut nullo modo ſubdantur iuriſdictioni laicali, videantur DD. & præcipuè, Sylveſter verbo immunitas 1. q. 4. Ambroſ. de immunitate Eccleſiaſt. cap. 16. Farin. de inquiſition. q. 8. n. 2. Azorius 1. p. lib. 5. cap. 12. q. 1. Bonacc. de legibus diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 3. Car. de Graſſ. de eff. Clericorum eff. 1. n. 4. quod quidem Privilegium, non poſſunt Eccleſiaſtici renunciare, cum in eorum favorem introductum ſit, ut habetur ex C. ſi diligenti de foro competenti, & notant Farinacc. loco ſupra cit. Molſeſ. ad conſuetud. Neapol. p. 2. q. 7. n. 21. Clarus §. fin. q. 36. Cammil. in diver. Rubric. de Privilegijs Cler. cap. 2. & in tit. 37. Cur. Archiep. Neapolit. n. 13. & alij abductis à Diana p. 1. reſ. Moral. tract. 2. reſolut. 3 & ita Clerici debent fortiter retinere tale fori Privilegium, ut neque de conſenſu Epiſcopi, &c. poſſint cedere, illud, nec ab illo declinare, ita ſigiſmundus Scaccia de iud. cauſ. Crim. cap. 11. n. 38. Iac. Sbr. de Officio Vicarij lib. 2. q. 203. n. 4. Farin. de Inquiſ. q. 8. n. 13. Ambroſin. de immunitate Eccleſiaſtic. cap. 16. n. 11. Riccius in prax. aur. var. reſol. 486. n. 2.

58. Poſſunt tamen in cauſa civili Eccleſiaſtici eligere ſibi arbitrum Sæcularem, cui parere tenentur tunc, quia hoc à

iure

iure, non illis vetitum, ut tradunt, Solon. 2. 2. q. 67. art. 1. controv. 2. Bonacc. de legibus, & præceptis Decalogi diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 3. n. 5. Clavis regia lib. 12. cap. 7. n. 10. non poteſt tamen tunc Iudex Laicus talem Eccleſiaſticum cogere, ut ſtet ſuæ ſententiæ, ut inter alios bene notat Leſſ. lib. 2. cap. 29. dub. 6. n. 52. & firmat Diana tract. 2. reſol. 10. nullo modo tamen Laicus poteſt eſſe iudex in cauſa ſpirituali.

59. Ad och tamen, ut quis Clericus gaudeat de tali Privilegio fori, ſicut, & Canonis, debent in ipſo concurrere omnia requiſita per Concilium Trident. nempè, quod ſaltem primam tonſuram habeat, gerat habitum Clericalem, tonſuram, & alicui Eccleſiæ inſerviat de mandato Epiſcopi C. unico de Clericis coniug. in 6. & in eod, Concil. Trid. ſeſſ. 23. quod etiam confirmat Suarius in lib. de defenſ. fidei cath. lib. 4. cap. 28.

60. Et ita participare habent dicto Privilegio, ut etiam ſi ſint excomunicati, ſubſpenſi, interdicti, depoſiti, aut irregulares non priventur illo; dummodo talis eſcomunicatio, &c. facta ſit verbaliter, ita Abbas, & Scrib. in C. cum non ab homine de iud. & tradunt multi ſcriptores inter quos Car. de Graſſ. eff. 1. n. 525. 537. & 641. Riccius in prax. aur. var. reſol. 355. 438. & p. 3. dec. 315. Barb. p. 2. alleg. 9. n. 18. Non ſic de Clerico Sciſmaticho, aut hereticho.

61. Gaudent quoque hoc Privilegio omnes regulares profeſſi, novitij, & etiam converſi eo modo quo dixi de Privilegio Canonis ſupra, nam regulares omnes utroque Privilegio, æqualiter gaudere habent. Gaudent etiam utroque foro; ſimiliter S. Ioan. Hieroſol. & S. Iacobi Calatravæ, & Alcantaræ, videantur Sanchez in ſum. 1. tom. lib. 4. cap. 16. n. 11. Garc. p. 1. cap. 4. n. 15. Barboſa p. 2. alleg. 12. n. 45. Quod Privilegium fori gaudent etiam illo æquites S. Stèph anī & S. Lazzari prout aſſerit Navar. conſ. 12. de regul. & tenent. alij relati a Car. de Graſſ. eff. 1. n. 109. Barboſa p. 2. alleg. 12

P n. 45.

n. 45. quia reputantur Eccleſiaſtici, & profitentur regulam à Summo Pontifice approbatam.

62. Multi ſunt Caſus, in quibus Clerici gaudent fori Privilegio, undè per plures quæſtiones breviter reſolventur principaliores ex quibus aliorum deducitur ſolutio, quæ ſi non legaliter omnimodè meæ reſponſiones erunt, ſaltem Canonicæ, & in conſcientiæ foro tutæ erunt.

63. Et primo ponitur dubium V. G. Laicus incæpit litem corā iudice Sæculari contra alium Laicum, & pendente lite actor, vel reus moritur. Clericus filius ſuſlani actoris, vel martini conventus pro cauſa civili, quæritur, an Clericus heres poſſit declinare à foro Seculari, & cauſam trahere ad forum Eccleſiaſticum, vel debeat proſequi cauſam uſquè ad finem coram iudice Laico? Multi contra Clericum ſentiunt, & dicunt non poſſe declinare à foro ubi lis incæpta fuit, & hoc dicunt virtute legis, in l. hæres abſens ff. de iudicijs, quia hæres debet proſequi, quod ſuus principalis incepit, tenet Paulus de Caſtr. in dicta l. hæres abſens, & alij firmant quos ſequitur Covarr. pract. qq. cap. 8. n. 3. Vaſquez de Succeſſ. Creat. l. 3. §. 29. n. 72. Surdus conſ. 222. n. 4. vol. 1. & deciſ. 110. par. 1. Ricc. dec. 218. p. 4. cum alijs a citatis relatis. Vera tamen opinio eſt in contrarium, & tutior quia ille Clericus hæres non tenetur coram iudice Sæculari proſequi litem ſibi à Laico relictam contra ipſum Laicum teſtatorem inceptam; ſed dictus Clericus iterum conveniendus eſt deſuper eandem rem coram iudice Eccleſiaſtico, eſt enim Clericus ille exemptus, undè tunc defendere debet ſuum iure proprio non alieno, eſt namque dominus, non procurator, undè non pro intereſſe alieno, ſed proprio ſuo comparere habet. Sic Mordicus defendunt multi Scriptores, & inter alios ſequentes, Iacobin. a S. Georgio, Decius & Curt. Iunior in dicta l. hæres abſens, Baldus in l. ſi quis presbiter. 2. C. de Epiſc. & Cler. Cagnol. in l. 2. n. 2. 49. C. de pactis, Marcus Antonius Peregrinus tract. de Fideicom. art.

art. ultimo n. 20. Bonacc. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 25. Miſinger. dec. Camer. imperial. 103. ob. 3. obſervat. 45. Bellectus 1. p. diſquiſ. Cler. fol. 274. n. 6. Ambroſinus de immunitate Eccleſiæ cap. 20. n. 45. Diana p. 1. reſol. moral. tract. 2. reſol. 24. fol. 35. Molfeſius in coment. ad conſuetudinem Neapolit. p. 2. q 8. qui dicit quod in iudicando nó debet recedi ab iſta opinione; ratio principalis eſt, quia inſtantia defuncti non transfertur in hæredem, ipſo iure, adeo quod ſententia lata contra defunctum non poteſt exequi contra hæredem Clericum l. Paulus ff. de re iudicata; & notat Caravita ſuper ritbus M. C. V. rit. 234. n. 6. ſed ad hoc, ut inſtantia in eredem transferatur opus eſt ut citetur l. edictum ff. de iudicijs, & l. oratione ff. de ferijs, idcircò in praxi ſervatur in M. C. V. quod mortuo reo citantur illi, qui hæredes eſſe prætendunt, ad declarandum ſi hæredes ſunt; & pro quarta parte, & ad videndum trãſlationem iudicij faciendam in ipſis quod non poteſt fieri à iudice Sæculari in Clericum, ut notat, & bene Rot. dec. 5. in antiquis de foro competenti.

64. Non ita ſi Titius hæres fuiſſet factus Clericus poſt cauſam inceptam coram iudice Laico, quia tunc debet cauſa proſequi coram eodem iudice; Abbas in cap. 1. n. 4. de obligatione ad ratix, Felinus in C. final. de conſtit. Marcel. Cala in tract. de modo articulan. §. 1. gloſ. 1. n. 63. Io. de Deo in Doctrina advocatorum lib. 3. cap. 20. n. 5, & alij apud Surdum dec. 150. n. 3. Riccius dec. 118. p. 4. n. 3. ſi tamen inſtantia eſſet perenta, ſi poſtea princeps dictæ inſtantiæ vitam daret, prout ut plurimum dat, tunc Clericus remictendus eſt ſuo iudici Eccleſiaſtico eſto quod ſuper eandem cauconveniretur. Ratio eſt quia dum cauſa perit evaneſcit iudicis auctoritas; l. facta §. ſi quis bonorum ff. ad trebel. Io. de Amicis cónſ. 32. n. 9. Surdus conſ. 160. lib. 2. n. 22. & tunc omnia pereunt, & cauſa reducitur ad id, ac ſi lex non eſſet cæpta, quando autem inſtantia reviviſcit non eſt amplius

illa prima, ſed inſtantia nova, & nova lex Cagnol. in l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem. Car. de Graſſ. effect. 1. n. 299. & n. 1241. & Anna Sing. 129. qui ibi affirmat eſſe hanc veram Doctrinam, & ſicuram ſententiam.

65. Hæres Clericus alicuius Laici numquam poteſt conveniri coram iudice Sæculari etiam ſi ſub titulo hæredis Laici, & ſub nomine actionis contra Laicum prætenſam vocetur ſed antè iudicem Eccleſiaſticum vocandus eſt. Firmat Barboſa in l. hæres abſens alibi citata ſupra ff. de iudic. Covarr. pract. qq. cap. 8. Riccius p. 2. collect. dec. 314. cum alijs cõmuniter DD.

66. Dubitatur tamen, an Clericus, qui acceptat hæreditatem, non confecto prius inventario teneatur ſupra vires hæreditatis creditores ſolvere, iuxtà credita creditorum; reſponſio pro me eſt negativa, quæ fundata eſt in authoritate, iure & ratione; nemo enim tenetur ultra vires ſuas, neque hæreditas, ultra ſortem obligata eſt: docent Duardus in Bulla cænæ lib. 2. conſ. 15. q. 17. n. 8. Diana tract. 2. reſol. 70. cum alijs ab ipſis citatis. Non tamen poteſt Clericus reconveniri coram Iudice Laico in cauſa mere civili, etiam ſi ipſe Clericus poſſit reconvenire Laicum coram Iudice Eccleſiaſtico, adeſt text. in C. cuius agendo 3. q. 8. & in auth. & conſequenter C. de ſente. & interloq. omn. iud. quod etiam fatetur Paulus Layman lib. 3. tract. 6. cap. 1. n. 2. & ſi contrarium probabile ſit, ut habetur in l. Papinianus C. de ſent. & interlocut, & hoc affirmant DD. non ſolum procedere coram iudice ordinario, verum etiam coram delegato ad inſtantiam actoris, cum eadem ſit ratio quia ſi Clericus agendo elegit iudicem, non debet dedigniari eundem contra ſe habere, ſic in citata l. Papinianus ita firmat etiam Specul. in tit. de reconvent. §. 1. Bartolus, & Baldus in Auth. Non tamen hoc valet reconventio ſi delegatus fuiſſet impetratus à reo, neque eadem ratio militat Marant. p. 4. diſt. 6. de iud. con. & recon. n. 13. Ambroſinus cap. 20. n. 42. & alij.

67. Quando

67. Quando autem iudicium eſſet terminatum, & probata ſententia, Clericus non poſſet coram Laico Iudice reconveniri gloſ. in C. fin. de iudic. de Franchis dec. 193. & dec. 376. cum alijs, & hoc eſt verum tam in iudicijs ordinarijs quam ſummarijs, l. ſe hæ §. non ſolum ff. de proc. iuncta l. 1. ff. de dam. infect. dummodo Clericus non renunciet ſuo Privilegio, quod facere non poteſt; hoc tamen non procedit in caſu appellationis, quia tunc reconventio non habet locum l. 2. §. legatis ff. de iudic. & notant. Guido Papa dec. 85. n. 55. Ricc. p. 1. coll. deciſ. 112. Ambroſ. n. 40. Marant. p. 4. d. 6. n. 24. & ratio huius rei eſt quia quando quis appellat, non agit ſponte ſua, nec iudicem ſibi eligere, ſed coactè nempè, ut ſe ſublevet à gravamine à iudice pronunciante primo recepto.

68. Nequè Clericus, qui fide iuſſit pro Laico deſtando iuri, & iudicatum ſolvere coram iudire Laico, non poteſt coram iudice Sæculari conveniri ad ſolvendam dictam fidei iuſſionem, ſed ſi creditor vult in tali caſu eum convenire neceſsè eſt ut eum coram iudice Eccleſiaſtico conveniat. Sic Dynan. l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Car. de Graff. eff. 1. n. 1008. Riccius in prax. aur. var. reſolut. 583. Ambroſ. cap. 20. n. 50. qui convenit cum Surd. conſ. 396. lib. 3. n. 13. quia talis fidei iuſſio ſupponitur violenter facta, atquè adeò nullius roboris eſt, adeſt text. noſter in C. diligenti, de forô competenti, ubi prohibetur Clericis, ſe foro Laicali ſubmictere; & hoc valet etiam ſi quando fideiuſſit fuiſſet Laicus, & deindè factus eſt Eccleſiaſticus, qui tunc coram Eccleſiaſtico iudice conveniri debet.

69. Non poteſt etiam Clericus reconveniri in cauſa feudali, quia in ea numquam permictitur reconventio, Miſing obſerv. 10. cent. 11. at quando Clericus ſpoliavit Laicum ſua poſſeſſione V. G. vel domo, &c. debet in hac eſſe iudex Eccleſiaſtica perſona, nempè ordinarius loci, ſi aliàs non ſit conſuetudo in contrarium in aliquo Laico, quæ per me non vale-

valeret, eſſet enim contra decreta Pontificia, de immunitate Eccleſiaſtica condita; nolo tamen in hac re me protrahere in longum, ſolum dico, quod iudices Sæculares nullum ius habent in Clericos, & Religioſos; Si ab Eccleſia ipſis iuſtè non concedatur, in qua re prius multum eſt laborandum.

70. Vnum noto hic, & valdè conſiderabile, nempè, quod Clericus à iudice Sæculari citatus, & ipſe comparuit putando ſua intereſſe, etiam ſi declinatoriam fori non appoſuerit non tenetur ſtare iudicio illius iudicis vocantis illum; quia ut alibi dixi non eſſet actor voluntarius, ſed neceſſarius reus, videatur quidquid dicat Dec. & Felin. in C. cum inter de except. Bonaccina de legibus diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 27. & alij quam plurimi apud Albericum olim ſuper rit. 5. cur. Archiep. Neapol. & Ambroſin. cap. 20. n. 73. quapropter fit, ut Clericus inſtando remitti ad ſuum forum Eccleſiaſticum, non debet denegari, ſic tradunt Capyc. dec. 8. Vrſill. ad Afflict. dec. 380. n. 5. Bellect. p. 1. diſquiſ. Cler. fol. 299. n. 15. Ambroſin. de Thoro in compendio dec. Neapol. verbo Clericus fol. 97. & alij non pauci; & hoc etiam ſi ſit citatus non compareat, & ſit condemnatus, quia ubi non tenemur obedire, non poſſumus contumaciam adipiſci; verum eſt quod in tali caſu iudex Eccleſiaſticus cenſuris de tali caſu debet monere Clericum, ut compareat coram Laico iudice, ad dicendum, quæ prætendit in tali negotio ita Iaſſon. in l. teſtamenta, & hanc eſſe bonam cautelam Vrſill. ad Afflict. dec. 380. n. 6.

71. Clericus verò exportans pecuniam, frumentum, oleum, &c. extra ſtatum, aliàs à Principe prohibita talis aſportatio; milites, vel ſatellites aut alij Miniſtri Principis eiuſdem poſſint Clerico illa bona auferre, abſquè læſione immunitatis Eccleſiaſticæ, & abſquè eo quod in cenſuram incidant, &c.

72. Ego teneo, quod ſic facientes lędant immunitatem Eccleſiaſticam, & incidant in cenſuras, &c. Sicut dixi ſupra

de

de armis prohibitis, & ratio eſt, quia Clerici, neque quilibet Eccleſiaſticus poteſt comprehendi ſub ſtatuto prohibitivo Principis Sæcularis, quando in Eccleſiaſticos nullam auctoritatem habeant, videatur Megala in 3. p. lib. 3. cap. 11. n. 36. Alterius de cenſuris tom. 1. diſp. 16. lib. 5. in fin. Bartholomeus à S. Fauſto in ſpeculo confeſſ. diſp. 33. q. 20. Valerus in differentijs utriuſq. for. verſ. Clericus differ. 3. n. 4. Azzorius p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 13. & Diana tract. 2. de immunitate Eccleſiaſt. reſolut. 16. nec obſtat dictum Bobadil. ſcilicet quod tale ſtatutum prohibitivum reſpicit bonum commune, atquè adeò tam laicorum quam Eccleſiaſticorum; quia non reſpicit, ex æquo bonum Laicorum, & Eccleſiaſticorum; cum ergo Eccleſiaſtici ſint exempti non poſſunt ullo modo ſub tali ſtatuto comprehendi, quod idem valet de armis, quando aliàs iudici non conſtet de mala intentione, ipſius Clerici illa geſtantis, quia tunc fieret ad malum impediendum, non ad iuriſdictionem, & Eccleſiæ Privilegium tollendum, immò addendum eſt quod nequè iudex Eccleſiaſticus poteſt Clericos legibus civilibus ſed ſecundum Eccleſiaſticam legem videlicet Canonicam illos punire; vide Vaſqueſium p. 2. tom. 2. diſp. 14. ſect. 10. n. 112. Dianam loco ſupra cit. in hoc n. 69. reſol. 16. fol. 20. colum. 2.

73. Dubium unum hic magnæ conſiderationis propono, quod plura capita habet, & eſt, an perſona Eccleſiaſtica, quæ commiſſit crimen læſæ maieſtatis poſſit puniri à principe ſæculari, aut eius miniſtris, & an iudex Sæcularis poſſit punire Eccleſiaſticum, qui ſinè requiſitis ad ſtatum Clericalem invenitur ab eo vel eius Miniſtris; 3. an iudex Laicus in aliquo caſu cognoſcere de Clericatu alicuius, vel de habitu Clerici, & nulli dubium eſt quod ſtantibus antedictis, non poteſt, de nullo expoſitis caſibus cognoſcere, quando Laicus nullum ius habeat in Eccleſiaſticum, actamen cum ſint difficultates quæ in dies evenire ſolent, ſuo ordine ſolvam illas.

74. Ad

Digitized by Google

74. Ad primum dubium dico, quod etſi affirmativam ſententiam Caliſtus Ramirez in tractatu de lege Regia §.27. n. 15. qui gloſ. littera D. multos alios citat; ego tamen ſemper contrarium defendam cum tutiori fundamento, & ſaniori conſcientia, & hoc iuxtà doctrinam iuriſperitorum, Theologorum, & Canoniſtarum probabo, Vigianus namque tract. de immunitate Eccleſiæ diſp. 2. concl. 2. pro me eſt, & ſecum trahit Bellectus in diſquiſ. Cler. p. 1. tit. 3. §. 1. n. 4. qui in ſua ſententia 13. dd. abducit; idem docet Peſantius tract. de immunit. Eccl. diſp. 13. Zanardus in directorio Confeſſor. tom. 3. cap. 50. cum citatis currit, quem ſequitur Valenzuola in defenſione cenſ. Pauli V. p. 4. n. 70. & noviſſimè de Anno 1600. ut bene notavit Genuenſis in prax. cap. 72. per tot. in caſu alicuius rebellionis atrociſſimæ alicuius Eccleſiaſtici, qui aliquas terras Neapolitani Regni in Dominium Turcarum tradere valebat, Clemens VIII. determinavit hanc cauſam nullo modo ſpectare ad Iudicem Laicum; quarè cautè legendus eſt Ramirez qui in foveam non vult incidere; & ſi quis dicat quod in Regno Neapolitano eſt conſtitutio in contrarium; ego dico tale ſtatutum eſſe nullius roboris, Sæcularis populus, Principes aut iudex nullā legem condere poteſt ſupra neque contra Eccleſiaſticos, & ſi contra eius leges, & perſonam, debent puniri iuxtà leges Eccleſiaſticas, non Sæculares, à ſuis immediatis ſuperioribus, vel ab eis delegatis, & non alias, quia numquam Eccleſiaſticus fit ſubditus Laicalis iuriſdictionis, ne etiam ratione delegati, &c. & ſi aliquando fit in contrarium, eſt, non res iuxtà, ſed corruptela iuſtitiæ.

75 Ad ſecundum, reſpondeo quod non deficiunt aliqui iuriſconſulti, qui partem affirmativam teneant, inter quos eſt Ioannes de Hevia in Curia Philippica p. 3. n. 30. Riccius in praxi tom. 2. reſol. 172. n. 2. Bobadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. n. 95. qui ait tam Clericum in minoribus, quam in ſacris ſi per annum dimiſit habitum Clericalem &

ſe,

ſe in enormitatibus immiſceri habet decadit à Privilegio fori, & Canonis, undè iudex Laicus poteſt illum punire, etiam cum morte abſquè prævia degradatione, ita ille qui in gloſ. litera B. plures Doctores, adducit ita ſentientes, & precipuè Alex. de Nevo conſ. 59. & ſi poſtea n. 96. hanc ſuam ſententiam limitare habeat, nempè, hoc eſſe licitum iudici Laico quando delictum ſupradicti Clerici ita perniciosum eſſet Reipublicæ, ut res pia, & pro ſalute omnium punire eſſet illum; his non ſtantibus, Ego nihilhominus ſubſtireo talem Clericum, & precipuè ſi in ſacris eſt conſtitutus nullo modo à iudice Laico poſſe puniri etiam ſi quodlibet atrociſſimum delictum commiſiſſet, videatur Cevallas tract. de cognitione per viam violentiæ p. 1. q. 76. n. 6. & ſequæ ubi habet quam plurimos iuriſconſultos citare, firmat Bellectus in diſquiſ. Cler. p. 1. tit. 3. §. 7. n. 3. Melaga in 3. p. lib. 3 cap. 11. q. 1. n. 31. & 32. Filuccius tom. 1. tract. 16. cap. 11. n. 314. & deſumo rationem ex C. in audientia 25. de ſententia excomunicationis, verum eſt quod ſi huiuſmodi Clerici ter moniti à ſuo prælato, ut viam malam relinquant, & per ſemitas currant, & non ſe emendent, ſed ſunt in ſua mala vita pertinaces, à Privilegio Clericorum decadunt, & tali privilegio ſublevari ullo modo poſſunt, ita in C. fin. de vita, & honeſtate Cleric. lege Car. de Graſſ. de eff. Cler. eff. 1. n. 891. Marta de iur. p. 4. cont. 2. caſ. 135. Barboſa in collectaneis tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. n. 2. Ambroſ. de immunit. Eccl. cap. 17. n. 16. Bonacc. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 6. immo ego addo, non ſolum requiri ad hoc ut Clericus per annum habitum, & tonſuram dimiſerit Clericalem, quod commiſſerit enormitates, ac correptus ter à ſuo Prælato non reſipuerit, ſed inſuper repertus ſit in fragranti crimine, & ſic debet intelligi Bulla Pauli III. de Anno 1542. ædita, & non ſufficit unum delictum, ſed plura delicta enormia, ad hoc, ut decadat à Privilegio, & delicta huiuſmodi notoria ſint de facto, revolveant Iudices Laici

Bar-

Digitized by Google

Barboſam in collect, tom. 2. lib. 5. tit. 9. cap. 1. n. 2. 3. 4.

76. Ad tertium dubium partem negativam omnino amplectendam eſſe iudico, multi prætendunt ad iudicem Laic. hanc cognitionẽ ſinè ſcrupulo ſpectare, prout docent Borrellus de protect. Reg. Cathol. cap. 76. n. 38. Guido Papa q. 138. Gratian. diſcept. forenſ. p. 2. cap. 190. n. 30. & alij non pauci, apud Cevallos tract. de contingent. per viam violentiæ in proæm. cap. 8. n. 39. Abſolutè tamen contraria opinio eſt ſequenda; ita habetur in text. noſtro ex C. ſi Iudex Laicus de ſent. excom. in 6. docent cõmuniter DD. cum Covarr. pract. qq. C. 33. Zerola in prax. Epiſc. p. 1. verſ. Cleric. n. 30. Salzedus in prat. crim. Diaz. cap. 62. n. 14. Marius Antoninus lib. 3. reſol. 48. Ioan. de la Cruz in direct. conſcientiæ p. 2. de Sacramento Ordinis q. 5. dub. 8. concl. 1. Molina de iuſt. tom. 4 tract. 3. diſp. 49. n. 6. & 11. Layman. & Cevallas in pluribus locis, quarè ſit, quod apud Iudicem Eccleſiaſticum debeat fieri diſcuſſio de clericatu, & eius habitu, citatis tamen Fiſco, & Iudice Sæcularis curiæ, & poſtquam Iudex Eccleſiaſticus declaravit .N. Clericum Privilegio fori, & Canonis gaudere petenda eſt remiſſio, cum intimatione dictæ declarationis, iuxtà text. in C. iudex cit. quæ quidem remiſſio ſtatim debet fierit à Iudice Laico, ſinè dedecore, ut idem Marius Antonius ſupra citatus obſervare habet, quod ſi non remictat iudex Sæcularis dictum Clericum Iudici Eccleſiaſtico, ſaltem intra ſpatium viginti horarum iudex Laicus in excomunicationem incidit; ex dicto C. iudex.

77. Vbi nota, quod ſi apud Iudicem Sæcularem eſt fama publica, quod .N. eſt Clericus nullo modo poteſt eum retinere, ſed ſtatim tenetur ſuo iudici conſignare, ſecus ſi illi non conſtet. Tunc debet expectari declaratio iudicis Eccleſiaſtici, ut dictum eſt, &c. Laicus namque nullum habet ius in Clericum, nec alios, Eccleſiaſticos, ſunt namque Eccleſiaſtici exempti à dicto foro Laicali de iure humano, ut alibi dixi in antecedentibus, ſed etiam de iure divino,

ut

ut inter noviſſimos docent Diana p.7.tract. 1. per tot. Guaz. in defenſ. 20. p. 2. cap. 9. n. 1. eſt enim Laicus iudex incompetens omninò in Eccleſiaſticas perſonas, & omnia geſta contra Eccleſiaſticum ab illo nullius valoris ſunt, niſi habita licentia à S. Sede; Azzorius in inſtit. moral. lib. 5. cap. 12. verſ. 1. Reginaldus in prax. for. pœnit. tom. 1. lib. 19. ſect. 1. n. 66. pag. mihi 167. & poſt ipſum Barboſ. de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 39. n. 1. Qui aſſociatus à 39. Doctoribus concludit Clericos de iure divino exemptus eſſe omnimodè à foro Laicali, reſpice etiam Filiucc. tom. 1. tract. 16. qui rationibus inde comprobat, & auctoritatibus. Bonacc. in Bulla cœnæ diſp. 2. q. 16 ſect. 1. punct. 2. n. 5. & Sanc. in conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 51. n. 1. pag. mihi 316. ab alijs diſcrepare non habet, nec excuſat à pœnis Iudices Sæculares in cauſis Clericorum ſe ingerentes, ex eo quod dicant Bullam cœnæ non eſſe uſu receptam, vel quia in contrarium, adeſt conſuetudo, quia talis non uſus, eſt corruptela, & abuſus, ita Bonacc. tom. 3. diſp. 1. q. 15. punct. 8. §. 1. n. 5. Binsfeldel. tract. de Iniur. & dam. dat. cap. 7. concl. 13. dub. 3. Tuſch. tom. 4. concl. 452. n. 28. & omnes fore communiter Doctores.

78. Vtrum verò princeps poſſit imponere Gabellas, & illas exigere à Clericis non habentibus requiſita à Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. Reſponſio, & ſi ſit ratio in contrarium per me eſt negativa, nam Privilegium huiuſmodi videlicet non teneremad ſolutionem Gabellarum, non conſiſtit in Privilegio Canonis, nam de iure communi Clerici [quod idem eſt dicere omnes Eccleſiaſtici] immunes à ſolutione Gabellarum; & ſi Concilium Tridentinum hoc reſtringit; reſtrictio reſpicit fori Privilegium, non Canonis, ita Lexius lib. 2. cap. 33. dub. 5. n. 38. Molin. tom. 3. tract. 2. diſp. 270. n. 5. Malder. in 22. tract. 5. cap. 6. dub. 8. Garſ. de benefic. tom. 1. cap. 3. p. 2. n. 5. in finem vide Gomitclum reſponſ. moral. lib. 6. q. 20. ubi ipſe Epiſtolam ponit ipſam ſcriptam

ipſi à Sacra Congregatione Concilij in termino huius dubij, quem brevitatis cauſa illam hic non pono, videatur Torrei Blanc. in defenſ. lib. de mag. cap. 6. n. 69. qui bene inquit, & ſenſum Concilij Trident. in hoc bene notificat in ſeſſ. 25. cap. 6. & Diana tract. 2. de immunitate Eccleſiæ reſol. 37. pag. mihi 27. col. 1. aſſerit in favorem huius ſententiæ pluries fuiſſe conſultum.

79. Et hoc idem valet de bonis novitiorum prout tenet Molina tom. 3. tract. 2. diſp. 671. n. 2. Malder. in 2. 2. tract. 1. cap. 6. dub. 8. Turrian. in 2. 2. tom. 2. diſp. 44. dub. 4. n. 12. Bartolom. a S. Fauſto in ſpeculo confeſſ. diſp. 33. q. 14. n. 2. Barboſ. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 7. n. 12. Sanchez in ſumma tom. 2. lib. 6. cap. 10. n. 16. & 11. ratio eſt quia novitij ſunt de vera familia Monaſterij, & pars comunitatis Religionis, quæ exempta eſt, undè cum novitius ſit verè, ac propriè Eccleſiaſticus, & eius bona Patrimonalia ſub tali iure cadunt dum adhuc novitius eſt; ſequuntur hanc ſententiam Theologi omnes prout aſſerunt Car. de Graſſ. de effect. Cleric. eff. 3. n. 131. qui pro ſe numerat Abb. Bartolum Ripam, &c. idem aſſerit etiam Flores de Mena in ſuis varijs qq. lib. 2. q. 21. §. 4. n. 198. & ante illum docuerat Bertachinus tract. de Gabellis p. 7. Principali n. 56. & ſi novitius tranſire iterum poſſit ad ſæculum non ſequitur per hoc quod dum novitius manet non ſit Religioſus privilegiatus, vidè Canoniſtas, & Theologos morales de hac materia, ob lector, & meus ſine dubio eris.

80. An vero ob publicam neceſſitatem, vel pro peſte, bello, contra Turcas, & ſimilia poſſit Princeps Sæcularis Gabellas ſuper bona Eccleſiaſtica quando quidem talis neceſſitas directè tangit Eccleſiaſticos etiam; vidi Dianam de immunitate Eccl. contrarium defendentem reſolut. 42. ſed mihi videtur, non tangere punctum funditus; Religioſi ſivè Eccleſiaſtici, ex eo quod tales ſunt non perdunt ius naturæ, neque amittunt eſſe partem communitatis, & ſicut Principse,

&

& reſpublica tenetur eos defendere, & alere ſicut cæteros de Republica, aut de vaxallis, ità in neceſſitate publica ipſi Eccleſiaſtici tenetur concurrere pro viribus ſuis in caſibus propoſitis, non autem ſic in neceſſitatibus particulare bonum, vel malum reſpicientibus, ſicut eſt vias reficere, pontes ædificare, &c. huiuſmodi, & in hoc ſecundo conſuetudo in contrarium non valet, quia eſt corruptela, & privilegiorum Eccleſiæ deſpectio, ut ita dicam, legant conſiliarij Anguianum in tract. de legibus tom. 1. lib. 2. contr. 15. n. 14. quem ſequitur Barthiolom. a S. Fauſto in ſpecul. Confeſſor. diſp. 33. q. 21. imò dico quod in caſibus poſitis de publica neceſſitate poſſunt compelli à Principè; quidquid dicant Doctores in hac re, quia tempore neceſſitatis extremæ omnes leges ceſſant, ac Privilegia; vide Angelum in l. quoties in fine C. de iudicijs, Federicum de Senis conſ. 88. Lancellott. de attentatis p. 2. cap. 15. n. 97. Anfrerium in repet. Clem. 1. de officio ordin. n. 81. Gugliem. de benedictis in C. Raynutius verb. & uxorem dec. 2. n. 142. Caſſ. de conſuet. Burgund. Rubric. 1. §. 5. n. 82.

81. An vero iudex Laicus ſecretè proceſſans Eccleſiaſticum, ad effectum non iudicàndi illum, ſed fine conſignandi proceſſum compilatum iudici ordinario dicti Eccleſiaſtici, in excomunicationem incidat. Reſponſio pro me eſt affirmativa dummodo caſus non ſit mixtus: nempè quod aliquis Sæcularis inculpatus ſit in eodem delicto, tunc enim non incurrit, quia proceſſus fabricatus contra Eccleſiaſticum, eſt per accidens, & neceſſitate factus, & puto intelligere Graff. in dec. 1. lib. 4. cap. 18. n. 135. ſicut puto intelligere Filucc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. n. 312. & Sauſam in Bulla cænæ cap. 20. diſp. 95. concl. 2. n. 3. quod etiam permiſſum eſt iudici Laico nempè quando, non patet acceſſus ad Iudicem Eccleſiaſticum, qui iuridicè ſe informare poſſit de criminali ſucceſſo Eccleſiaſtici, & in eo dictus Eccleſiaſticus continuatus, vide Dianam tract. 2. de immunit. Eccleſ. reſol. 53. p. 33 col. 2.

82. Quæ-

82. Queritur modo, an Clericos in fæudalibus teneatur ſubire iudicium coram Domino fæudi, & coram ipſo conveniri. Iuxtà DD. oppinionem pars affirmativa eſt tuenda, iuxtà id quod traditur per text, in C. verum, & in C. tranſmiſſa de foro competenti, & ita eſſe de conſuetudine, aſſerit Archid. in C. unico de Cleric. coniugatis; Clarus in §. ſecundum firmat hanc opinionem communiorem eſſe, ita q. 90. verſ. & hæc ibidem, quam ſententiam ſecutus eſt Toletus in ſum lib. 5. cap. 56. Reginaldus lib. 9. n. 351. de Franchis dec. 545, Genuenſ. cap. 9. n. 5. Sayr. de cenſ. lib. 3. cap. 19 n. 5. Farinacc. de Inquiſ. q. 8. Bonacc. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. n. 4. Ambroſ. cap. 20. n. 56. & Camil. de Laratha conſ. 96. n. 7. ratio eſt quia in caſu propoſito non iudicatur, ut Clericus, ſed ut Princeps, &c. prout aſſerit Bartol. & alij ſcribentes in l. ſi quando C. de appellat. & Iacobus de S. Geor. de fæudis, in verſ. & dicti Vaſſalli, Neapol. in conſuet. Regni in proem. §. præfatus n. 20. Afflictus in conſtit. Regni, ſi quis Clericus, cum multis alijs Theologis, & Canoniſtis, & hoc eſt verum quando intentatus petitorium quia quando intentatur poſſeſſor, cauſa poſſeſſoris debet coram Iudice Eccleſiaſtico intentari; ita Luc. de pænit. in l. unica C. de rei poſtulatione lib. 10. quem refert, & ſequitur D. Reg. Tap. Marchio Belmon. lib. 1. de iure Regni tit. de Epiſc. & Cleric. pag. 21. & per Car. de Graſſ. eff. 1. n. 732. non propterea Dominus fæudi poterit condemnare Clericum fæudatarium, pro aliquo delicto, nam ubi agitur de delicto ſive Civili, ſive Criminali Clericus debet iudicari ab Eccleſiaſtico iudice; Ita ſecundum Innoc. Abb. & Io. And. in C. verum de iudic. S urdus conſ. 396. n. 32. l. 3. Farin. q. 8. n. 22. Ambroſin. cap. 20. n. 59. Menoch. de retin. poſſeſ. remed. 3. n. 402.

83. Sed ponitur caſus, quod Clericus in minoribus conſtitutus ſit ab ordinario ſuo relegatus in aliquem locum, & tempore talis relegationis, relinquat habitum Clericalem, &

rele-

relegationem frangat, debet nepuniri à iudice Eccleſiaſtico? Affirmo indubitanter, ratio eſt quia poſt ſententiam mutatio fori non mutat primi iudicis iuriſdictionem, ſed iuriſdictio eius durat, & poteſt perpetuò ſuam ſententiam tueri, & coercere reum ad obſervantiam illius, ne videatur deluſoria l. 1. ff. ne vis fiat ei, gloſ. & Doct. in C. querenti de off. deleg.

84. Si vero quis Clericus effectus falſarius, vel Tonſor monetarum, debet etiam puniri per Eccleſiaſticum iudicem, non autem per Laicum, videatur de Franchis, deciſ. 691. n. 7. Baſſ. tract. crimin. titulo de foro compet. n. 134. Clar. q. 36. n. 20. & Car. de Graſſ. eff. 1. n. 345. & 576. ubi aſſerit hanc eſſe communiorem opinionem, & adeſt Bulla S. M. Vrbani VIII. Summi Pontificis emanata idibus Novembris 1627 quæ determinat, ut Clerici, vel alij Eccleſiaſtici, &c. delinquentes in caſu propoſito, prius per iudicem Eccleſiaſticum degradentur, & deindè tradantur Curiæ Sæculari.

85. Caſus alius evenire poteſt, utpotè, ſi Clericus factus poſt debita contracta in fraudem creditorum; vel quia factus eſt Clericus poſtquam fuit condemnatus per iudicem ad ſolutionem debiti gaudeat Privilegio Clericorum; Et reſpondendum eſt non gaudere quando conſtat hoc in fraudem feciſse, non autem quando res eſt dubia, quia in dubio præſumptio eſt ad favorem Clerici, videantur Covarr. pract. q. 32. n. 4. Put. dec. 364. p. 1. Gaſp. Beat. de inopia deb. cap. 17. n. 22. Genuen. cap. 3. n. 11. Car. de Graſſ. n. 60. Farin. de Inquiſ. q. 8. n. 3. & alij non pauci, qui hos ſequuntur.

86. Vt in antecedentibus dixi cum Clerici, ſicut omnes Eccleſiaſtici non ſolùm de iure divino, verum de iure Canonico, & civili immunes ſint, ac exempti à ſolutione Gabellarum, tam importis civitatis, quàm alibi, tam imponentes, quam exigentes ab eis Gabellas incidunt, ſinè dubio in excomunicationem latam in C. quamquam de cenſuris in 6. nec non alium latam in Bulla cænæ Domini; vide Laymannum lib. 4. moral. Theolog. tract. 9. cap. 8. Covarr. pract.

q. 32.

Digitized by Google

q. 31. n. 9. Molin. de iuſt. tom. 3. diſp. 671. n. 5. Bonacc. de contract. diſp. 2. q. 9. punct. 2. n. 8. Garc. de Benefic. p. 1. cap. 31. Molfeſ. in ſumma p. 2. tract. 12. cap. 22. n. 158. & alios multos taliter rem ſentientes inter quos Reginaldus lib. 11. de abſolut. ab excomunic. n. 379. Proſp. de Auguſt. ad Quarant. verbo vectigal; dummodo hoc tales imponentes Gabellas, & illi qui eas ab Eccleſiaſticis exiguunt faciant talia ſine Summi Pontificis facultate.

87. Immò incurrunt in talem excomunicationem tales exigentes, etiam ſi Eccleſiaſtici illas libenter ſolverent, dummodo ſolvant tamquam quid debitum ipſis petentibus; ſi verò dant ex mero dono, nequaquam Suarius diſp 41. ſect. 2. n. 99. addit. ad Quaranta, & firmat. Bonacc. loco ſupra cit. qui ambo alios DD. citare habent; hæc de Eccleſiaſticorum Privilegis.

VBRICA QVARTA.

De Electione.

1. AVctor noſter in titulis præcedentibus, egit de perſonis exiſtentibus in gradu altiori, in ſacris ſimpliciter, & in minoribus, nec non de vita habitu, & moribus ordinatorum; ſicut, & nos ordinem, ſive methodum illius ſequendo, modo de electione iſtorum iuxtà gloſ. ſuper prin. tit. in fin. de poſtulatione; nos igitur non diferentes ab ipſo auctore agemus de electione iuxtà l. in comune ff. de minoribus, quæ quidem electio multis modis conſideratur, nempe ratione perſonarum, ratione formæ, ideò iuxtà auctoris ſtilum prius de forma electionis, deindè de cæteris ad ipſam electionem ſpectanctibus; unde ipſe noſter auctor in quatuor partes electionem dividit in prima agit de modo promovendi, in ſecunda dicit quid ſit electio, in 3. quid obſervandum ſit in electione, in quarto loco formam ele-

ctio-

ctionis dictat, ego pro viribus conabor ſecundum Dei auxilium omnia dilucidare, & præcipuè, de electionibus occurrentibus inter Religioſos pro gubernatione Monaſteriorum in qua re magis, quam de alijs electionibus me extendam, quare ſit ut in Dei nomine hunc de electione tractatum incipiam.

in §. cæterum cum tribus ſequentibus.

2. In preſenti §. auctor diſcutere habet de quidditate electionis, nempè, quid ſit electio, quæ quidem electio (loquor hic in genere) nihil aliud eſt quam quod aliquis idoneus deſtinetur à quibus ſe expectat ad aliquam dignitatem, prius facta vocatione, ſi aliqui ſint vocandi, quando aliàs non eſt tempus præfixum pro illa electione, quia tunc dies, vel hora pro homine interpellat; Facit quod notat Genian. in C. ubi periculum §. 1. de electione in 6. unde etiam in electione Papæ quæ eſt omnium maxima, ſi unus ſolus Cardinalis adeſſet tempore ſtatuto poſſet eligere Pontificem, & electio valeret, ut bene notat gloſ. in Clem. ratio quia tunc in illo caſu tota auctoritas Collegij apud ipſum remanet eadem gloſ. loco cit. favet hanc ſententiam P. de Bayſio in direct. electionis p. 5. cap. 11. n. 20. Mandagot de elect. p. 1 cap. 17. firmat Boer. Io. Andreas ad ſpecul. de elect. §. 1. n. 7. verſ. diem. Innocent. in cap. cum nobis de electione n. 5. ubi Abb. n. 11. Felin. in C. cum im. de conſt. n. 6. & in cap. 10. conſuluit de off. delegat. n. 5. Peyrin. in addit. fol. mihi 159. n. 13. & quando non eſt tempus determinatum ſufficit una monitio gloſ. in C. ſi Epiſcopus verb. præcept. d. 18. Innocentius in C. cum nobis de elect. n. 6. Abb. in C. gratum de poſtulatione Prælato n. 10. de Bayſio in direct. elect. p. 3. cap. 11. n. 4. Boer. ad Mandagot de elect. par. 1. cap. 18. Hoſtienſis, & notat Gaff. in eodem tit. §. 1. in Principio, quapropter tria requiruntur eſſentialiter ad electionem validitatis, auctoritas, nempe, numerus, & zelus, & hoc

de iure, de facto per quatuor portas intrare habent in dignitatibus viri Eccleſiaſtici; quæ quidem portæ ſequentibus verbis indicantur *quatuor Eccleſias portis intratur ad omnes, Cæſaris, & Simonis Sanguinis, at quę Dei; prima patet magnis, ſed nummis altera caris, ſed quarta paucis pater ſolet,* quæ meo iudicio ſunt merita. Tertia dixi quod author loquitur de electione in præſenti §, & quia in electione plura requiruntur, tam in Canonica, quam in Capitulari Cleri, vel à Capitulo Cleri facta, quam à Religioſis de ſuis ſuperioribus ideo iuxtà textum noſtrum multas quæſtiones in §. præſenti diſſolvam, iuxtà Doctrinam Canoniſtarum, & Theologorum, pro qua re multæ dificultates hic proponuntur.

Prima, An electio debeat eſſe de meliori.

Secunda, An electio valeat non vocatis vocandis.

Tertia, An elæctio non cofirmata ſit vera electio.

Quarta, An præſentatio facta à non patrono in iure patronatus ſit vera electio.

Quinta, An preſentatus à non habente ius preſentandi, & beneficium obtinet, ſit legittimus beneficiatus.

Sexta, Quid ſit inſtitutio, hijs dificultatibus, non prout in praxi, ſed prout eſt de iure reſponſum dabo.

3. Ad primum, & ſecundum dico ſemper electionem debere eſſe de meliori, & præcipuè in Minimorum religione ubi vocales in omnibus electionibus iurant, de meliori eligendo, prout legi poteſt in cæremoniali Minimorum pag. mihi 88. ubi habentur hæc verba *ego Frater. N. iuro, & promicto Deo omnipotenti, at Beato Patri noſtro Franciſco de Paula illum eligere, quem credam ſecundum meam conſcientiam futurum, huic ordini, Provinciæ, vel conventui, in ſpiritualibus, & temporalibus utiliorem*, & quia iuramentum tres comites habere debet, nempè, veritatem, iuſtitiam, & iudicium, ut benè docet divus Thomas in 2. 2. q. 89. art. 3. in corpore art., & in quodlibet 5. art. 27. in fine, nec non quodlib. 12. art. 21. in corp. articuli ſecutus in hoc à turba

Do-

Doctorum tam Theologorum, quàm Canoniſtarum puto, quod ipſi Religione, in eligendo non ſolum dignum, ſed indignum, & virtutum, ac obſervantiæ Regularis (non dicam inimicum) ſed omnimodè comptentorem, & ignarum etiam Linguæ Latinæ, & ſcientiarum non cultorem, periurij ſint electores, & electio nulla ſit, præcipuè quia huiuſmodi Prælati, ſive Superiores debent curam animarum habere; non enim Religioſi minimi in caſu propoſito liberi ſunt, ſed ligati, ad digniores, ac utiliores eligendum, & quando non eſſent ita ſtrictè minimi in ſuo ordine ligati, in materia electionis, ſaltem debet eligere dignum quando merita dignioris non ſunt in eceeſſu; quando autem datur exceſſus meritorum in uno, non eſt relinquendus pro perſona ordinaria, videatur M. Sotus de iuſtitia lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 9. ſequitur M. Serra ſuper. §. 1. tenet Alenſis par. 2. q. 136. §. 2. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1. tenet etiam Navarrus in Summ. Iſpanica lingua contexta cap. 25, n. 57. qui ait quod electores relicto digniori eligunt dignum, ſi aliàs erant ſub iuramento obligati ad meliorem, & digniorem conſequenter eligendum M. peccant, & habetur in C. grave de prebendis, unde Filiucc. tom. 3. tract. 121. cap. 4. inquit, quod iu qualibet electione, relinquendo digniorem pro alio eſt peccatum M. & tanto magis quia in electionibus omnibus Canonicis ordinis minimorum præcipuè iuramentum præſtatur de meliori eligendo, vide Villa, Diego, Polit. cap. 1. §. 17. n. 32. qui idem ſentit quando Senatores iurant, de eligendo meliore, quia ut ait Sanchez hæc materia eſt gravis præcipuè inter regulares, quia ſuperiores debent obſervantiam, regulam, & virtutes pro bono communi Eccleſiæ regere, non enim ad dormiendum, & crapulandum deſtinati ſunt, ſed ad Dei Gloriam quærendam tam in Eccleſia, quam alibi, vide etiam, oh lector Villalobum tom. 2. tract. 8. & 9. ratio eſt quia in hoc ſervanda eſt iuſtitia diſtributiva, & ideo in talibus electionibus deberent eſſe plures electores; ut merita

Digitized by Google

eligendorum; à pluribus probentur, & ſciantur vide Dianam p. 2. tom. 15. reſol. 67. Sancium opuſc. 10. lib. 2. cap. 11. dub. 36. n. 15.

4. Quapropter ego audeo dicere, quod vocales capituli, &c. eligentes indignum, tenentur ad reſarcienda damna omnia ſpiritualia, & temporalia ex tali electione ſecuta; vide inquam oh lector cariſſime etiam Naldum verb. eligere n. 6. Dianam p. 2. tom. 15. reſolut. 67. §. dico 4. vide etiam Suarium de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 38. n. 68. ibidem §. dico 5. ratio eſt quia Prælaturæ, & Superioratus Regularium ſunt beneficia Eccleſiaſtica, non ſimplicia, ſed habent curam animarum annexam, nempè animas ſuorum ſubditorum, ſub eorum cura, de quibus reddere Deo rationem debent, & dictæ Prælaturæ non ſunt tantum momenti, ſed magni momenti, & ſi aliàs fiat electio puto eſſe contra Trident. ſeſſ. 7. cap. 3. & meo videri nulla.

5. Etenim in gubernatione Conventuum Provinciæ, vel, totius Religionis, non requiritur minor idoneitas ac in Epiſcopis requiratur, qui debent eſſe Doctores, aut in Theologia, vel in iure utroque, ignorantes enim de iure Canonico ſunt irregulares C. literatos d. 36. facit Concilium Trident. ſeſſ. 22. cap. 2. & ſeſſ. 23. cap. 4. 11. 13. Sayrus lib. 6. cap. 13. n. 6. Nav. in C. ſi quando de reſcriptis, quando ipſi Superiores regulares, multa munera exercere tenentur in facto, quæ quidem munera, recte exerceri ab eis non poſſunt cum ſolo titulo Theologi, ſivè nomine huiuſmodi, quia non nomen iudicat, ſed Doctrina, nec ſufficit dicere, quod fuiſſe ſuperiorem per plures vices praxim induxit in operando quia talis praxis potuit eſſe nociva, & ſic ſemper erit, non enim poteſt arbor mala bonos fructus facere. Addo quod eligere in lite ratum eſt eligere homicidam, immo magis odioſum ut tenet Innocentius in C. cum noſtris de conceſſ. præbendæ relat. per Felin. in C. per tuas de ſim. & Decius in C. illicitatus Col. pen. de reſcriptis, & opinio communis eſt

quod

quod non valet id quod dicitur Intr. de pacific. poſſæ. In 4. limit. n. 110. & ſeq. ita Petrus Rebuffus de Privileg. Scolar. Privileg 39. n. 5. tom. 18. tract. fol. 41.

6. E ſi eſt verum, ſicut veriſſimum eſt id quod dicunt DD. paſſim, quod paſtor debet eſſe vigilans, & confirmans, iuxtà dictum Chriſti Petro, & iuſtam ab ipſomet Chriſto eidem facta reprehenſione in horto; Symon dormis; paſtoris enim eſt vigilare, & non dormire, debet enim pro viribus ſuis animam ponere, non ſanguinem ſuorum ſubditorum ac Monaſteriorum, &c. tamquam Sanguiſuga lambire, & pro auro obtinendo, officio compartire ignaris, vitia notrire, opprimere, non dantes etiam merita habentes, & exaltare illos, qui in vitijs alios excedunt.

7. Vnde S. Gregorius lib. 1. Epiſt. 24. ad Conſtantinop. dum ipſius huiuſmodi loci Epiſcopus electus erat ſic illos alloquitur *quod me ad Epicopatus ordinem congnoſcitis perveniſſe; ſi me dilitigis, plangite* & S. Auguſtinus Doctorum Eccleſiæ aneſignanus, in C. omnia 40. diſt. dicit, *nihil eſſe miſerius, ſtrictius, & damnabilius apud Deum Epiſcopatus officio, ſi perfunctorie agatur, & ſi ut decet nihil periculoſius* quid ergo dicendum erit de Superioribus Regularium, qui tantum onus ſuper humeros ſuos geſtare habent?

8. Redeo igitur ad conditiones Prælatorum Regularium cuiusvis generis ſint, tam videlicet de ſupremis, quam de alijs inferioribus, & alijs relictis conditionibus, de ſanctitate vitæ, ac exemplari, ſolum, de virtutibus licteralibus diſcurram.

9. Dico igitur, quod teſte Angelico Doctore 2. 2. q. 76. art. 2. quod neceſsè eſt, ut legitime ſint electi, ſciant, quæ ad eorum ſtatum, & officium pertinent, cum turpe ſit ignorare artem quam profitemur l. 2. §. ſervius ff. de origine iur. unde Prælati Regulares, ſive eligendi in Prælatos Regulares, debent actu habere ſcientiam illam, quæ eſt neceſſaria ad munus ſuum recte exercendum; eamque; majorem

iorem, aut minorem, prout maior; aut minor, eſt Prælatura, ad quam aſſumuntur, ut ex dictis patet, & habetur etiam ex Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat. ubi habentur hec verba *nemo ad dignitates Eccleſiaſticas promoveatur, niſi Doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria commendetur*, habetur etiam hoc ex ſacra lictera exod. 18. *provide de omni tribu viros potentes, & conſtitue ex eis tribunos*, & in C. ſi in Laicis d. 38. dicitur ignorantiam eſſe intollerabilem in hijs, qui præſunt; multa etenim occurrunt Prælatis, à quibus non poſſunt ſe expedire, ſi non ſint docti; tanto magis quia in Provincijs debent eſſe ſtudia licterarum, &c. & ſunt viri docti, & interdum diſputatur de rebus Doctrinalibus, unde decet Superiorem eſſe inſtructum Doctrinis, ut percipiat, quæ dicuntur, & de ijs ſaltem poſſit iudicare, ad derimendas diſputationes, quæ aliquando generare ſolent diſcordias inter viros doctos, ſi non adſit qui iudicare de eorum dictu poſſit; ſivè quia ut ait Auth. de Tabellin. §. nos autem. Ignarus licterarum facilè negat ea, quæ pro veritate ſtatuta ſunt, & ſuper eo inconvincibilis eſt. Neque valet quod Superior apud ſe habeat viros Doctos, quorum opera utatur, etenim verecundum eſt, ex aliorum moribus quærere, quod apud ſe inveniri debet, ut dicit Innocent. in C. cum in cunctis de electione n. 1. & quomodo poterit Prælatus introducere virtutes in ſuam Provinciam, & introductas propagare, ſi neſcit quid ſit virtus, & audiendo diſputationes certe fugiet, quia ipſi male olent dum ignarus eſt.

Et hoc quod dixi de Prælatis Regularibus concludo, etiam de Epiſcopis eligendis, qui ambo ſi non habent ſupradictas condictiones, ego auderem dicere, quod electio ſecuta in ipſis nulla ſint, & electores ipſos eligentes mortaliter peccavere, & electi tenentur renunciare, eo quia indignas perſonas eligent, debent namque Prælati nempè Epiſcopi eſſe optimi Theologi, & Canoniſtæ cum debeant prædicare

Dei

Dei Verbum ſuis populis, & ſententias ferre quæ quidem officia exercere non poſſunt, & Prælati Regulares quomodo poſſunt approbare confeſſarios, concionatores, lectores, ac ferre ſententias, ſi abſque Theologia, & iure Canonico reperiantur. Videant Electores iſtorum Prælatorum Sapientia 9. & Paralip. 2. cap. 2. nec non 3. Regum 3. reſpiciant d.D. Thomam lib. 1. de regimin. princ. cap. 15. divum Chryſoſtomum in poteſt. Epiſc. ad corintios Serm. 15. & Concilium Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 2. & in l. 1. ff. de iure omnium iudicum C. forus de verborum ſignificatione Maran. de or. iud. 2. p. n. 13. Oros in Rubric. ff. de officio eius diſt. 490. n. 1. & 2. & in l. 1. ff. de iur. omnium iudic cap. 526. n. 1. ff. 2. §. ſervius autem Sulp. ff. de ori iur. & Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2. Zenoph. lib. 1. de factis, & dictis, vide apud Emanuel Rodericum Luſitanum tom. 2. pag. mihi 102. hæc quoad primum, & 2. queſitum, mod. ad 3. devenio.

10. A tertiam difficultatem propoſitam ſupra n. 2. breviter dico, utique eſse electionem; ſed aliquando hæc electio non ſufficit ad eſercitium Prælaturæ, & aliquando ſic .V. in Epiſcopis electio ad Epiſcopatum non valet antequam conſecratus ſit, nam eſto habeat aliquod ius tunc ad Epiſcpatum, non tamem poteſt officium Epiſcopi exercere ante conſecrationem; non ſic Generales ordinum, Procuratores Generales, & Generalium Collegæ, ſicut, & Provinciciales, iſti ſtatim, ac ſunt electi Canonicæ, poſſunt liberè ſuum officium exercere non expectata confirmatione ſui reſpective Superioris. Non ita tamen ſe habent Correctores Fratrum Minimorum in ſuis electionibus factis die 15. Septembris annuatim, quia ſi ante confirmationem, quæ facienda eſt in die S. Michaelis Arcangeli, per C. Provincialem, vel per definitorium: Annuatim ſimiliter ad dictam electionem ius habeant, ita ut illam poſſint petere in iudicio confirmari, nec caſſari poſſit inaudito electo, nullatenus tamen illam ante confirmationem exercere poſſunt, vide P. Stephanum Iſnandum,

in

in ſuo C. Minim. .V. electio pag. mihi 196. Peyrinum de ſubdito q. 3. cap. 31. §. 7. contra Paſſarellum: ratio mea eſt quia confirmatio Superioris cuiuſvis electi nihil aliud eſt, quam corroboratio iuris prius habiti ut habet Hoſtien. l. 2. de confirmat utili, vel inutili n. 1. §. quid ſit; unde ſi confirmatio electionis Canonicè facta declararetur irrità, ex aliquo defectu confirmantis, non propterea irritatur electio, ſic ſtatuitur in C. ſi confirmationem, de electione in 6. confirmat Peyrin. ſupr. ex Cucco, Franciſcus Pellizarius de electione tract. 9. cap. 11. ſect. 1. pag. mihi 833. n. 43. cum alijs non paucis, quod dicendum eſt de Epiſcopo, ſive alio electo ad aliquam dignitatem requirentem confirmationem,

11. Quapropter debet in annullatione electionis ſive Prælaturæ, ſive officij, aut dignitatis exprimi cauſa annullationis ſicut, & inconfirmatione, aliàs uterque nulla eſſet, & non ſufficit clauſula generalis, prout loquitur noſter text. in §. illis vero; ſecus vero ſi nullus modus exprimatur, quia tunc nulla eſt annullatio, aut confirmatio C. quod ad agendum de periur. in 6. quia in illa generali annullatione, vel confirmatione non poteſt Superior pluribus præiudicium inferre, unde mentio ſpecialis de cauſa annullationis, vel confirmationis fieri debet, vide ſcriptores de hac re.

12. Hinc fit ut debeat à Superiore immediato perſonæ electæ examinari diligenter electio, nec ſtatim ab eo debet confirmari electio, aut annullari, ſed expectare, ſi quis contra electionem inſtet; Rodriq. tom. 2. q. 52. art. 5. & ſi ſunt oppoſitiones debent vocari opponentes prius quam confirmatio de electione fiat C. fin. de elect. in 6. undè in ſimili caſu ſi quis in debita forma appelletur ad S. Pontificem; Confirmator ordinarius non poteſt amplius in tali cauſa procedere, pendente appellatione; C. ſi poſtquam eodem titulo.

13. Vnum hic ſolum dubium proponam, & illum reſolvam, ut ad ſolutionem quarti dubij propoſiti devenire poſſim, & difficultas in præſenti eſt, an videlicet poſſit dici

in-

indignus ad Prelaturam, ille, qui & ſi ſit in ſe malus, alias tamen in ſuis officijs, alias obtentis bene, & recte ſe geſſit; ſecundum Io. de Selva in tract. de benefic. p.3. q.7. n. 11. 12. negativa pars dicit eſt tuenda; & hoc iuxtà Doctrinam Archiepiſc. Florent. in 2. p. Sum. de Statu Sum. Pontificis; quod aliquando, qui non ſunt boni homines in ſe; ſingulari providentia Dei ſunt boni in gubernatione pro alijs, & in §. fin. 38. dicitur, quod prædicatio criminoſi Sacerdotis non debet contemni, quoniam ut ait Hyeronym, *ut Lixivium per cinere humidum, fluens lavat, & non lavatur, ita bona Doctrina, per malum Doctorem, animas credentium lavat à ſordibus peccatorum*, facit C. ſi iuſtus 1. q. 1. ibi per lapides canales tranſier.

14. Ad quartum, de electione facta à non potente eligere, certum eſt nullam eſſe, de qua re in ſequenti Rubrica dicam, verum eſt ait auctor, quod non habentes ius præſentandi, aut eligendi electio ab eis facta nulla eſt, & caſſanda à Superiore, & hoc impedimentum, dicitur impedimentum naturæ legis, ac morum, iuxtà textum cap. 1. 13. q.7. unum per oppoſitum, not. 2. quia perſona ad aliquod officium idoneum, debet conſiderari reſpectu naturæ, vel legis, ſeu morum.

15. Nequè irritatur electio, ſi quis in actu electionis propalaret votum ſuum dediſſe tali, &c. vel poſt Scrutinium ante publicationem electionis, ut acciperet ſchedulam alterius, & illam videret, quia tunc non vere publicatur electio, ita Samuel. controverſia 6. n. 4. ratio eſt quia in ſcrutiniaros aliter ſe haberi poteſt, & ſic non eſt contra Concilium Trident. patet etiam ex conſideratione textus; ſentiunt hoc etiam Carcias p. 5. de beneficijs cap. 4. n. 197. Paſqualig. dec. 266. & Sygilmundus de electione d. 31. n. 11.

16. Electiones Canonicæ debent fieri de die, niſi aliàs neceſſitas urgeret; quia neceſſitas omnem legem tollit; V. G. electio incæpta eſt de die, & antequam finiatur nox ſuper

venit, & periculum eſt in mora, ad tollendam ſuſpicionem fraudis tribus luminaribus accenſis ſaltem, proſequi poteſt. Rodriquez tom. 2. q. 51. art. 15. Mirand. tom. 2. Manual. q. 23. art. 12. Portel de dub. Regul. verb. elem. n. 5. Layman. in qq. Canon. cap. 4. q. 33. Peyrin. de R. S. q. 1. cap. 31. §. 6. verſ. dec. 7. & in tali caſu cum dies ſtatuta, poteſt continuari uſque ad mediam noctem; e contra vero ſi dies non eſſet ſtatuta, quia tunc poteſt ſpectari uſque in diem ſequentem; & ſi Concilium Tridentinum mandet, electiones deberi fieri de die ad fraudes tollendas; non intelligit tamen in caſu neceſſitatis, ut dixi; aliàs ſi non eſſet gravis neceſſitas, putarem, quod talis electio de nocte facta nulla eſſet, & caſſanda.

17. Tenentur tamen electores, electionem præſentare electo, & eius conſenſum requirere ad hoc, ut videant ſi ipſe in ipſam electionem conſentire velit, in quo electus, habet tempus ad conſenſum præbendum per ſpatium unius menſis computandum a die notificationis ipſi dictæ electionis, in quo tempore poteſt acceptare, vel non acceptare, quæ quidem, acceptatio, vel recuſatio debet ab ipſo electo exprimi in ſcriptis, quo tempore tranſacto, perditius quæſitum ad dictam electionem, facit text. in C. quam ſit de electione in 6. & talis intimatio electionis electo ſimiliter facienda, eſt in ſcriptis ſubſcripta ab omnibus electoribus, quando videlicet electus eſt abſens, in C. ſi monuero; Peyrinus in form. lict. E. cap. 16. n. 7. non tamen tenetur ſtatim electus conſentire, ſed habet tempus ſupra à Canonibus Sacris aſſignatum C. ſicut his 1. q. 6. & C. pondere d. 50. unde non laudo uſum in mea Religione; quod Sacri Canones in hoc non ſerventur, ſed ſolum Provinciales puram licteram electo mictunt, in qua dicunt ipſum fuiſſe electum, &c. abſquè Capituli ſubſcriptione.

18. Electio tamen novi Prelati, aut alterius Superioris, in caſu mortis anteceſſoris, debet fieri, poſt ſepulturam demor-

mortui, aliàs eſſet nulla, immò, talis electio, ſi de ea haberetur tractatus conſultivus, ante ſepulturam mortui Prælati, electio ſecuta etiam poſt ſepulturam, irrita eſſet, & invalide non obſtante regulata in C. de uxore de ſepulturis, ut bene notat Layman. in qq. Canonic. cap. 4. q. 34. n. 30.

19. Quando vero electio devolvatur ad Superiores; ſunt plures caſus, primo quando ob negligentiam electorum in tempore præfixo, non fuit facta electio. Secundo, quando indignum eligerunt. Tertio, quando in electione non fuit ſervata forma Canonicæ electionis, colligo ex Layman loco ſupra cit. n. 94. & habetur in C. ne pro defectu de elect. & quoad primum caſum tempus eſt trium menſium ſecundum legem communem.

20. Quod credo ego non valere in electione novi Generalis in caſu mortis alterius in Religione Minimitana etiam ſi ſit contra ius commune, & huic meo dicto videtur arridere decretum Clementis VIII. de reformatione Regul. §. 36. & noſter text. in C. generis de Regul. iuris in 6. C. ne pro defectu 41. de elect. tanto magis quod accedit auctoritas Sanctiſs. D. Noſtri Vrbani VIII. Summi Pontificis in ſua conſtitutione pro noſtra Religione quæ eſt 11. in ſuo ordine incipiens *ut ea* §. 17. ubi ad electionem in caſu mortis Generalis electores habent tempus præfixum quinque menſium à die mortis Generalis, uſque ad diem electionis; verba conſtitutionis ſunt ſequentia *quia vero Ordo, valde eſtenſus eſt, & oportet aliquod temporis ſpatium, ad hoc, ut mors P. Generalis toto Ordinis innoteſcat dabitur ſpatium quinque menſium à die obitus P. Generalis; uſque ad diem electionis, &c.* ad ipſum autem Capitulum Generale, quod apud nos intermedium Generale Capitulum vocatur; non omnes, qui alias in Capitulo Generali intervenire ſolet, in illo interveniunt, ad evitandas Religionis exſpenſas, ſed ſolum interveniunt duo Provinciales, & duo Commiſſi, ex qualibet natione Col-

leghæ Generalis, demortui quorum primus retinet Sygilla Religionis, & præſidere habet in Capitulo, in dicto Capitulo habent etiam votum Corrector Conventus ubi Generalis diem ultimum clauſus eſt, & Procurator Generalis; Advertendum eſt tamen; quod Corrector, qui in dicto Capitulo intervenire debet, non eſt qui erat Corrector quando moritur Generalis, ſed illè qui gubernat quando fit electio Vicarij Generalis, loco defuncti, qui quidem Vicarius Generalis durat ſolum uſque ad tempus completum ſexenij demortui Generalis; & talis Vicarius habet omnimodam poteſtatem, ſicut Generalis ita in eadem conſtitutione ſupra citata Vrbani VIII. ut videre eſt apud Peyrinum in additamentis ad conſtitut. Vrbani VIII. pag. mihi 275. quæ quidem conſtitutio vult etiam quod ſi quis ex Collegis Generalis infirmus ſit, & ad Capitulum accedere non poſſit, poſſit autentico inſtrumento, munitum ſuum ſubſtitutum mictere loco ſui.

21. Noto tamen, quod auctor in §. Planæ inquit, quod ſi vocatus ad electionem non comparvit in tempore electionis, & illam ratam habere noluit, non obſtante ſine illa electio confirmanda eſt, quia illa rati abitio ſolum dicit, quod ille non fuerat comtemptus, & ad hoc ut factum per alios impugnari non poſſit, vide de hac re Bald. in l. 1. q. 19. C. admictit, quod etiam valet quando fit electio ab aliquo Capitulo alicuius Collegiatæ, vel Eccleſiæ Cathedralis, dummodo electio facta ſit à maiori parte Capituli, ut hic firmat text. & in C. quid ſicut eod., non ſic ſi talis electio eſſet facta à minori parte Capituli, ita Abb. hic, & in C. quod ſicut; vide Alb. in l. quid ab initio, tempus accedendi ad Capitulum eſt trium menſium, poteſt tamen à Capitulo abbreviari, ut in C. Eccleſia 2. eod. ubi Abbas, &c. & an hoc poſſit fieri in vita minori parte Capituli, tenerem quod ſic vide tam in C. cum nobis, eod. poſſunt abſentes non ſua culpa procuratorem conſtituere, qui procurator vocandus

eſt

eſt ſecundum Innocent. in cap. 2. de novi opere enunciatione.

22. Procurator electus ad eligendum, non poteſt alium procuratorem ſuſtituere proprio nomine, niſi habeat mandatum de ſubſtituendo, C. ſi iuſto §. porro de elect. in 6. nec ullo modo poteſt conſentire nec agere contra formam mandati l. diligenter ff. man. & facit C. cui de non Sacerdotali de præbend. in 6. & C. cum dilecti, de reſcriptis. At ſi habet mandatum id poteſt, facit text. noſter cap. 1. & C. fin. de procurat. in 6. & facit ad quæſtionem an delegatus ab alio, quam à Principe, &c. in C. is cui de officio deleg. in 6. ad quintum reſpondeo negative, quia nemo dat quod non habet, ſi enim ius non habet preſentandi, redit invalidam ipſam preſentationem, nam actus præſentationis præſupponit in preſentante ius verum, & reale clarum præſentandi, prout omnia iura clamant, & præſentatus ſi obtineat beneficium tenetur relinquere illum, quia retinet non ſuum.

in §. quod ſi pluribus cum trib. seqq.

23. Agitur ab auctore in iſto §. cum ſequentibus de pluribus difficultatibus, & primo, an plures procuratores inſolidum ab aliquo electo ad eligendum, eligere omnes poſſint; ſecundo, an plures conſtitui poſſint procuratores ad eligendum inſolidum. Tertio, quando de pluribus procuratoribus electis non conſtat de Prioritate illorum in occupando, &c. quid agendum. Quarto, an quis poſſet ad eligendum votum ſum mictere per literas.

24. Ad primum ergo dicendum eſt non poſſe omnes eligere, ſed melior erit conditio primi occupantis locum, cæteri vero ius amittunt, ita in C. de reſcriptis in 6. ſi alias non diceretur in inſtrumento mandati, quod primi occupantis non eſſet melior conditio, & quod unus facere poſſet quod alter incepit C. ſi duo de proc. in 6. & in C. ſi quis iuſto de elect. in 6. vel admictendus eſt primus nominatus in inſtrumento procuræ, quod ſi in dicto mandato nullus apparet prior unus

ex illis eligatur à Capitulo vel eius pars maior facit C. ſi duo de proc. in 6. Abbas in C. nimis 1. de exceſſu Prælatorum, & in C ſed Apoſtolica de reſcriptis, & in C. cum dilecta eodem titulo de reſcriptis facit l. cum Pater §. piæ ff. dicta l. 2.

25. Ad ſecundum, negativa pars ſequenda eſt; quia tunc nullus eorum admictendus erit, neque mandans conqueri poteſt de hoc, nam ſibi ipſi imputet, quia illos imprudenter conſtituit, ratio mea eſt quia illi poſſent dirigere vota ſua in diverſos, & ſic res conſtituentis procuratores, qui intendit ſuffragare Franciſcum, non habet exitum ſuum. & mutuo ſe impediunt, ut notat, & bene Commentatores Lanciſlott. in C. ſi quis iuſto eod. tit. in 6. l. quoties ff. de uſufructu, ut infra §. praxi.

26. Ad tertium reſponſum eſt numero antecedenti immediate, & iuxta ibi dicta debet negocium verrere, & iuxta leges Canonicas ibi citatas ſe gerere debent capitula, quequnqne illa ſint ſibi ferente occaſione.

27. Ad quartum videlicet, an quis poſſit votum ſuum mictere per literam, in qua ſit incluſa ſchedola electiva: Dico, quod non poſſit; ratio eſt optima, quia eſſet contra eſſentialitatem electionis per ſcrutinium, & aliam, &c. in qua debet ſervari ſecretum; ita Ioann. Monach. & clar. docet hoc Io. Andr. in c. ſi quis iuſto §. fin. C. in 6. Vndè fieret contra Iura electionis c. ſi quis iuſtò §. porro de elect. in 6. & ſuprà eod. §. quod ſi pluribus.

In §. ſed hæc quidem, cum ſex ſeqq.

28. Auctor in iſto §. & ſeqq. agit de multis pertinentibus ad materiam electionis; Ego tamen, quia de electione in in hac Rubrica multa à me dicta ſunt, & comprobata, paucis verbis me expediam, & difficultates, quæ tanguntur, ſequentes ſunt.

29. An ſupradicta habeant locum in electione Pontificis. 2. Quot modis fiat electio. 3. An electio facta ad Populi clamo-

clamorem ſit valida. 4. An electio debeat fieri per ſcrutinium. 5. An minor pars Capituli ad infringendam electionem maioris partis propria auctoritate poſſit opponere, ſicut de meritis electi. 6. An contra electionem factam à duabus partibus Capituli poſſit opponi. Et quia de his difficultatibus in antecedentibus de aliquibus, nempe circa 1. 2. 3. & 4. loqutus ſum, circà duas ultimas difficultates tantùm elaborabo.

30. Ad quintum dubium igitur dico, non poſſe impugnari niſi quando eſſet defectus canonicus in electione, vel eligentibus, aut electo, qui quidem defectus ante electionem notus non erat, quia numerus maior eligentium ſupponitur ſanior pars: Argum. in C. quibus diſt. 20. & in C. dubium, Abbas in Eccl. 2. eod. & præcipuè ſi maior numerus ſit exceſſivus, quia tunc numerus talis præfertur auctoritati, & merito, nec non zelo, C. ſi quando eod. in 6. & §. ſi quandq, Si verò non excedit multum, & meritum, ac zelus alterius partis non eſt in exceſſu, præfertur numerus, quia de modico exceſſu non eſt curaudnm. Argum. in c. & ſi quæſtioens, de ſim. & l. ſcio ff. de reſtitut. inintegr. quod fundatur tam in æquitate, quàm in Iure; Si autem auctoritas, & meritnm ſint in magno exceſſu, tunc non eſt attendendus numerus maior, & electio confirmari non debet, ut notatur in dicto C. Eccleſia. Vera tamen regula eſt in confirmatione electionis ſervanda, ut & meritum, & numerus eligentium ſupra medietatem, & dignitas electi reſpiciatur.

31. Qicquid dictum à me eſt ſupra, reſtringitur, quod ſi ſint pauci opponentes rationabiliter contra electionem, vel perſonam electam, dando de nullitate electionis, tenet oppoſitio, & præcipuè ſi ſint defects in eligentibus, vel electo non noti ante electionem, dummodo poſſint probari poſt electionem, eo ipſo quod poſt electionem facti ſunt manifeſti, etiam ſi electio facta fuerit conſenſu omnium electorum, vide Peyrin. de R. S. q. 1. cap. 31. §. 11. ex Cucco, & habetur in cap. nulli de elect. in 6. Quod magis valet ſi electio

ctio facta fuit in diſcordia; V. G. excluſis, qui non debebant excludi, aut incluſis non includendis, ut benè advertit Portell. ſup. V. electio in addict. Et Ego in hac re fui in caſu de Anno 1645., ni fallor, in quodam Capitulo meæ Religionis; Fr. N. fuit electus Provincialis huius Provinciæ Tuſciæ unanimi conſenſu omnium electorum; attamen, facta electione ſtantibus impedimentis ex parte electi nondum notis electoribus, unus proteſtatus fuit contra dictam electionem, & facta appellatione ad S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, poſt litigium duorum menſium coram d. S. Congregatione, dicta electio Provincialis Tuſciæ annullata fuit.

32. Debet tamen appellatio facta contra aliquam electionem multa continere; nimirum 1. ut in literis appellationis omnia exprimantur, quæ obiciuntur, & poſſunt obieci ab appellantibus, ſivè contra formam electionis ſint, ſivè contra electi perſonam, aut contra eligentes; 2. ut fiat coram Iudice, ſive coram Capitulo; adhibitis debitis teſtibus. 3. ut iurent appellantes vera eſſe, quæ opponunt in ſuo libello appellationis, & illa poſſe probare, prout in c. ut circa de elect. in 6. firmat Peyrin. noſter in formal. lit. E. c. 19. n. 1. Adden. n. 3. quod opponentes ſe electioni, iſti opponentes facta oppoſitione, non poſſunt deſiſtere ab appellatione incepta, & ſi deſiſtunt poſſunt puniri, C. ab eo de elect. in 6.

33. Non poteſt tamen quis appellare ne fiat electio, bene quidem ſi non ſequatur Canonica, C. cum nobis de elect. firmat gloſſ. in c. conſideravimus, verſ. poſt appellationem, eod tit. Vide ibi quæ dicuntur ad favorem electi. Equibus dictis tam circa 5. quàm ſextum dubium res reſoluta manet de ſcrutationibus nihil dico, quia DD. ſuperfluè agunt, Tranſeo igitur ad Rubricam de his, qui eligere poſſunt, qua propter ſit.

RVBRI-

De ijs qui eligere poſſunt, & eligi.

1. IN iſto Titulo, ſivè Rubrica de multis habet tractare auctor, quæ ad materiam electionis pertinere habent, & 2. Primò, an impuberes eligere poſſint ſicut in ſacris non conſtituti; Secundò, an excomunicati eligi valeant; an ſuſpenſus a Canone, vel ab homine eligendi Ius habeat, 3. an privati Iure eligendi à ſuo Superiore, ſicut abſentes, & Hæretici, poſſint ſuo voto alium ſuffragari, & de multis alijs agere habet, de quibus ego in ſequentibus §§. diſtinctè ſermonem inſtituam.

In §. Ius igitur.

3. Multa in hac Rubrica V. habet quęrere auctor, ſed multa dixi de hac re in antecedenti, unde non nimis in hac materia me extendam, ſed ſolum neceſſaria ſimpliciter ad explicationem Rubricę, & §. hic ponam, & ſolum de ijs quibus ius eligendi competit diſcurram in preſenti §. Libri primi iuris Canonici Titulo 7. ait auctor quod ius eligendi Prælatum pertinet ad Canonicos, & Collegium viduatæ Eccleſiæ, & ſi qui alij ſint muniti pacto, vel privilegio, a numero electorum non ſunt excludendi, de primis (ubi alias non habemus uſum in contrarium, conſtat C. in Geneſi, C. Eccleſia, 2. C. cumana, C. cum in veteri, & C. Congregatio, & C. benæ eod.) unde in hoc advertendum eſt quod ſi non ſit aduc Canonicus, ſit tamen in quaſi poſſeſsione Canonicatus purificè, ut habetur in dicto C. in Geneſ. & querelam, & C. cum olim, de cauſis poſ. & propr. & in capit. conſultationibus, de iure patronatus ſupra titulo prax. §. etiam ſuccumbat in cauſam ſibi motam ſuper Canonicatum, vel iure eligendi, non poteſt expelli a Capitulo, ſive Collegio ne tribuat votum ſuum; Baldus in

lege ſecunda, C. de Servi, & aqua, & infra de inſtit. §. interdum; quod totum etiam intelligendum eſt de Canonicis ſupernumerarijs, ita Innocentius in C. cum M. Ferrarienſis de conſt. & firman. in tract. de Epiſcopis lib. 1. in 3. p. Non ſic in beneficiatis valet; etiam ſi ſint perpetuo beneficiati in illa Eccleſia, nam non numerantur iſti inter Collegiales, namque ſolum Canonici Collegium faciunt, ita in C. novit. de ijs quæ fiunt à Prelat. & advertit Doctor in cap. 2. de inſtit. & per Abbatem in cap. 1. eodem, & notatur bene in C. dilecta de exceſſibus Prælatorum; ſunt enim Canonici Collaterales Epiſcopi, & quamquam ratione Canonicatus, ut ſic non ſint indignitate conſtituti, tamen in magno honore in Choro habentur, & in proceſſionibus Abbates præcedere habent quamquam Abbas ſit dignior, ita Felinus in C. Paſtoralis de officio delegat. aliter tamen erat olim, cap. 1. diſt. 22. nec non habetur hac ultimam diſt. 60. 61. 63. 69. ut patet bene illas conſideranti, & habetur etiam 1. q. 6. per tot. nec non 8. q. 1. & q. 3. per tot. notatur etiam in C. quamquam, de electione in 6. verum eſt quod totum dictum reſpicit antiquum ius commune, nam hodie Summus Pontifex, vel alij habentes ius eligendi, ſive Reges, ſive Principes nominent, vel proponant. Pontifex Summus Romanus eligit Epiſcopos, & hoc ad ſedandas Preſbiterorum diſcordias in Cathedralibus exiſtentibus, ut videre eſt in Secunda Regula Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ ab omnibus Summis Pontificibus confirmatur, ac renovatur, unde ego dixi quod ſi olim electio Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcarum, &c. fiebat a Collegio Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis, hodie, in contrarium praticatur, & præcipuè in Italia, propter Regulam ſupradictam, & rectè fit.

4 Advertendum eſt tamen quod, ubi eſt uſus quod Capitulum alicuius Cathedralis Canonicorum eligat Prælatum ſi illa Cathedralis viduata maneat, electio Metropolitani, non pertinet ad Epiſcopos ſuffraganeos, ſed ad ipſos Canonicos

nicos

Digitized by Google

nicos ſpectat; verum eſt, quod in tali electione etiam ſuffraganei locum habent, ita C. bene 2.

5. Neque valet, ut Collegium Canonicorum unà cum ſuffraganeis ſemel elegerit Epiſcopum, in caſu viduatæ Eccleſiæ; Sed inſuper requiritur quod talis electio fuerit confirmata à Summo Pontifice; & quod fuerit tranſacta præſcriptio, quæ eſt 40. annorum ut alibi dixi, & hoc præcipue circa iura Spiritualia, & eis annexa, ut habetur in C. de quarta de præſcriptione, & in C. cum veniſſent de reſtitutione in integrum Baldus in C. ſi vaſſallus, quid ſit inveſtitura in uſi feud. & l. 2. C. de ſer. & aqua, habetur per Firm. in diſt. tract. eod. loco; & de ao materia in C. cum Eccleſia; de cauſa poſ. & propr., & in C. querelam, eo; & in C. bonæ de poſtulat. Prælat. & in C. ea noſcitur de his quæ ſi a maiori parte Capiuli, & C. cum Eccleſijs de præbendis in 6.

6 Hac occaſione hic circa præſcriptionem, aliqua neceſſaria, quæ ab auctore nomponuntur, ego per unicam Appendicem notabo, quæ ad intelligentiam huius nominis præſcriptionis iuvant, quando hoc nomen præſcriptio multis modis ſumi poſſit, ac intelligi, ſit igitur.

APPENDIX.

De Præſcriptione.

7. PRæſcriptio tam apud Iuriſtas, quam apud Theologos triplicitèr accipitur communiter, primo, pro idem ac exemptio, quæ ſumitur ad excludendam actionem, & prætenſionem in re, tam ab actore; undè cum exceptio, ſit diverſa, & multiplex, nempe vel dilatoria (V. G. cum quis opponit iudicem non eſſe competentem) vel perenptoria (V. G. Petrus opponit contra Franciſcum actorem, & dicit ſolviſſe id quod petitur) etiam præſcriptio, erit dilatoria,

vel peremptoria. Secundo accipitur ſpecialius, nempe pro exceptione peremptoria proveniente ex eo, quia tempore legis definito rem aliquam poſſedimus, vel illa iure aliquo uſi Sumus, vel quod alius tali tempore ab uſu alicuius iuris ceſſaverit. Tertio ſumitur, pro acquiſitione Dominij, vel iuris alieni eliſione proveniente ex tempore prædefinito à legibus, ſive communibus, ſive municipalibus, & ſic præſcribitur, domus agere; &c. quapropter à legiſtis ſumitur pro uſu capione.

8. Multa tamen ſecundum iuriſtas requiruntur ad præſcriptionem, veram, realem, ac legitimam, unde à me hic enumerantur quatuor conditiones neceſſariæ, ad legitimam præſcriptionem faciendam unde ſi aliqua ex illis aſſignandis deficiat, non datur præſcriptio. Prima conditio eſt poſſeſſio, ſecunda, bona fides, tertia titulus præſumptus, quarta continuatio poſſeſſionis cum bona fide, per tempus à lege præſcriptum, quare.

9. Notandum eſt, quod ſine poſſeſſione non datur præſcriptio, quæ quidem poſſeſſio debet eſſe propria, nempe quod qui prætendit præſcriptionem eſſe in ſui favorem poſſideat nomine proprio, non autem alieno; quare de cauſa Magiſtratus, Tutores, & Curatores poſſidentes nomine Pupilli minoris, non præſcribunt res Pupilli, nec minoris. Secundo debet eſſe, vel civilis tantum, qua ſcilicet ſolo animo rei noſtræ etiam abſentes inſiſtimus, vel Civilis, & naturalis ſimul, qua nempè corpore, & animo res poſſideatur, naturalis ſola non ſufficit; unde res alienā apud ſe depoſitatam, vel commodatam, aut conductam non poteſt illam præſcribere, ſicut nec Colonus, nec Procurator, nec habens uſum fructum alicuius rei non poteſt eam præſcribere proprium, ſed ſolum uſum fructum; idem valet dicere de re indiviſa pluribus communi, & hoc eſt verum de omnibus illis, quibus eſt communis, non poſſidentur nomine alieno.

10. De-

10. Defectu huius conditionis non poſſunt præſcribi loca Sacra, & ius decimarum a Laico cum ſit incapax poſſeſſionis civilis talium; regulariter enim, qui non eſt capax poſſeſſionis, non poteſt præſcribere, ut eſt Religioſus, ideo requiritur capacitas activa reſpectu poſſidentis, & paſſiva capacitas reſpectu rei, quæ poſſidetur, ita Covarruvias, Filiucc. C. n. 85. ſeſſ. C. n. 6. Reginald. l. 10. n. 292. Sa. C. n. 2. Bonacc. de reſtit. d. 1. q. ultim. p. 2. §. 2. n. 4. Azzor. 3. p. l. 1. cap. 18. Clavis Regia l. 9. cap. 12. Baſſeus verbo præſcriptio n. 3. pag. mihi 696. & alij quam plurimi.

11. Secunda conditio ad præſcriptionem requiſita eſt Bona fides, nam iuxta regulam iuris, poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribere habet, immò per ius Canonicum in hoc derogatum eſt omni conſuetudini, tamquã corruptela iuris, ſive ſit ſtatutum particulare, ſive ius civile alicuius regni, aut ſtatus. Bona autem fides, eſt credulitas qua quis credit rem eſſe ſuam omni dolo ſecluſo, & ignorantia craſſa.

12. Tertia conditio eſt ad præſcribendum titulus, probabiliter præſumptus, nempe qui putat rem poſſeſſam eſſe emptam a ſuis ſucceſſoribus, vel illis qui donationis aut teſtamenti fuiſſe relictam, &c. vel illis ab inteſtato eſſe perventam, &c., tunc poſſidons poteſt præſcribere.

13. Quarta conditio eſt ad præſcriptionem, ut poſſeſſio ſit continuata tempore legibus definito, unde res mobiles Corporales, quales ſunt veſtes, animalia, navis, debitum rerum mobilium privati hominis, vel actio ad obtinenda debita rerum mobilium, ſimiliter privati hominis, vel cuiusvis Eccleſiæ, etiam Romanæ præſcribuntur poſſeſſione bonæ fidei, cum titulo per triennium, inter præſentes; inter abſentes vero requiritur ſpatium quatuor annorum, cum titulo, & bona fide; ad uſu capionem rerum mobilium ſine titulo anni 30. requiruntur, ſive illæ ſint privati hominis, ſive Eccleſiæ.

Digitized by Google

14. Non ſic ad præſcriptionem rerum immobilium; ut ſunt, Agri, vineæ, domus, &c. nec non res incorporeæ veluti iura, debita, actiones, ſervitutes, &c. contra privatas perſonas requiritur ſpatium 10. annorum inter præſentes cum titulo; inter abſentes ſpatium 20. annorum, contra autem rem immobilem Eccleſiæ (dummodo non ſit Eccleſia Romana) vel locus Pius, ut ſunt hoſpitalia, collegia Canonicorum, Epiſcopi, ut Epiſcopus eſt de iure communi requiritur ſpatium 40. annorum, tam cum titulo, quam ſine titulo, & hoc tam inter præſentes quam inter abſentes, ſive ille, qui præſcribit, ſit privata perſona, ſive una Eccleſia contra aliam, unde advertendum eſt pro intelligentia uſque modo dicti, quod præſentes dicuntur illi qui ſunt eiuſdem loci, V. G. eiuſdem loci, Territorij, &c. vel eiuſdem partis Regni, aut provinciæ, ſive res præſcribenda ſit, ibi, ſive alibi. Abſentes verò, dicuntur illi, qui in diverſis Civitatibus manent, aut territorijs diverſis, Regnis diverſis, aut partibus diverſis eiuſdem Regni commorantur, quando dicitur ſupra contra Eccleſiam Romanam, intelligitur contra Papam, vel Patrimonium eiuſdem, vel contra bona Eccleſiæ Lateranenſis, in qua præſcriptione requiritur ſpatium 100. annorum, & prout patet ex Privilegio Eugenij IV. & B. Pij V., extenditur etiam ad Monaſteria, Religioſorum, & Religioſarum.

15. Bona Principis tamquam privati, eodem tempore, quo privati bona, præſcribuntur. Collectæ vero pro publica neceſſitate 40. annis, ius imponendi Vectigalia 40. annis ſimiliter, cum titulo tamen, ſine titulo tempore immemorabili, quæ vero debent Principi in recognitione ſupremæ poteſtatis, nullo tempore præſcribi poſſunt.

16. At contra leges civiles præſcribitur conſuetudo decem annorum, quando alias non putatur Principem conſenſiſſe in talem conſuetudinem; contra vero legem Canonicam ad præſcribendum requiritur annorum 40. ſi conſuetudo

ſit aliquo modo contra ius Eccleſiæ; verum eſt quod ſecundum multos DD. ſufficit ſpatium 40. annorum, ut de lege civili dictum eſt, dummodo obligatio ſubditorum ad ſervandam legem non ſit contra ius Eccleſiæ, & in illius præiudicium, videatur Angelus verbo conſuetudo n. 8. Sylveſter ibidem n. 6. Filiuccius C. n. 201. Leſſ. C. n. 44.

17. Circa ſervitutem perſonalem, præſcribitur ſpatio 10. annorum cum titulo tamen, & hoc inter præſentes, inter vero abſentes ſpatio 20. annorum, quando tamen adeſt titulus; ſi titulus non adeſt, ſpatium 30. annorum requiritur. Servitus vero realis, ſi ſit continua, vel quaſi continua ſpatio 10. annorum præſcribitur, inter præſentes loquendo, inter vero abſentes ſpatium 20. annorum requiritur, diſcontinua autem ſervitus, debet habere tempus immemorabile ad præſcribendum; quia poſſeſſio huiuſmodi ſervitutis continua eſſe non poteſt, quomodo vero iura aquæ ductus, ſtillicidia, actiones, hypotecæ, fidei commiſſa præſcribantur, legi poteſt Covarr. 2. var. cap. 17. n. 11. Azzor. 3. p. l. 1. cap. 22. q. 10. Leſſ. C. dub. 9. Filliucc. C. n. 190. Molina diſp. 7. n.

18. Hinc moveor dubium, an, & quomodo Regulares poſſint præſcribere contra onera Miſſarum perpetua ab ipſis ſuſcepta in ſuffragium animarum defunctorum? Si adſunt quatuor conditiones ſuprà adductæ de præſcriptione contra abſentes, prout in Iure: Poſſunt præſcribere ſine dubio, conditiones autem requiſitæ in hoc ſunt ſequentes, nimirum, poſſeſſio, titulus probabiliter præſumptus, bona fides, continuatio poſſeſſionis cum bona fide, & tempus lege præſcriptus. Nam militat eadem ratio de præſcriptione contra homines viventes. Vnde cum poſſit contingere, ut progreſſu temporis onus celebrandi quotidiè pro defuncto annexum cappellaniæ exiſtenti in Eccleſia Regularium, reducatur ad celebrandum ter in qualibet hebdomada: ſic doctiſſimi Viri à me conſulti in caſu, de quo, &c.

19. Adeſt ratio probativa concluſionis, quæ eſt ſequens:

Po-

Poteſt ſine dubio præſcribi contra Iura alterius, ſicut eſt Ius, quod habent defuncti, ut pro ipſis celebrentur tot Miſſæ, &c. Ex alia parte nullam legem habemus prohibentem, ne fiat contra defunctos præſcriptio, &c.

120. Nec valet dicere, mortuos non poſſe reclamare contra præſcribentes, & ſua Iura defendere; ergo contra ipſos mortuos non poteſt admitti præſcriptio; Non valet hæc ratio adducta, quia ſi ipſi reclamare non poſſunt; pro eis ſtant parentes; & hæredes tanquam illorum tutores; item adeſt Eccleſia eorum mater; tanto magis creſcit mea ratio, quanto ſi datur præſcriptio contra ignorantes, & amentes; Et tamen iſti reclamare non poſſunt. Ergo ſignum eſt etiam contra defunctos præſcriptionem locum habere; dummodo ſint aliæ conditiones ad præſcribendum contra abſentes; videatur Pelizar. de Miſſar. celebrat. ex fundatione legat. tract. cap. 5. 9. ſect. 4. q. 6. n. 44. pag. mihi 247.

121. An verò præſcriptio decem annorum habeat vim obligandi Regulares quoad onera Miſſarum perpetua? Reſpondetur negativè; ſed ad talem præſcriptionem requiritur ſpatium annorum triginta. Ponitur caſus quod quis celebravit in Eccleſia Regularium per decem annos titulo Cappellaniæ bis in hebdommada, putando id fuiſſe relictum ab aliquo teſtatore; V. G. N. defactò poſt annos decem ſcivit non eſſe tale onus impoſitum à fūdatore, ſaltem expreſsè; ſed obſcurè; non teneri dico ego, quia legata adversùs legatarium præſcribuntur poſt tempus triginta annorum, prout docet Leſſius lib. 2. cap. 6. n. 39. Onus enim celebrandi, de quo hic revera eſt legatum, non autem Cappellania, de quibus eſt diverſa ratio, Vnde non eſt eodem modo de utroque philoſophandum; nec valet dictum aliquorum dicentium, quod contra regulares non currit præſcriptio minor Sexagenaria, ex indulto illis conceſſo, & relato in compen. ſociet. §. unde quando ibidem dicitur *nulla præſcriptio minor*, quam 60. annorum valet contra bona, & loca ſocietatis, &

per-

perſonas, cum in tales dictiones non ſit comprehenſæ actiones in corporales nempè iura cuiuſmodi eſt onus celebrandi. Colligo ex eadem Leſſio in Titulo citato dubio 8. & 11. unde in tali caſu ſufficit ſpatium 30. annorum.

22 Peto item, an regulares poſſint alienare bona, tam immobilia, quam mobilia illis relicta cum oneribus perpetuis miſſarum celebrandarum, negatiua eſt reſponſio, ex decreto Sacre congregationis ſub die 21. Iunij 1625. de celebratione miſſarum, Iuſſu Vrbani VIII. vbi habetur hoc fieri non poſſe, quod ego tenerem, & ſi talibus rebus non eſſet annexum onus celebrandi Miſſas; ſed onus recitandi Septem Pſalmus, vel, Officium de Virgine quotidie, vel aliquem Pſalmum, &c. ãlium, &c. ſed ſi vendantur debent (ſi mobilia ſint) inueſtiri immobilibus fructiferis, quod ſi ſtat im non ſit opportunitas inveſtiendi talem pecuniam retractam, ex mobilibus illis debet depoſitari apud perſonam, tutam, & ſecuram, &c. data cautione ab illa, &c.

23 Et iam quod ego ſum in iſto tractatulo de præſcriptione, à me incepto ratione adducta ſupra in hac rubrica n. 8. ubi nominaveram præſcriptionem, difficultas mihi non parva accurrit in hac materia, caſus autem eſt. An poſt præſcriptionem completam (quæcunque illa ſit, dummodo Iuridica ſit, nempè iuxtà leges Canonicas, & Ciuiles) ſi perveniat mala fides, an teneatur reſtituere Domino vero rem antè, & poſt præſcriptionem poſſeſſam bona fide;

24 Reſpondent multi, quod quam vis in foro interiori ſit ſecurus, & quieto vnde poſſideri poſſit, in foro tamen conſcientię non ſic, ſed reſtituere tenetur, ita tenent Bartolommeus Antonius de Butrio. Ioannes Andreas; ſumma Roſella quos refert Couarruias, in Regul. poſſeſor 3. p. §. 2. n. 1., item tenet Alciat in l. 3. C. famil. hercisc. & add. Abbas in c. quia plerique, ſub n. 25. de Immunitate Eccles.

25 Ego tamen à dicto iſtorum doctorum diſentio, & dico, quod peracta pręſcriptione Iuridica, eſt in vtroque

V foro

Digitized by Google

foro ſecurus ille talis poſſeſſor, etiam ſuperueniente mala fide (dummodo præſcriptio facta ſit iuxta leges Canonicas ex approbata ita vt concurrat titulus, & bona fides) ſi autem eſſet talis præſcriptio facta iuxtà leges Ciuiles, in quibus Sacri Canones non conſentiunt, &c. utique tenetur.

26 Defendit qua latè Couarruias Regul. 2. p. §. 8, n. 4. meam hanc ſententiam tenet Gloſ., in C. vigilanti, de præſcriptione, alia in regulis poſſeſſor in 6., alia in C. ſi Virgo 34. q. 2. Alia in cap. 1. de conceſſione prebend. & ſatis probatur per textum in C. veniens de preſcripti ubi, &c. *quia ſi conſumata erat, quando ab Aleſſandro Papa priuilegium impetrauit .N. vari præſcriptionis renunciaſſe videtur*. Sequitur meam doctrinam ſiue concluſionem doctor Angelicus quodlibet 25. art. 21., eſt quę communis oppinio omnium Canoniſtarum, ac Theologorum, prout aſſerit Imala in C. final. n. 3. de pręſcriptione. Tirraquellus in Tractatu ceſſante cauſa limit. 12. n. 16., Menochius de recup. poſſeſſionis remed. 16. n. 17. Coſmo de lege penali lib. 2. cap. 5. Covarr. loco ſupracitato Sotus lib. 4. de Iuſtitia q. 5. art. 4. q. 2. verſ. & ratio eſt, & queſt. 7. art. 2. calumna 3. quo ſit ad finem, firmat Nauarrus C. 17. n. 85. hanc ſententiam meam Communem eſſe inquit Pariſiens in rubrica de pręſcriptione n. 32. & alij non pauci relati à Canoniſtis, videò pie lector Doctores in hac materia, & manibus tanges veritatem, ſiuè ſaltem probabilitatem meę ſententię.

27 Quid autem dicendum ſit de hęredibus bonam fide poſſidentibus bona (quęcunque illa ſint ab eorum anteceſſoribus mala fide iam poſſeſſa, & iniuſtè occupata?

28 Certè iſtis non proderit vſu capio, in foro Canonico, & animę ita Ant C. ſi diligenti; Palat. Ruvias in repetit, Rubrica de donationibus, intervirium, & uxorem, ad finem iuncto Abbate in C. de quarta n. 9. de preſcript., & in C. nihil n. 8. eodem Titulo, & Bero. in dicto C. de quarta num. 15. Babbo de pręſcriptio 2. p. tertiæ principalis,

lis, q. 12. n. 11. & latiſſimè Ant. Gabr. 3. tom. Commun. opinio lib. 5. de præſcript. concluſ. 5. per totam pagin. 304. ratio eſt quia mala fides auctoris ſucceſſori nocet, tam uniuerſali, quam ſingulari, Authen. ut ſponſal. largit. §. Rurſus idem probat. Textus in l. vitia, C. de acquir. poſſeſſion., & in l. cum hęres, & in l. an vitium ff. de diuerſ. & temporali pręſcript., & in l. nec uſu fructuarium C. de uſu fructis, & in l. ſi ego §. partus ff. de publicatione, in rem actioni, & in l. fin. C. comun., de vſu Capion., & tenet gloſ. 1. in l. pomponius §. 1. ff. de aquirend. poſseſion., quæ eſt communiter approbata teſte Aleſſandr. ibidem n. 2. & conſil. 72. col. penult. vol. 6. ubi dicunt ità ſervari, tam de iure Canonico, quam de iure Ciuili, & quidem hæc ſententia probalis eſt ſed.

29 Ego contrariam ſententiam probabiliorem teneo, & dico, quod hæres in hac re non poteſt præſcribere, ſed tenetur reſtituere proprio Domino, tam in foro fori, quam in fero conſcientię, facit pro me Paul. à Caſt. in l. ſi quis ſub conditione in fine ff. de condit. inſtit. & conſ. 285. incipit, hæreditas dictæ puellæ, & Felin. C. fin. de præſcript. n. 7. §. ſecundam ſalvationem, ubi dicunt debitorem, quando ignorat ſe debitorem, puta hæredem poſſe præſcribere, per C. qui in ius de Regul. iuris in 6. & eſſe tutum in conſcientiam poſtquam præſcriptio ſtatutoria completa eſt, licet deindè mala fides oriatur, quam opinionem libenter ſequor nam cum ſtatutum poſſit abreviare iſta tempora, non videtur ratio differentiæ, quare non poſſit ipſe præſcribens eſſe tutus finita præſcriptione ſicut tutus eſt præſcribens iure communi, hoc tamen intelligo oh legens verum eſſe dummodo præſcribat rem debitam, non tamen rem alterius. Tunc enim ceſſat ratio malæ fidei, auctoris, de qua ſupra iuxtà notata per Ludovicum Rom. conſ. 201. incipit pro deciſione in princip. & Felin. ſupra cit. n. 6.

30. Hic oritur pulcherrimus caſus, an ſcilicet cum res

præſcripta venit in manibus Prioris Domini, ſine fraude, vi, & metu, teneatur Prior Dominus rem ipſam in conſcientia reſtituere ſecundo Domino præſcribenti? Multi (& non ſinè aliquo fundamento.) dicunt teneri in conſcientia reſtituere ſecundo Domino præſcribenti, quia ſtante præſcriptione, iam res non eſt amplius primi Domini, ſed ſecundi præſcribentis, cum per præſcriptionem, ſecundus, Dominicus illius rei factus ſit, auctoritate utriuſque iuris, & quamvis durum videatur, cogere Dominum naturalem, ad rem alias ſuam Domino civili ſpontè reſtituendam, quam ſine ſua culpa amiſit, & fuit contra ſe præſcriptum: at quia præſcriptio talis, & uſu capion. eſt ſecundum æquitatem naturalem, ut communiter eſt receptum in iure, prout teſtatur conſtan. in Rubr. inſtit. de uſu capione n. 2. & 4. Mencha de controverſ. illuſtr. lib. 2. cap. 52. n. 1. Covarr. in Regulis poſſeſſor §. unico n. 5. Navar. in cap. 17. n. 5. Sotus lib. 5. de iuſtitia q. 5. art. 4. Bero poſt Abb. & Fel. n. 10. in Rub. de præſcript. & ibidem Alcia n. 5. contra gloſ. in §. ius autem civile, verbo ius civile inſt. de iure natural. quæ communiter reprobatur, & prædicta æquitas ſit ſpecialis, & ſcripta, ac poſterior, procul dubio videtur ei ſtandum eſſe, per notatam per gloſ. & Iaſ. ibi n. 3. in l. placuit C. de Iudice, & per Addit. ad Gozad. d. l. 2. n. 165. C. de pactis inter emptor. Com. conſ. 157. col. 2. verſ. & licet gloſ. col. 2. Vincent. de Franch. dec. 219. n. 6. & Caval. in indice deciſionnm verbo æquitas, & dec. 44. n. 36. p. 1. ubi dicit æquitatem ſpecialem præferri Regulæ Generali iuris communis ergo videtur quod ius civile præferendum ſit iuri communi, & ſic etiam Dominus civilis præferendus ſit Domino naturali, non ſolum in foro externo, verum etiam in foro conſcientiæ, nam in hoc caſu non agitur de præferenda æquitate contra vigorem, ſed de præferenda æquitate ſcripta, & ſpeciali contra æquitatem in genere, vel ſaltem in ſpecie derogatam, atquè adeò ſtandum eſt poſteriori, per cap. 1.

de

de conſt. lib. 6. & l. non eſt nouum ff. de legibus. Ad cap. 1. de reſcriptis, ubi quod generi per ſpeciem derogatur, hæc circa hanc ſententiam probabilem; videamus modo, de alia in contrarium, quæ magis mihi placet, ut magis conſona rationi.

31. Non tenetur primus Dominus naturalis ad reſtitutionem in foro conſcientiæ Domino ſecundo præſcribenti aſſero ego etiam ſi dicta præſcriptio ſit ſecundum æquitatem, ratio eſt quia præſcribens aquiſivit rem de iure civili, non de iure naturali, abſquè vero conſenſu Domini naturalis, vnde videtur magis rationabile, quod Dominus naturalis remaneat cum re ſua, dum non compellitur à Iudice eam reſtituere, nequè ſinè impietate, poſſet Confeſſarius [meo iudicio] compellere talem Dominum naturalem ad reſtitutionem rei propriæ, Domino civili, nemine eam ab illo petente, ut pro me faciunt ea quæ dicuntur à Ioanne Valeri de differentijs utriuſque fori differentia 8. .V. Lex. & .V. pœna differentia 20. primus locus apud me eſt pag. 336. ſecundus locus eſt pag. 342. vide ibi, oh legens benignie nam hic illa adducere ſuperfluum, eſt cum ſatis ſit ratio naturalis. Hæc dixi obiter.

In §. sed neque in Pupillari ætate.

32. Quærit, ac diſputat hic auctor, an pupilli in pupillari ætate conſtituti habere poſſint in electionibus Canonicis, ſicut qui ſacris ordinibus non ſunt decorati, & reſolvit dubium negativè, nempè quod nullo modo, nec primi, nec ſecundi ſunt admictendi in electionibus, & conſequenter; nec in præſentationibus beneficiorum, &c. dico ego, cum militet eadem ratio, de ſecundo, ac de primo; Abſurdum enim eſſet, ac in congruum, ſi ad tanti ponderis res explicandos hjs quorum nullum eſt animi iudicium, & ad ſacra tractanda, hij qui non dum eam attigerunt aſſumerentur. undè ſic provt dictum eſt loquitur auctor, & bene loquitur

quia

quia neſcit porcus Margaritas cognoſcere ; & ideò dictum fuit *nolite ponere Margaritas ante porcos*, ſunt enim plures cauſæ repellendi iſtos tales àvotando in electionibus, ſive à iure perſe immediatè præſentandi, fuit tamen aliquando ab aliquibus prætenſum, non deberi tales pupillos, nec in ſacris ordinatos, à tali iure ante Iudicis ſententiam, fundati in cap. 1. de accuſatione; ſed hoc valet quando nullum eſt iuſtum impedimentum; at quando adeſt iuſtum impedimentum nullum ius habent, & ſic obiectio manet ſalutà, undè omnia impedimenta quæ tollunt ius eligendi, poſſunt reduci ad unum, nempè ad impedimentum naturæ, legis, ac morum, iuxtà cap. 1. 13. q. 7. ſicuti perſona eligenda conſiderari reſpectu naturæ, ſeu legis, vel morum, nec valet dicere malitia multoties ſupplet ætatem; quia hic debemus currere in terminis rigoroſis nam, malitia ante tempus præfixum à lege non tollit de iugo tutelæ pupillum, ut apud iuriſtas patet, quapropter, dico quod cum, ut plurimum præſentantes, & eligentes viros ad Eccleſiaſticas dignitates per electionem iurare debeant de meliori eligendo, pupilli minores, quatuordecim annorum, in maſculis, & feminæ minores annorum duodecim, in civilibus non poſſunt iurare nec iudex ab eis antæ dictum tempus extorqueri iuramentum non poteſt, & in criminalibus ante annos 20. ita in C. pueri 22. q. 5. l. inviti ff. de teſtibus Sotus l. 8. q. 1. art. 10. Sylveſt. 2. 2. q. 89. art. 10. Lay. lib. 4. tract. 3. cap. 12. n. 3. quando tamen ſe ſponté offerunt, poſſunt admitti, ſi ſint capaces iudicij, & maxime iudicium in eis vigeat, Azzor. 1. p. lib. 11. cap. 11. q. 6. vol. 2. 2. d. 6. q. 7. p. 3. Sanchez lib. 3. cap. 3. n. 6. in hac enim re de electione activa maximum iudicium requiritur, & maximè, ut ſciant valorem dignitatis dandæ, & quod ſi dant indigno tenentur ad reſtitionem totius damni illati tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, ut dicam infrà, quod autem excludantur à votando in caſibus propoſitis pupilli, & non ordinati in ſacris eſt

cer-

certiſſimum, & ſic oſſervatur in communi praxi in omnibus Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis Sæcularibus, & Regularibus, per decretum Clementinæ, innovatum per Concilium Trident. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 4. & textus noſter totum aſſerit expreſſe Clement. ut hij, qui de ætate, & qualitate. Rodriquez tom. 2. qq. Regularium q. 51. art. 5. Sigiſmundos à Bononia C. dub. 88. n. 2. C. Maſſana de electione C. quiſquis, C. cum terra, C. cum ad noſtram de electione. Suarez de Religione tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 4. n. 3. &c.

33. Dixi ſuperius, quod electiones debent habere maximum iudicium in eligendis perſonis ad dignitates præcipuè habentes curam animarum, ut ſunt curati, & Superiores Religioſorum, eo quia eligentes indignum tenentur ad restitutionem cuiuſlibet damni dato Religioni, Provinciæ, aut Conventui, cuius indignus eſt electus ſuperior, & rationabiliter dixi hoc, non ex meo capite, ſed cum fundamento videatur in hac materia de electione Ioannes Valerus Valentinus in ſuis differentijs utriuſque fori verbo electio, differentia 1. n. 3. pag. mihi 114. ubi cum auctoritate multorum DD. totum confirmat eligantur ergo viri ad Prælaturas Conuentuales, non ſolum auctoritate, & Doctrina, ſed more, & prudentia, &c. Baſſeus cum multis .V. electio pag. 317.

34. Eligentes autem indignum, nam iuxta leges (qui cauſa damni dat damnum dediſſe videtur, cauſa talis in ordinatæ electionis, verba ſunt expreſſa in cap. 2. ſtatutorum Ordinis Prædicatorum §. 8. & Satis id probat Concilium Trident. cap. 1. ſeſſ. 24. & docet Covarr. §. 7. n. 2. de hac materia tractando Navarr. in C. ſi quando de reſcriptis cap. 2. & 3. ubi addit, quod etiam confirmatores talium electionum inordinatarum, ſcienter indignum, tenentur ad omnia damna, idem docet Rodriquez verbo electo cap. 107. n. 5. in fine, & quod peccatum mortale tenet idem Rodiguez

poſt

poſt Navarr. cap. 106. n. 5. in fine. Verùm tamen eſt, quod maior diligentia debet fieri ab electoribos, quam à confirmatoribus, ut docet ex Mercad. Petrus Navarr. lib. 2. cap. 2. n. 156. nam ſufficit confirmatoribus, ut electus ſit dignus, non ſic electoribus.

35. Tanto magis creſcunt rationes à me adductæ, quanto hoc etiā evenit, in electionibus officialium Reipublicæ Sæcularis, etenim cum electio officialium civitatis pertineat de iure communi ad Senatores, vel ad Principem in ſuo ſtatu, aut ad Regem in ſuo Regno, prout ait Villa diego politic. cap. 1, §. 17. n. 32. & Senatores ante electionem debeant præſtare iuramentum, ſicut Reges, & Principes in ſumenda poſſeſſione ſui Regni ſive ſtatus, quærendi ſemper utilitatem ſubditorum, &c. undè ſi benè non eligerent officiales, &c. fiunt periurij, & quidem per iurio mortali, etenim, ut ait Sanchez hæc materia eſt gravis, & concernit bonum Reipublicæ, ex quibus deduco ego argumentum convincentes Religionum Superiores (& præcipuè in aliquibus) ubi virtutibus induti, ex parte relinquntur, & ſolum, illi qui neque linguam latinam intelligunt, nequè ullam ſcientiam habent, quam illam de vitijs, & peccatis ad ſidera exaltant, deprimendo virtutes, & iſtis ad omnia portas claudunt, &c. Contra iſtas igitur ſic argumentor, ſi in collatione officiorum Sæcularium. Reges, & Principes, ac Senatores Reipublicæ, peccant mortaliter non eligendo dignos, immò meliores pro gubernatione populorum, & ad omnia damna tenentur, ut communiter affirmant DD. omnes cum Villalobo tom. 2. tract. 8 diff. 6. n. 8. & 9. quanto magis peccabunt. Religioſi Regulares, qui eligunt ſuos Superiores perſonas indignos abſquè licteris, cum tanto communitatis, damno ſolum proprio intereſſe, & ut plurimum recadant ſub indignatione Provincialis, aut Generalis, non conſiderando, quod *melius eſt mori, quam fœdari* recordentur electores, quod eorum Superiores, & præcipuè in

mea

mea habent omni modam authoritatem tam ſpiritualem (loquor de Correctoribus Conuentus cuiuſlibet) & corporalem, quantam habent Prouincialis in tota ſua Prouincia, & generalis in tota Religione nempè, formandi proceſſus, carcerandi, condemnandi, &c. una cum ſuis ſenioribus. Sicut Generalis, & Prouincialis cum eorum collegijs; ſi ergo tantæ æſtimationis ſunt Superiores noſtri Conuentuales, & Republica, peccant grauiter Senatores, & ad reſtitutionem damni tenentur non eligendo miniſtros doctos pios, & executores rectæ Iuſtitiæ pro bono publico cum charitate, &c. Quantò magis peccabunt electores Regularium eligendo Superiores indignos, & incapaces audiendi Confeſſiones, faciendi Capitula, &c. Quæ ad ſtatum obſeruantiæ regularis pertinent; &c.

36. Tum quia, quamuis officia in Republica, &c. primario inſtituta ſint ab publicam utilitatem, ſecundariò etiam inſtituta ſunt in honorem ipſorum Ciuium Regis, & Principis Dominantis, quapropter reſpicienda eſt etiam ipſorum dignitas, & ſeruanda iuſtitia diſtributiua. Tum etiam quia ideò multi electores inſtituuntur in Republica, ut maiorem dignitatem multorum conſilium probet, undè diana par. 2. tit. 15. reſol. 67. Sanchez opuſc. mor. lib. 2. cap. 1. dub. 36. n. 15. facit aliquam diſtinctionem, & dicit, aut electio fit ab uno electore, aut à pluribus per ſuffragia, ſi ab uno officiales non debent eſſe de partibus illius communitatis, & ſic poteſt eligi dignus, digniori relicto, eo quia inter extraneos non cadit acceptio perſonarum; ſi verò fiat à pluribus, dicunt non poſſe Senatum eligere dignum digniori relicto; undè inquit Sanchez loco citato, non peccat Rex Hyſpaniæ mittendo in pro regem Regni Neapolitani, prætorem in Ciuitate Panormi dignam perſonam digniori obmiſſa, peccat tamen ſi V. G. mittat Panormi Capitaneum, Iudices præſidentes Regni minus dignos, quia hos tenetur eligere ex partibus illius communitatis, ergo à pari in mea Religione,

gione, vbi Correctores debent eligi de corpore Prouinciæ, cuius eſt Conuentus. Saltem dignum non eligendum vocales grauiter peccabunt, per iurij erunt, & ad reſtitutionem danni tam in ſpiritualibus, quam corporalibus ſequturi; vel damna, quæ ſequentur tenebuntur ita Naldus. Verbo eligere [de Senatoribus loquendo] n. 6. p. 2. tom. 15. apud Dianam reſolut. 67. §. dico quanto ſi ergo de Senatoribus indignum, eligentibus, hoc dicunt ſcribentes: Quid de Religioſis eligentibus, ignarum, virum ruſticum, qui benè linguam vernaculam; neſcit loqui quare ego iudicarem; quod in Superiores deberent eligi illi, qui dignitatem ſuam ſciant ſubſtinere, & ſi in intrinſeco, non ſunt viri; ſaltem ab externo tales cognioſcantur.

37 Etenim multo à Superioribus ignorantibus prouenit neque ſtatum, vt nec debitum ſuum cognoſcant, & vileſcere faciunt officium, & dignitatem Superioratus; permittunt multa ractione, cuius, omnimode collabitur regularis obſeruantia, & decor Conuentus, & prouinciæ deperditur, non conſiderando, quod ea permittendo; quæ in ſuis Subditis non ſunt etiam peccata venialia;in illis illa ſinè remedio traſcurando, & negligendo ſunt mortalia V. G. in regula Minimorum meę, ſilentium, capitula culparum, camiſeas laneas non deferre, nec cum habitu non dormire, pecunias tangere, non Ieiunare in die Veneris, & Mercurij, non obligat nos regula ad vllam culpam; tamen Superior negligens, in facere vt iſta obſeruentur, mortaliter peccat, videatur Pellizarius de obligatione ſeruandi regulas tractatu V. cap. 11. q. 40. n. 60. & communiter DD. hoc docent. Teſte Naldo adducente Sanchez. lib. 1. mor. c. 6. n. 19. Sotum, & alios, à quibus non habet diſentire Villal. Thomas à Ieſu. Tannerus, Bann. & Azorius relati à Diana par. 3. tract. 2. reſolut. 38. non diſtat ab iſtis P. Peyrinus meus de Religioſo Prælato q. 1. cap. 7. n. 15. & ſi in hac re videatur, vt detur paruitas materiæ, vt V. G. religioſum ſemel

aut

aut bis violare ſilentium ſine ſcandalo ; quando talis res in vſum Conuertitur ſuperioris negligentia, mortaliter peccat ipſe ſuperior permittendo ita Cardinalis de Lugo . D. 9. de Iuſtitia n. 22. ad iſta me extendi , ad hoc vt Superiores eligantur illi qui vim regulæ , & Sacrorum Canonum intelligant , ad hoc vt intelligendo benè agant , & non eligant illos , qui tanquam Bubali naſu ducantur , & id quod dixi de electoribus ſuperiorum Regularium , dico de electoribus prelatorum accuratorum animarum.

In §. Excomunicatus , cum duobus ſequent.

38. Auctor in iſtis tribus §§. cum diſtinctione procedit ; nam loquendo de excomunicato maiori excomunicatione , excluditur , ab electione ; ſecus ſi minori excomunicatione, ſit ligatus tantum ; item excommunicatus , ratione percuſſionis in Clericum , omnino , ab electione reiiciendus eſt . Sicut ſubſpenſus à Canone habet locum in electionibus , ſecus ſi ab homine ; Abſentes , & heretici non poſſunt eligere , quemadmodum , nec abſentes , ità auctor noſter , & quod primum de excomunicato maiori excomunicatione ; habemus auctoritatem divi Thomæ in 4. ſententiarum diſtinct. 18. divus Antonius 3. p. tit. 19. cap. 2. in principio idem docet , Tab. elect. 1. n. 3. Roſell. n. 2. Piſanella §. quis non poteſt eligere Angel. n. 8. Azzor. tom. 2. lib. 6. cap. 14. q. 8. habetur hoc etiam in C. conſtitutis Cl. 1. de appellatione , ratio etiam adeſt , quia excomunicatio maior privat excomunicatum à Communione Eccleſię , undè iure merito ab electione Canonica maiori excomunicatione enodatus excluditur cum per ipſam excomunicationem evulſus ſit a Corpore Criſti miſtico ; ut habetur de ſententia excomunicationis in principio , ſubſpenſus ab homine non eligit ; ſecus à canone ; ratio eſt quia enitius agitur cum lege , quam cum homine , l. Celſus ff. de arbit. quod quomodo procedat habetur per Bartol. in l. amplius , ff. rem ratam habe , & per moder. Can. in ea Paſtor.

X 2 §.

Digitized by Google

§. cum autem de officio delegati, per Bald. in C. ſicut, de cohab. mulierum, & Cler. & per Salyc. in l. 3. q. 3. C. ex quibus, cau. in ſam. irri. & per Abb. in C. dilectus de præbend. & concorr. C. cum inter R. Seniorem, eo; & C. cum bone, de ætate, & qualitate, & C. poſtulaſſi, de electione excomunit. minoris, & talis ſuſpenſus; non ſolum non poteſt eligi, nec etiam poſtulari, C. primo de poſtulatio Prælat. ratio quare ſubſpenſi poſſunt eligere eſt quia cum actus eligendi non ſit ordinis, quemadmodum excomunicare, & iudicare; ſed potius ſit actus iuriſdictionis, ut habetur in C. tranſmiſſa, eodem Titulo, videtur, quod electio facta à ſubſpenſo, vel ſuſpenſis teneat, quanquam ſententia contraria probabiliſſima ſit, undè ſubſpenſus antequam eligat debet petere licentiam à ſuſpendente, ut latè notatur per gloſ. & firmat. Doctor. in C. cum dilectus de conſuetudine.

39. Hæreticus eligere non poteſt certum eſt facit C. aperte, & C. miramur 24. q. 1. & C. fin. 9. q. 1. quod idem eſt de abſentibus; quod idem dicendum eſt de non Catholicis, Henriquez de excomunicat. cap. 32. §. 3. Sigiſmundus à Canonia tract. de election. dub. 64. n. 2. Sayrus de cenſ. lib. 4. cap. 5. n. 6. & C. cum inter de electione, C. fin. de elect. & text. noſter in hac materia Clariſſimus eſt.

40. Moveo hic dubia duo 1. an abſens à capitulo poſſit mictere votum ſuum per licteras, & ſic concurrere Canonicè ad electionem Canonicam Abbatis, Generalis, Provincialis, vel alterius Superioris, etiam Epiſcopi, &c. Secundus dubius eſt, an extraneus admicti poſſit in Capitulo Generali vel Provinciali, &c. ad eligendum. &c. quibus difficultatibus Breviter do reſponſum.

41. Ad primum dubium dico non poſse; etenim votum non eſt exprimendum ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſecretè & ſingillatim tantumodo, vnde actus contrarius, eſt ipſo Iure nullus; nec conſuetudo contraria aliquid iuvat propter

decretum irritans appoſitum in C. quia propter de electione fauet C. ſiquis iuſtò §. fin. de electione in 6. Sigiſmundus à bonania p. 3. c. 2. dubio 13. Emanuel ſa verbo electio n. 11. verum eſt quod ſi abſens eſt legitimè impeditus, & eſt Superior, vel Collega generalis, aut Prouincialis poteſt alium loco ſui, munitum dictis patentalibus in quibus medio Iuramento aſſerat habere iuſtum impedimentum; ita ut ad Capitulum, &c. accedere perſonaliter non poſſit, & totam facultatem miſſo illi committat, ita teſtatur Sylu. V. elect. 1. q. 3. n. 4. miranda tomo 2. man. q. 23. art. 7. Rodriquez q. 51. art. 6. Sanchez. c. in. 10. immo referuit aliqui exiſtis ità fuiſſe declaratum, in Sacra Congregatione Regularium explicanter in hoc decretum Concilij Trident. dubium in hac re; verum, eſt quod receptio, talis miſſi procuratoris debet recipi à toto capitulo, nemine oppugnante; quia ſi unus tantum repugnaret non debet admitti ad electionem, ſiò in C. quis iuſto §. abſens quoquè, de electione in 6., abs Ioannes Andreas totum hoc firmat. tenent. Siluester, Rodriquez, alij multi ſicut, & Baſeus V. electio pagina 315. n. 6. & in Religione Minimorum ita practicantur; habetur in ſuis conſtitutionibus quod diendum eſt de eſtraneo, nempè quod nemine diſentiente poteſt ad electionem admicti. Navar. lib. 5. conſil. de Simon. conſil. 9. Paſſerellus meus in ſcolijs ex aſſertione cap. 2. de elect. dub. 6. ſed inter nos minimos limitatur ad caſus dubios, non verò ad non dubio.

In §. Interd. ab non ſeruata forma, ab negligentiam eligentium cum ſequenti.

42 Tractat hic auctor in iſto §. & in alio ſequenti, de electionibus factis non ſeruata forma à Iure Canonico praeſcripta, nec non de electione facta de indigno, & diſtincte, explicat quando debet electio caſſari, vel non de quibus omnibus iuxta textum, quid, quid Deus mihi dictabit, abducam, electio enim ſi fuerit facta in alio loco, ac determinata

minata ſuit dicunt aliqui, quod non tenet legitima ceſsante cauſa, vt eſt cauſa peſtilentię, belli, &c. vt notatur in C. in Nomine Domini d. 23. & alij dicunt quod licet eligentes male faciunt, etiam ſine neceſſitate aſsignata, ut per Abbatem in C. cum in terra eodem Titulo, electio tamen valet, vt per eundem textum in C. quod ſicut §. 1. eadem.

43 Præſcripta forma electionis in §. celebratur titulo in C. quia propter §. fin. ead. ſed quid ſi publicatum ſit Scrutinium, & inueniatur defectus in forma electionis, nempè quia non fuit facta collatio, vel electio non fuit cōmunis dicendum eſt cum Ab. in C. publicat, eod. Tit. ante finem, nempe quod tempus Trimeſtre in Eccleſijs Epiſcopalibus, & regularibus, dico quod electio devoluitur, & habetur in C. nepro defectu eadē, in quarum vocatione cum maius vertatur periculum brevius ad providendum tempus ſtatuitur, quam in alijs in quibus ſex menſium tempus ſtatuitur cap. 2. de conceſsione prebendæ facit C. ubi periculum eo in 8. & videtur id obtinere etiam ſecundum Iura antiqua ait auctor, ut diſt. 50. C. poſtquam, & C. abeuntibus dict. 63. undè quando electio non eſt facta in tempore debito, & devoluta eſt ad Superiorem ſupremum, iſte tenetur prouidere intra ſpatium trium menſium dict. C. ne pro defectu ead. debent autem electores eſse ſimul, quia ſi ſeparatim, eligant tunc poteſtas eligendi ipſo iure deuoluitur, quia in tali caſu peccatur in forma electionis C. quia propter, eod.

44 Ateſto quod pars eligentium, indignum eligant ſcienter, remanſit Ius eligendi in alijs, qui ſi non eligant intra debitum tempus, ad Archiepiſcopum, devoluitur electio, inter præsbiteros, inter Regulares ad ſuum ſuperiorem majorem, provt habetur in C. cum Victorienſis, ead. & in C. quamquam ead. in 6.

45. An vero eligentes Indignum dicantur, qui non eligunt digniorem videndus eſt Sanctus Thomas 2. 2. q. 185. art. 3. & Caietanus ibidem, & in ſumma V. electio, verum

eſt

eſt quod eligens Petrum exiſtentem in peccato mortali ſcienter, non ſolum eligens peccat, ſed talis electus non poteſt vti prelatura. S. Thomas 22. q. 185. citata art. 3. Telinus C. quamvis de officio delegati ratio eſt quia Criſtus quando elegit Petrum ad pontificatus officium prius requirebat in eo Charitatem, nempè amorem Dei, & proximi, vnde dixit illi Petre amas me, & audito repenſo *tu ſcis Domine quia amo te*, dixit illi poſse aues meas, vndè iſti ſic electi in peccato mortali exiſtentes, & ſcienter electi, privantur ipſo Iure C. quamquam, ead. in 6. hoc poſito de forma electionis loquar, & multa dubia ſaluam, ſicut de indignum eligentibus.

46 Noto primo, quod electio nihil eſt quam vocatis aliquibus perſonis ad dignitatem, quæ quidem vocatio, ſiue electio triplex eſt, nempè ſcrutinij, compromiſsi, & communis ſpirationis, inquit Peyrinus quod ſolum electio per Scrutinium eſt in uſo apud Regulares, & precipuè apud nos minimos provt habet de ſubdito cap. 31. pagina mihi 423. §. not. 1; ſed non benè dicitur, quia apud nos in Capitulis generalibus id quod deberet, ſiue poſset facere in aliquibus electionibus, ut plurimum, commictit, duodecim Patribus, nepe quatuor ex qualibet natione, ſcilicet gallica, hyſpanica, & Italia; forma per Scrutinium eligendi, habetur in Iure C. quia propter de electione; ubi ibi ſignata ſunt verba iſta *ſtatuimus*, ut cum electio fuerit celebranda præſentibus omnibus, qui debent, & valent, & poſſunt commodè intereſſe; aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretè, & Sygillatim, vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta, mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis oſtaculo interiecto; ut his collatione habita, eligatur, in quem omnes, vel maior pars, & Sanior, Capituli conſenſerit, quæ quidem forma habet locum in omnibus electionibus, præter quam in electionibus Abbatiſſarum, & primarum monialium, ubi Scrutatores non ſunt,

nec

nec ſcriba ſcedulas recipiens, à monialibus vocalibus, habet tamen locum in electionibus Epiſcoporum, à capitulis electorum, generalium ordinum, Prouincialium, & Superiorum Conuentualium, quando à Capitulo conuentus eliguntur.

47 Not. 2. iuxtà doctrinam Panormitani, in C. quia propter, a n. 12. & ex Syluestro V. electio 2. q. 10. n. 12. Tab. eodem v. n. 19. Angelo n. 26. roſella n. 23. Peyrin. de religioſo ſubdito, quod multa ſunt de ſubſtantia electionis Canonicæ, quorum, vel omnium, aut ſaltem aliquorum ommiſſio, irritat electionem, quæ omnia deſumuntur ex C. quia propter Supracitato primo: quod omnes, qui debent, poſſunt, & volunt intereſſe congregentur ſimul in unum locum ad hoc deſtinatum: non enim ſufficit eligentium conſenſus ut ſic præſtitus, V. G. ut quilibet poſſit conſentire in cella ſua, vel in ſuo Domo; ſed conſenſus debet eſſe collegialiter, hoc eſt in unum locum congregati. ſecundo quod ab omnibus ſic congregatis aſſumantur tres, vel ſaltem duos Scrutatores, qui omnium vota habeant præſcrutari, qui quidem ſcrutatores debent eſſe de colegio, ſiue de corpore Capituli. ſi autem vocales eſſent pauci debent, aut poſſunt ſaltem eſſe duo Scrutatores, & hij Scrutatores debent omnia vota omnium Scrutari ſecretò, ad hoc, ut non ſit vitium in electione, & ſingillatim debet talis ſcrutatio fieri. Quarto quod vota omnium exquirantur, quoniam, ſi unus qui in collegio adeſſet propter contemptum mitteretur, ita ut ſuum votum non proferret; electio non valeret; ſecus verò ſi eſſet abſens: quia vacatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis, & præcipuè, quando dies electionis ſtatuta eſt; neque deficientia talis vacationis irritat electionem; verum eſt quod ſi tempus non eſt determinatum, & non vocatus ſuam proſequatur iniuriam, electionem irritam reddere poteſt; nam talis non vocatio eſt contra Iuſtitiam, ut docent communiter Canoniſtæ. Quinto, quod vota omnium

ſcribantur, vel vnuſquiſque ex vocalibus a ſe ipſo, vel per ſcribam, ſiue Secretarium Capituli, abipſomet Capitulo peruota ſecreta electo, qui ante quam vota recipiat votantium de fidelitate ſervanda Iuramentum præſtare debet 6. quod facta publicatione votorum debet fieri Collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum; zeli ad zelum; quę quidem collatio ommitti poteſt, quando omnes unum eligunt, Sexto, eſt neceſſe, vt facta, electione, & collatione, votorum (ſi ſit facienda) vt vel ſcriba, aut vnus ex Senatoribus, vel alios ad hoc, à Capitulo deſtinatus faciat electionem nomine totius Capituli formando decretum in fora ſequenti, *Ego frater en. vel ego D. N., nomine meo, vel vice mea, & omnium electorum præſentium qui mecum conſenſerunt, eligo in generalem. Vel Epiſcopum (vel in talem dignitatem, aut officium, &c.) in nomine P. F. & ſpiritus Santi*, quod quidem decretum eſt de ſubſtantia electionis in omni electione Canonica per Panormitanum C. in geneſi n. 3. & 10. quę quidem electio per decretum debet fieri de eo inquem, maior, & ſanior pars Capituli, ſiue Collegis conſenſit. Sanior autem pars communiter dicitur illa, quę maior, eſt ut notat Tab. 11. quod dicta electio publicè denuncietur, ità eſt neceſſarium ſicut, & cætera Enunciata; & ut ſint ſucceſſiuè, & ſi aliter fieret, electio nulla eſſet ita omnes fere ſcribentes de ac materia electionis, & pręcipuè de Peyrinis, de R. S. pag. mihi 424.

47 Eſt inter omnia alia, neceſſariſſima in electione Canonica ſumma libertas eligentium, alias electio nulla eſt, ut habetur in C. periculum §. cæterum de electione in 6. ubi dicitur quod ceſſat electio ubi omictitur libertas eligendi; imò eſt tantæ neceſſitatis in electionibus iſta libertas, vt nulla conſuetudine introduci poſſit contrarium, vide Syluestrum Verbo elect. 1. n. 26. q. 23. Panormitanum in C. licet de vitanda, de elect. n. 13.

48 Limitatur tamen, quando Electores timore, promiſ-

ſione,

ſione ; præcibus , &c. compellerentur eligere certam perſonam , directè aut indirectè vota procurando , &c. ut loquitur clarè Panormitanus , Tab. loco ſupràcitato quia hoc pacto non læditur libertas ſed limitatur , inquit Peyrinus . Sed meo videri non bene ibi loquitur , quia , nullo modo , per conſilium , poteſt alterari libertas , Panormitanus à Peyrino Citatus , ſolum loquitur , quod ſuperior tempore electionis orare poſſit electores ad virum probum eligendum , ut ex eodem Panormitano colligitur in C. cum Monaſterium , de elect. n. 3. nunquam dd. dicunt quod, Superiores, poſſint mictere præſidentes ad capitula , ut obtineant electionem in Perſona patris N. nec diſponere vota immediatè antè Trimeſtrem electionis , ad diſpoſitionem alicuius prætendentis prælaturam , quia hoc , eſt violentare ad talem eligendum , & ad eligendos diſcretos coactè , & facere inductiones , & practicas pro electionibus habendis contra diſpoſitionem ſummorum Pontificum , & Præcipuè Clementis VIII. Pauli. V. nec non Concilij Tridentini , provt habetur in rituali minimorum pag. mihi 84. & 85. appud Iſnarum pag. 164. unde ego puto , quod electiones indè ſequtę abſquè dubio ſint inualidæ , & nullius valoris ; cum ſint contra mentem Pontificium , & Concilij Tridentini ſeſs. 25. cap. 6. de regularibus, ubi ſatis exprimitur , non poſſe ſuperiores vota conſtituere ad effectum habendi electiones. Verba Concilij ſunt ſequentia *nec in poſterum liceat Prouinciales , aut Abbates , Priores, aut alias quoſqunque Titulares ad effectum , electionis faciendæ conſtituere , &c.* & tamen internos minimos hoc decretum ſæpe ſæpius , magna perturbatione fratum violatur , ſicut, & violatur regula minimorum in hoc quod eligantur ad dignitates , & Prælaturas perſonæ prudentes exemplares , & virtuoſæ ; Teſtus Regulæ eſt ſequens *in generali congregatione , ex eiuſdem ordinis uniuerſitate , unum ibidem maturè eligant in Generalem Correctorem , veluti ſeruum bonum , & fidelem , honeſtum , virtuoſum , ac prudentem , &c.* ex qua ratione,

exclu-

excluduntur in minimitania familia Ignorantes à Prælaturis, & dignitatibus, ut melius ex dicendis hic inferius immediate ſiue illicterati de Iure non minus imò magis odioſi ſunt quam homicidia, etenim collatio facta homicidæ tenet donec annulletur at de illicterato non valet. tenet Innocentius 1. C. cum noſtis de conceſſione præbendæ relat. per felin. in C. per ſuos de ſimon, & decius in C. ſciſcitatus col penult. de reſcriptis, & communis oppin. eſt quod non valeat ut dicitur in tractat. de pacifica poſſeſſione in 4. limit. n. 110. & ſequent. ita Rebuf. de privileg. ſcalor. privil. 39. num. 5, Tom. 18. tract. fol. 41. etenim cum ignorantia ſit mater omnium vitiorum C. ignorantia, C. ſi in laicis 3. diſtinct. C. niſi cum pridem, §. pro defectu de rentiation; vnde fit quod penitus illicterati, qui ſunt illi qui lingnam latinam neſciunt, nec ea que ad curam animarum ſufficienter neſciunt Irregulares ſunt, & hinc eſt quod non poſſunt fieri clerici, atque adeo, neque in Superiores religionum, neque animarum curati, prout habetur in C. præcipimus 3. 8. diſtinct. C. Illicteratos, & ibi Gloſ. 1. 38. diſt. C. & ſi qui dix. 77. C. fin. de etate, & qualitate C. fin. de tempore ordin. in 6. Bern. in pract. Crim. in c. 18. Navarrus in C. ſi quando except. 11. n. 45. & 50. de reſcriptis Menoch. de Arbitr. caſu 425. Lambertinus de Iure patron. p. 1. l. 2. art. 24. q. 9. n. 2. fului. Pacianus de probat. lib. 2. cap. 34. n. 79. Guties. Canonic. lib. 1. c. 26. n. 37. Henriquez. in ſumm. p. 2. lib. 14. c. 8. n. 11. cum alia infinitate, dd. quoniã iſti ignorantes non veniunt nomine hominum, ſed Iumentorum, Gomez. in Reg. de Annali, q. 47. in fine, & ut Superius dixi ſunt magis odioſi quam homicide Thom. acti, de ludo ſcachorum q. 8. n. 29. & Flamin. q. 3. n. 90. & enim ignorantes.

49. Dixi ſupra n. 38. in §. ſed neque, quod non poteſt eligi in dignum obmiſſo digniori, nec, dignum, cum Iurent electores de meliori eligendo, & modò hic illa confirmo loquendo de Canonicis electionibus, quia ſuperiores

maiores proponentes indignos, aut dignos relinquendo digniores ex parte, eſſent acceptores perſonarum, & mortaliter peccarent. Tenet diana Verbo benefic. n. 8. Villalobus Tom. 2. tratract. 8. differen. 3. n. 6. & dd. communiter, & quamvis Valerus V. electio differentia 1. n. 1. dicat quod in foro exteriori valet electio facta de digno ommiſſo digniori citando pro ſe C. cum inter Canonicus, C. cum olim, C. cum dilecti de electione Gloſſ. penult. in c. 2. de officio Cuſtod. Gloſſ. V. præſtantior in C. licet 8. q. 1. & in C. conſtitutis. V. utilem de Appellationibus, diuum Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. & 3. & alios dd. decipitur tamen meo videri Valerus quia ipſe loquitur, & ſupponit prælaturas regulares, ut ſunt Generalatus, Provincialatus, Prioratus, &c. quomodoqunque vocentur, ſecundum Religionum varietatem; nam iſtæ dignitates in Religionibus vere beneficia ſunt, habent enim curam animarum annexam, undè totum id quod sacri Canones, & dd. dicunt de benefeciatis, extendendum eſt, ad Superiores regularium; & ſtricto modo, nam aliter aſſerere eſt contra communem; quod eligatur dignus relicto digniore etenim prælaturæ regulares ſunt magni momenti, habeantque annexam curam animarum, undè ſi Trident. dicit quod ſufficit, ut electus ſit dignus, loquitur in foro exſterno, non in interuo foro, & ſic intelligendi ſunt aliqui Canoniſtæ, videatur dian. p. 2. Tom. 15. Reſolut. 61. & p. 5. Tom. 44. n. 11. qui pro ſe multos habet citare Doctores quos hic relinquo brevitatis cauſa.

50. Vndè pater meliorans filium minus dignum in 3. & 6. Secundum leges Regni Caſtellæ in foro exteriori ad nihil tenetur, & valida eſt prædicta melioratio, nec ullo modo poteſt revocari à filio digniori, ut probatur per legem 9. tit. delles de mandados lib. 3. fori legum. Tamen in foro conſcientiæ ſecus eſt; quia ne dum peccat Pater meliorando filium minus dignum relicto digniore, ſed, & filius melioratus, bona prædicta filio Fratri Digniori reſtituere tenetur,

ita

ita Palatius Rubrius in repet. C. per veſtros, notabil. 3. §. 26. in principio, & Ludovic. Gom. in cap. 2. de conſt. lib. 6. n. 23. Valerus V. electio diff. 3. n. 1. pag. mihi 217. nec puto, nec putare poſſum Superiorem, ſicut; nec electores non peccare graviter eligentes minus dignum, digniore relicto, iuxtà ea, quæ traduntur a gloſ. magna col. 4. poſt. principium in extravagant. 1. de pœnitentia, & remiſſione, inter communes; maximè, ſi electus ſit deſipator, &c. & commeſſationibus, atque obſervantiæ tranſcurator.

51. Nequè obſtat, quod Princeps condiderit legem, ut pater poſſit iſtituere maioratum, & illum relinquere filio uno ex dicto patre noto, prout ipſi placuerit, nam, ut dixi ſi hoc tenet in foro externo, non tenet in foro interno, nec non poteſt non violari iuſtitia diſtributiva in tali caſu ergo peccat mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur diſtribuens, quia ſecundum iuſtitiam diſtributivuam diſtribuens digniorem præ cæteris præferre debet, ità P. Ioannes de ſalas de legib. q. 96. tract. 14. ſect. 2. n. 19. & 20. loquens de honeſtate, quam debet habere Princeps circa obſervantiam ſuarum legum de quo verbo Lex. loquitur Valerus diff. 11. unde ſi non licet Principi ex dictis præferre dignum digniori ſecundum ius Canonicum, ut patet ex dictis ergo neque licitum eſt illi in foro conſcientiæ.

52. Vndè quamquam Papa poſſit in foro exteriori collatores cæteros prævenire, & etiam conferre beneficium in alium iam collatum, revocando collationem inferioris, ut habetur per clementinam dubium §. verum de Sepulturis, quam ad hoc allegat. pro ſing. Roman. conſ. 298. circa præmiſſa n. 2. & pro valde ſing. Ioſ. in l. quoties n. 13. C. de rei vendit, non tamen id licitè facere poteſt ſine iuxtà cauſa in foro conſcientiæ, quia eſſet res ſcandaloſa, circa quod videndus eſt Tiraquellus ad legem Connubium l. 9. n. 3. ubi iſte Doctor dicit, quod ſi id faceret Papa, non eſſet laudabile, nec honeſtum, ſi ergo Pontifex Princeps Supremus

Digitized by Google

mus in Spiritualibus, & aliquo modo in temporalibus, non poſſet tollere ius Franciſco, & dare Petro, ſine labe, quomodo poterit facere hoc Superior Religionis dignitatem per inductiones, & practicas auferre digno, dando eam minus digno; vel indigno, ob ſuum intereſſe particulare, etiam contra bonum publicum Religionis.

53. Quando dignior habeat ius legale, regulare, & Pontificium ad dignitatem, ſæcus minus dignius, ex regula enim noſtra habetur, ut Superius dictũ eſt, quod in Superiorem eligatur, ſervus bonus, fidelis honeſtus, & virtuoſus, nec non prudens, ergo dignior habet ius ad dignitatem ex ui regulæ minimæ, habet pro ſe ius etiam Pontificium; etenim Clemens VIII. & Paulus V. inquiunt *ad gradus, & prælaturas illi præcipue eligantur, qui poſſint, & conſueverint regulas ordinis, & conſtitutiones obſervare, & præſertim in concernentibus officium chori, & victum, veſtitumque communem*, vide in conſtitutionibus Clementis, Pauli, & Vrbani n. 35. & 36. ergo qui in hac re deficiunt, & ſolum inſerviunt pro numero, ut fruges conſumere habent, excludendi à dignitatibus ſunt, tam in Collegis, &c. quam in Religionibus, faciunt pro illis loca adducta, & contra iſtas ſimiliter, quia non debemus claudere os bovi trituranti abſquè iniuſtitia, nequè parare victum dormienti, & comedenti epicuraliter, ſinè iniuſtitia ſimiliter.

54. Verum eſt quod Sixtus V. dum ego legebam aliquem librum inveni quod privavit beneficio aliquem nobilem Cæſeraguſtarum, cui prius optimum beneficium iam contulerat; ſive dignitatem, & deinde ad inſtantiam Oratoris Regis Hyſpaniarum, eundem tali dignitate ſpoliavit, & alio collata fuit ab eodem Summo Pontifice, quod cum cogniovisset Doctor Cæſaraguſtanus, reverſus Romam, cui poſtea alia dignitas fuit à Summo Pontifice data; at antequam, Pontifex alteri daret illam dignitatem, neſciens quomodo ſe gereret in hac re, cum iam Cæſeraguſtano Doctori dediſset,

zum ut

ut quietaret oratorem Regis Hyſpaniæ, concesſit tandem Antidotam in favorem illius, pro quo petebat dictus orator ex quo patet Papam non poſſe iuxta ſinè cauſa quemquam privare ſuo beneficio, prout docet Card. conſ. 142. Abbas in diſputatione Epiſcoporum col. octava, ubi profundè Roman. conſ. 345. Selva de Benefic. 2. p. q. 60. Rebuf. in tracta nominationum q. 21. n. 55. Devi petere diſtinguentem in C, fin. de confirmatione util. Sotus lib. 3. de iuſtitia q. 6. art. 2. Navarr. dicto C. ſi quando exceptione 13. &c.

155. Hinc fit, quod Patronus Laicus in foro exteriori non teneatur preſentare digniorem in beneficijs privatis, ſecus ſi patronus ſit Eccleſiaſticus, & uterque, in prætentione beneficij curam animarum habentis, tenentur tam in foro fori, quam in foro conſcientiæ, digniorem præſentare, ita Textus noſter in C. Monaſterium 16. q. 7. Conſilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 9. ubi ad hęc liceat Epiſcopo præſentato à Patronis, ſi idonei non fuerint repellere, melior Textus Senio 24. cap. 18. vbi Concilium facit differentiam inter Patronos Eccleſiaſticos, & laicos, & vult quod Eccleſiaſtici teneantur præſentare digniores, laici vero ſi præſentare habeant idonei admittantur, ita docet poſt Lambert Covaruvias in regulis Peccatum. §. 7. n. 5. Navarrus conſ. 5. n. 2. & conſ. 6. n. 2. de Iure poteſt nat. Pet. à Nauar. poſt alias lib. 2. c. 2. n. 150.

156. Quæ differentia poſita à Concilio quantum ad laicos ſpectat intelligenda eſt permiſſiuè, non approbativè, nam in foro conſcientiæ, nulla eſt differentia inter laicum, & Eccleſiaſticum, nam in foro conſcientiæ, uterque digniorem eligere, ſiue præſentare tenentur, ut benè ait Couar. loco ſupracitato poſt Feder. de Senis conſil. 95. idem tenet Rebellius, de obligatio, Iuſt. p. 1. lib. 3. q. 4. n. 5. & 6. cum multis alijs Concilium autē, loco ſupracitato, ſolū voluit dare patronis Laicis electionem, non autem, quod digniorem eligere non debeant, quia cum non ſit in tali caſu Epiſcopi eligere,

ſed bene tenetur admiƈtere, quem Patronus elegerit dummodo ſit dignus unde idem Concilium ſeſſ. 24. cap. 1. inquit peccare mortaliter habentes ius præſentandi ad Cathedrales ſi elegerint minus dignum, & ſic obligat Reges, & Principes, ſub p. mor. ad præſentandum digniores, quod idem valet ad nominationem, ſive præſentationem circa officia, & dignitates in Republica, Religione, &c. ut docet Covar. ſupra diƈto §. 7. n.6. Sotus lib. 5. de iuſtitia, & iure q.6. art. 3. ad.6.

In §. interdum tamen, cum duobus ſequent.

57. Auƈtor in inſt. §. cum duobus ſequentibus, traƈtat de eleƈtione faƈta non ſervata forma præſcripta à Sacris Canonibus, & Pontificijs conſtitutionibus, ſicut de eleƈtione faƈta de indigno, ubi habet, quod prima devoluitur ad primum Superiorem, ſecundo ad Pontificem; in alio §. inquit quod nullo modo Laici ad eleƈtionem Canonicam admiƈtuntur.

57. Quoad locum ubi eleƈtio celebrari debeat, & quo ad formam præſcriptam; adeſt text. in C. in nomine Domini, diƈtione 23. hoc eſt quoad locum; quod talis eleƈtio non valet, dummodo, alias non eſset legiptima cauſa impediente acceſſum ad talem locum, de forma non ſeruata, quæ eſt ſecunda difficultas quod invalidet eleƈtionem, ſi non ſit faƈta .S. iuxta præſcriptum modum in §. celebratur tit. 1. in C. quia propter §. fin. eodem; at quando publicatum eſt ſcrutinium, ſuperveniat defeƈtus in forma, puta quia non fuit faƈta collatio, de qua ſupra ſuo loco dixi, vel communis eleƈtio; Reſpondetur per Abbate in C. publicato, ead. ante finem, vel non fuit faƈta intra trimeſtre in Epiſcopalibus Eccleſijs, & inter Regulares iuxta tempus ab eorum ſtatutis prefixum, eleƈtio eſt ipſo iure nulla, quia fuit faƈta poſt decollationem, à non habentibus facultatem eligendi fac. C. licet, & C. fin. de ſuper, neg. Prælat. & C. quanquam, eo

in 6.

in 6. At ſi fuit impedimentum, neceſſitans electores ad non eligendum, debet fieri ab ipſis electoribus proteſtatio, &c. C. ne pro defectu, eod. & diſtint. 28. C. Siracuſanæ, & diſt. 61. C. bene nouit, & C. quia diuerſitatem de conceſſione prebend.; quia factis debitis proteſtationibus, non debet eſſe pæna, ubi non fuit culpa; ut notatur in ipſo C. ne pro defectu, unde ſolum pro illa vice iure eligiendi priuantur: dicta C. ne pro defectu, & ad quem facta eſt devolutio, debet intra Trimeſtre eligere, eod. C. ne pro defectu.

58 Sed ponamus Caſum, quod pars eligentium elegerint indignum V. G. medietas, alia medietas dignum eligunt, tenet ne electio de digno per medietatem electorum tantum ſecuta ego ſtarem in affirmatiua ſententia, quia medietas eligendo indignum Ius eligendi amiſerunt, unde totum Ius eligendi pænes aliam medietatem remanſit, undè iſti dignum eligentes valet talis electio; ſi poſtea non fuiſſet facta in debito tempore devoluitur ad Epiſcopum, non ad Papam ut in C. cum Victorienſis, eo, & in C. quamquam ead. in 6. de electione indigni iam ſuperius in antecedenti §. locutus fui, & in tali caſu devoluitur electio ad Papam. Quoad tertiam difficultatem, de laicis, hoc eſt de ſecularibus Auctor abſolute inquit, non poſſunt eligere, hijs verbis *laicis quoquè etiam ſi Principes ſint nullo neque conſuetudine, neque præſcriptionis, neque conuentionis Iure ad electionem aſpirare permictitur, &c. Pattoni tamen circa iam factam electionem non indecenter poſtulatur aſſenſus* hic loquitur de electione canonica de dignitate Eccleſiaſtica facienda; non denominatione Epiſcoporum facta, a Regibus qui ad tales dignitates eligunt, ut patroni adeſt Tex. 16. q. 7. C. ſi quis deinceps cum ſequenti, & aliter faciens Princeps eſt excumunicatus, & electio inualida, ead. q. C. ſi quis Epiſcopus cum ſequenti; aliquando imperatori talis auctoritas fuerit conceſſa, ut C. Adrianus diſt. 63, ſed benè fuit reuocata dicto §. verum, & hoc procedit nempè, quod talis electio debet caſſari tamquam

nulla,

nulla, etiam ſi confirmata ſit à Superiore Eccleſiaſtico, quoniam tunc etiam non ſubſiſtit; ita per Abbat. & alios in C. quis, quis, eodem. item ampliare poſſumus, ſi laici admiſſi eſſent cum Clericis ſecus ſi ad coadiuuandum cum Clericis ita Doctor in C. meſſana, ead. & in C. quia propter, ead. & in C. Principibus diſtinct. 63. poſſunt tamen intervenire expermiſſione Summi Pontificis ut notatur in C. nobis, de Iure patronatus.

In §. Oportet cum quatuor ſequentibus.

59 In 1. §. oportet loquitur Auctor de qualitatibus quoad mores, debeat eſſe Epiſcopus, in ſecundo compræhenſo ſub iſto Titulo, quam ætatem habere debeat inſinuat, ſicut in tertio, in quarto de pæna eligentibus Epiſcopum indignum conſtituta loquitur; in quinto, an neophiti uotum habeant in electionibus Epiſcoporum, circa quas propoſitiones, breviter reſoluam quantum potero, exquibus quatuor quæſitam faciam; & iuxtà canones dabo reſponſum.

60. Quæritur 1. qualis Epiſcopus debeat eſſe, & quid veniat nomine Epiſcopi. Epiſcopus nomen eſt græcum, idem latine ſignificans *ac ſpeculator*, *ſeu ſuper intendens* ratio eſt quia ſubditorum mores, ac vitam ſpeculatur, laiciſque, ac Clericis ſibi commiſſis ſuper intendit, & nulla maior eſt dignitas in Eccleſia Epiſcopatu cap. 1. de priuilegijs cap. pen. de præbendis immo ſummus Pontifex hoc nomine non dedignatur aſſumere, unde in bullis ſuis, & brevibus Epiſcopum ſe appellat C. ſi Epiſc. 2. q. 9. C. tranſmarinos C. Aphraſ. 98. diſtin. Gambarupta de caſibus reſeruatis c. 1. n. 7. & 8. modò dicuntur Illuſtriſſimi, olim Illuſtres, dicebantur. Bart. in l. omnes Populi q. 4. ff. de Iuſtitia, & iure, quamquam Bald. in l. ad ſimilitudinem C. de Epiſcopo, & Clerico, velit Epiſcopum eſse ſimilem Illuſtri perſonæ, non tamen eſse Illuſtrem, ſed modo ex priuilegio Pontificum in poſseſſione Illuſtriſſimi ſunt, unde Barboſa ait, quod vocantur etiam

perſonæ

perſonæ ægregiæ, quapropter ſi ipſi Epiſcopi in aliqua cauſa teſtes eſse velint, illis in proprijs Domibus miſſi debet Inſtrumentum, ut in eo teſtimonium reddant Gloſ. in l. ad egregias ff. de iure iurando. Azonius. dict. cap. 17. q. 1. prope finem, & multis alij nominibus vocantur; ut apud dd., ſed in alia nomina, nomen Præconis habet, nempe annunciator ſcelerum Populorum Populis ſibi ſubditis, prout eſaias dixit cap. 58. relatus in cap. ſi rector 43. diſt. &c. unde Epiſcopus debet eſse ſpeculum omnium ſuorum ſubditorum lucerna andens in Cadelabro, ut omnibus ſubditis lucem boni exempli ferat; quare in Textu noſtro dicitur clare *oportet autem eum qui, in Epiſcopum eligendus ſit, cum ars, ſit antiquum, regimen animarum, ætate maturum eſſe, notabilis illæſum, corpore integrum; fama Candidum, litteris Inſtructum, Religioſum prudentem, temperatum, Caſtum, hoſpitalem, manſuetum, irreprehenſibilem, ſecundum ea, quæ latius infra dicturi ſumus; &c.* diligens, ac prudens (ſi talia non habeat) habenda eſt diſpenſatio diuinorum, & Eccleſiaſticarum dignitatum, que omnes qualitates enumeratæ pro Epiſcopo, ſequentibus verſibus comprehenduntur *anni Triginta, ſacer ordo, pura voluntas; & morum grauitas, ſapientia, ſponſa parentis: Concurrens fama, Decus; hæc dant pontificatum* ut in C. cum in cunctis de electione, videatur Goffred. de tempore ordinationum.

61. Quæritur 2. quæ nam pœna imponenda eſt eligentibus Epiſcopum indignum? Reſpondeo, dicendo id quod dixi in antecedentibus, de eligentibus indignum ad Prælaturam, qui non ſolum privati ſunt poteſtate eligendi activè, verum, & non poſsunt per triennium, eligi, ut C. per inquiſitionem, eo, & C. cum in cunctis, eod.

62. Quæritur 3. an neophyti poſſint eligi in Epiſcopos? antequam difficultati propoſitæ reſpondeam, videndum, eſt quid veniat nomine Neophyti, nomen iſtud, Neophytum, deducitur a verbo, neos, quod eſt novum, & Pyy-

tos, quod eſt fides, hoc eſt quaſi novus in fide, iuxta gloſ. Nicolai de lira ſuper illud Apoſtoli locum (non Neophytum) &c. loquendo de Epiſcopo eligendo; Turrecremata in ſum. 48. diſtinct. n. 2. Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 22. n. 1. in novisſima editione, iſti enim Neophyti eligi non poſſunt in Epiſcopum, maximè quando de recenti ad noſtram Religionem venient, probat habetur clarè in textu noſtro, ubi hæc verba habentur inquit auctor, *Indecens enim eſt, & valde præpoſterum eum fieri magiſtrum, qui nondum didicit eſſe Diſcipulum*, & habetur C. fin. diſt. 48. & diſt. 61. per totam, facit l. non eſt facilæ degeſtis de verti te.

63. Deberem hic agere, de poteſtate, & obligatione Epiſcopi, ſed longum eſſet texere diſcurſum. Satis enim inquit de hac re Barboſa in ſua Paſtoralis ſollicitudo, ego tamen in honorem tantæ dignitatis aliqua dicam, breviter tamen.

64. Verum eſt quod Epiſcopus in multis peccare poteſt circa ſuum munus, & quidem ante collationem Epiſcopatus, dupliciter peccare poteſt homo, appetendo, ſcilicet, & procurando Epiſcopatum; in quo tria poſſunt conſiderari; officium, nempè, quod eſt attendere, & prodeſſe univerſo gregi; ipſa Prælatura, & gradus; qui eſt perfectior monacatu, & tertio, redditus temporales, aut propter honores tamquam finem; mortaliter peccat, nam eſt cupiditas periculoſa, & ambitio repugnans multum bono communi, qui vero propter gradum præcipuè Epiſcopatus peccat peccato præſumptionis, non quidem mortaliter, ſed venialiter tantum.

65. Si quis enim à Summo Pontifice, cognioſceretur Abilis ad Epiſcopatum, vel aliam Prælaturam, immò neceſſarius, pro animarum regimine, & iſte nollet acceptare talem dignitatem, poteſt Cogi à Papa, & compelli, ad acceptationem; & iure naturali, & Divino tenetur ille talem dignitatem acceptare, non tamen Generalis alicuius Ordinis

poteſt

poteſt compellere ſuum ſubditum, ad acceptandum Epiſcopatum ſibi collatum à Papa, & ſi Sanctus Thomas cum aliquibus ex ſuis Diſcipulis dicant quod tenetur Religioſus obedire ſuo Prælato præcipienti illi, ut Epiſcopatum ſibi collatum acceptet; nomine ſui Prælati, non venit tunc Prælatus regularis: Sed ipſemet Papa prout docent Lopez, Suares, Sanchez, Fauſtus, & Baſſeus verbo Epiſcopus in 4. pag. 328.

66. Vnde Epiſcopatus, cum ſit maxima dignitas, qui illam quærit ſine merito, & non habet illas conditiones à Concilio Trident. requiſitas in ſeſſ. 22. cap. 2. peccat graviter, & ſi eſt dignus, electus, & confirmatus, obligatur, ex præcepto dicti Concilij intra tres menſes proximos ad ſumendam conſacrationem, alioquin tenetur ad reſtitutionem omnium perceptorum.

67. Obligatur Epiſcopus tam iure Divino communi, quam humano ad reſidendum in propria Eccleſia perſonaliter ſub pœna perdendi pro rata fructus illius temporis non reſidentiæ, & mortaliter peccat dummodo, aliàs iuxtà cauſa non reſidendi non haberet, nam ſi habet iuſtam cauſam, neque peccat, neque fructus amittit, debet Epiſcopus eſſe lucerna ardens cum bono exemplo; ædificando populos ſibi concreditos, debet Epiſcopus per ſe conciones ad populum ſuum habere, ſi alias non ſit legiptimè impeditus. Syngulis annis debet convocare Synodum diœceſanum, in qua debet tractare de rebus ad ſtatum ſuæ Eccleſiæ pertinentibus, & in quolibet anno ſimiliter ſuum Epiſcopatum viſitare tenetur, vel ſaltem maiorem partem, ſi non eſt legiptimè impeditus, & ſi habet legittimum impedimentum, debet mictere ad talem viſitationem Vicarium ſuum, debet adminiſtrare Sacramenta Confirmationis, & Ordinis; ultimo debet eſſe cautus, & diligens in conſtituendis ſuis miniſtris, tam in temporali, quam in ſpirituali exercitio, alias ſi in hoc ex ignorantia craſſa, vel malitia, aut intereſſe deficit, læ taliter peccat.

68. Non

68. Non poteſt Epiſcopus relinquere ſuum Epiſcopatum abſquè Summi Pontificis licentia, at ſi Epiſcopus cognoſcat non poſſe ſuum munus exercere, & ad implere, & peccare non adimplendo, aut grave ſcandalum præbere, relinquere Epiſcopatum tenetur, petita nihilhominus licentia à Summo Pontifice, plura de Epiſcopo poſſunt videri apud Barboſam, & alios, ſicut, & ego plura dixi in præcedentibus alijs Rubricis, hic Satis de Epiſcopo dicta ſint.

RVBRICA SESTA

De Poſtulatione.

AVctor in præſenti Rubrica, ſivè Titulo VIII. de poſtulatione, prius quærit quid ſit poſtulatio, deinde dividit Titulum in §. §. Tres, in primo inquit minor. 30. annorum, & ſpurius poſsunt poſtulari; in ſecundo §. inquit, quod Epiſcopus, & electus poſsunt poſtulari; in 3. §. aſserit, quod Abbates, alij inferiores, Epiſcopos poſſunt eligi, & cum iſtæ difficultates parvi momenti ſint, ego per quatuor quæſita cum ſuis reſponſionibus reſolvam.

1. Quæritur 1. quid ſit Poſtulatio?

2 Quæritur 2. an qui non animi, vel corponis vitio, ſed alias non poteſt eligi, poſſit poſtulari?

3 Quæritur 3. an minor. 30. annorum, & ſpurius poſsint poſtulari?

4 Quæritur 4. an Epiſcopus, & electus debeant poſtulari, & non eligi?

5 Quæritur. 5. an Abbates, & alij inferiores poſsint eligi in Epiſcopos?

6 Ad primum dico, quod poſtulatio nihil aliud eſt, niſi eius qui eligi non poteſt in Prælatum concorſ. Capituli facta petitio; unde fit quod ſubſtantia poſtulationis reſpicere habeat

beat perſonas ineligibiles, & ideo, eligibiles non debent poſtulari cap. 1. eod. in 6. & aliter deſcribitur poſtulatio a Gloſ. in C. unico in 6. at talis deſcriptio non eſt convertibilis cum ſuo diffinito, negatiuè, & affirmatiuè, quare, ut diffinitio non bona, & inutilis non fuit admiſsa, argument. ſtat. in rubrica de ſum. Trinit., eſt fide Cattholica, & inſtitu. de obligatione in principio, & notat abbas in rubrica eodem, qui aliam ponit, unde in hoc differunt puſtulatio, & electio, nam hæc iuri innitur, illa vero gratiæ, undè, qui eligunt conſentiunt in electum tam in ſponſum, & per electionem initiatur uinculum ſpiritualis matrimonij C. cum inter Canonicos de, elect. & C. fin. de translat. prelat. qui autem poſtulant non conſentiunt in poſtulatum, ut in ſponſum,. ſed poſtulantes vota in Superiorem dirigunt, ut ille de gratia admictere debeat poſtulatum, ut notatur per Abbat, in Rubric. eod. poſt Innocent. in cap. 1. eod. & not. in C. uni ead. in 6. inde fit ut poſtulantes poſsint à poſtulatione recedere, electores verò non, ut not. in C, bonæ 2. eo, & in cap. 1. Cauſis de electione, hæc quoad primum dubium.

7 Ad ſecundum dubium dic. quod multi ex hominibus eligi non poſsunt, poſsunt tamen poſtulari, ſed omnes ineligibiles, benè quidem aliquì, etenim ſunt aliqui quiquamuis non laborent vitio corporis, vel animi habent tamen alios defectus ratione quorum ineligibiles ſunt; & tamen poſtulari poſsunt, quia in poſtulando integritas vitæ, morum, ac virtutum; non ſic eligibilis, ſed ſufficit ſiſit vtilis pro Eccleſia, quia non eſt Eccleſiæ ligatus ita ut non poſsit pro ſuo libito renunciare; iuxtà ea conſtitutis de appælat.

8 Ad Tertium dicendum eſt, quod minor triginta annorum ſicut etiam ſpurius poſtulari poſsunt, quamvis iſti eligi non poſsint, ita habetur in Textu, poſtulantes tamen aſtinguntur ad ſervandas formas C. quia propter de electione prout declaratur etiam per Abb. in dict. C. quia propter, &

in cap.

in cap. 1. de poſtulat. prælat. tenet. Inocen. in C. in cauſis de elect., nec valet dicere quod in d. C. quia proter, ſolum utatur verbo electionis, & non poſtulationis: quia Iura antiqua, promiſquè his vocabulis vtebantur, ut habetur diſt. 61. §. his omnibus, & diſt. 63. C. licteras, licet ſtrictè ſumendo iſta vocabula, inter ſe magnam differentiam contineant, ut per domin., & Peruſin. cap. 1. §. ſed etſi de, electione in 6. poſt Gloſs.

9 Ad 4. dic. quod Epiſcopus electus debet poſtulari, non elegi, ratio eſt, quia cum ſit alligatus Eccleſiæ alicui, ad aliam facere tranſitum non poteſt, & hac ratione non eſt eligendus, ſed poſtulandus, in quo caſu intellire debemus etiam ſi dictus Epiſcopus non ſit conſecratus ita C. inter corporalia, de traslatione prelat. licet alias Epiſcopus non dicatur qui nondū eſt conſecratus. Abbas in cap. 1. de traslat. prelat. & in C. tam licteris, de reſtit., & in C. tua nuper, de ijs quæ fiunt à Prælat., & in C. eam te de reſcriptis, dummodo, non conſacratus confirmatus ſit; quia ſolum poſt confirmationem dicitur Eccleſiæ alicui alligatus, ut per Abb. in C. inter corporalia in fin. & infra tit. 1. §. fin. & alibi, &c. E contra vero Epiſcopus, qui renunciavit poteſt eligi, cum non ſit amplius Eccleſiæ alligatus, C. ſi electio de electione in 6. & Doctor C. inter corporalia, & verius ait hoc Abbas in C. fin. eod.

10. Ad quintum, dicendum eſt poſſe, nam iſti etiam ſi videantur Eccleſiæ alligati nihil hominus eligi poſsunt; non debent tamen relinquere ſuum Monaſterium niſi licentia legittimè impetrata, nam Abbates, & cæteri inferiores Epiſcopo non verè contrahunt matrimonium cum Eccleſia, quia ſolum inter Epiſcopum, & ſua Eccleba matrimonium contrahitur, faciunt pro hac reſponſione C. ſi Abbatem de electione in 6. C. cum inter, & C. dubium de electione C. ſi Religioſus & C. quorundam, de elect. in 6. & C. cum venerabilis, ubi Abbas de conſuetudine, &, latè idem Ab-
bas

rbas in C. fin. eod. in Regul. reliqua, quæ in hac materia dici poſſunt, vel parvi, vel nullius momenti ſunt.

RVBRICA SEPTIMA

De confirmatione electionis.

1\. Dixi, uſquè adhuc de electione, & poſtulatione, modo auctor inſtituit titulum 9. de confirmatione electionis, in genere, quem titulum 9. dividere habet in 14. §§. in quibus omnibus decidere habet quidquid per Sacros Canones circa confirmationem electionis de neceſſitate requiritur; ego nec à vera Doctrina vellem diſcedere, nec ab ordine auctoris igitur in nomine Ieſu incipiam hanc Rubricam VII. dilucidare quandores non ſit parvi momenti.

In §. nunc videndum eſt.

2\. Notat auctor tempus conſentiendi electioni ab electo ipſi ptæ definito à lege Gregoriana in Lugdunenſi Concilio, ubi habetur *itautum fuiſſe, ut electores quam primum commodè poſſent operam dent, ut electi conſenſum habeant, quaſi infra menſem, ſinè cauſa legibus cognita, electus accomodare diſtulerit, iure, ſi quod ei fuerat ex tali electione quaſitum, ſtatim carere debere, electoresquè ad aliam electionem, liberè poſſe convolare.* Hæc auctor.

In §. eadem conſtitutio cum ſequent.

3\. Confirmatio electionis nihil aliud eſt, quam iuris Prioris habiti corroboratio, colligitur ex C. inter dilectos de fid. inſtrument. & fit, more ordinario ſic *confirmo te ſicut rite poſſides, vel ſicut ſine pravitate facta eſt electio, vel ſicut provide facta eſt* verum eſt quod confirmatio, eſt ſolum corroboratio iuris quæſiti in electo, & nullum alium effectum

 facit

facit, etiam ſi in ipſa confirmatione electionis diceretur non obſtantibus quibusqunque, & adderetur, & ſine præiudicio tertij, non propterea talis confirmatio præiudicat appellantibus contra talem electionem, etiam ſi in confirmatione eſſet clauſula, ex certa ſcientia, &c. vel de plenitudine poteſtatis, &c. quia iſtæ clauſulæ non tollunt, vitium electionis, &c. ut probat textus, in C. ex tuarum, de auctoritate & uſu palij, & C. Paſtoralis in fine de Privilegiis; & C. quia intentionis noſtræ.

4. Quod ſi ſuperior, vel Summus Pontifex in confirmatione dicat ex certa ſcientia tunc habet confirmare actum nullum, eique novum robur tribuere, & validitatem iuxtà text. in cap. 1. in fine de tranſlatione, quod in confirmatione procedere notavit gloſ. in C. quia intentionis 29. de Privilegijs, & ſequuntur ibi omnes, & late Decius in cap. 1. de confirmatione utili, a n. 46. & poſt alias Suarius de legibus lib. 8. cap. 18. a n. 12.

5. Ego Reſpondeo talem confirmationem, ex certa ſcientia ſupponere, præcedentem debitam diſcuſſionem, atque, quod pars, quæ poteſt opponere, vel oppoſuit, ſit audita. Iuxtà textum, in C. penult. de confirmatione utili; & quæ reſolvunt Nicol. Garcia de Benefic. p. 3. cap. 2. n. 126. cum ſequent. Card. Tuſc. tom. 2. lit. C. concl. 341. Aloyſ. Ricc. in Collectaneis dec. p. 5. collect. 1592. Gutier. conſ. 12. n. 7. & 8. Cobed. Luſit. dec. 2. n. 3. p. 2. & ideò operatur præſumptione informationis in confirmatore. Rota apud Farinac. deciſ. 180. n. 2. tom. 1. p. 2. nam illa clauſula ex certa ſcientia, non niſi cauſa benè cognita apponi poteſt, ita Molina de Primogen. lib. 3. cap. 3. n. 12. conſ. 1. n. 433. & hoc non obſtante; non deſunt Doctrinæ, quæ aſſerunt nunquam tertio præiudicare.

6. Quæ quidem confirmatio conſenſu præſtito electioni ab electo, infra tres menſes, ſi non habet impedimentum, iuſtum debet petere confirmationem à ſuo Superiore alioquin

tran-

tranſacto trimeſtre, à die, in quo conſenſum dedit electioni de ſe facta, electio eſt irrita, ex qua re.

7. Dubium unum oritur; dato caſu, quod conſentiat electus in electionem infra trimeſtrem à die electionis, vel ſtatim, ac habuit cognitionem, & certam notitiam de ſua electione, & confirmationem petijt per ſe immediatè à Superiore ſuo, vel per alium, & infra trimeſtrem à iure aſſignato non obtinet confirmationem, quid iuris?

8. Reſponſio eſt quod non currit tempus, non eo quia non obtinuit, & petijt, ſed etiam iuſto impedimento petere non potuiſſet, quia per electum non ſtat, facit pro hac ſententia Guil. Bernar. & Ioannes Monacus, C. cum inter Canonicos, & C. cum dilectus de electione, & C. dudum eodem titu:, quod idem eſt ſi per Procuratorem petat, C. cum dilecta de reſcriptis; immò amicus ſine mandato poterit confirmationem dictam petere; & tenebit ſi ſequatur ratihabitio, intra legittimum tempus petitionis debitæ dictæ confirmationis; de quia notatur plene in C. quam ſit de electione in 6. ſed in caſu proprio ſemper ſervanda eſt diſpoſitio, C. cupientes de electione in 6.

9. Verum eſt, quod electus non confirmatus, non facit ſuos fructus, ſed reſtituere tenetur omnia ex beneficio, vel Epiſcopatu accepta, niſi confirmatione facta, & per illum ſcitam fac. quod non de ætate, & qualitate, cum bonæ, & c. quam ſit de electione ipſa, verum eſt etiam, quod ea quæ dicta ſunt in iſtis §§. de electione, & alibi antecedenter, nec non de confirmatione, non habent locum in electione facta per inſpirationem, etenim quæ Spiritu Dei aguntur non ſubſunt legibus, C. niſi de renuciatione; ſed primo dubio melius erit confirmare, cum aliquando ſecundum Apoſtolum, Sathanas ſe transfigurat in Angelum lucis, iuvat C. tutius de pœnitentia; diſt. 2. & C. ſepe diſt. 12 ex comunicamus, verſ. quia vero de hæret. 1. q. 1. C. teneamus & cap. 1. de reliqq. & C. licet de regulis, &c.

In §. quandiu autem cum duobus ſequentibus.

10. In iſtis tribus §§§. Doctor egregie, & ſimiliter reſolvit an qui confirmatus non eſt in ſua dignitate, poſſit eſſe adminiſtrator bonorum pertinentium ad illam dignitatem, in, ſecundo §. quærit, an ſit obediendum non oſtendenti licteras ſuæ confirmationis in dignitate ſive officio ad quem fuit aſſumptus, in 3. §. quærit, an quomodo debeat concedi confirmatio, ego per tres quæſtjones totum reſolvam, cum verbis textus auctoris, unde ego per tres concluſiones totum negocium decidam.

11. Concluſio prima, qui confirmatus non eſt in ſua dignitate ſibi collata non poteſt eſſe rerum Eccleſiaſticarum pertinentium ad illam dignitatem adminiſtrator immò ſi electus ſe ſe temere ingeſſerit, admictit tum ius per electionem aquiſitum; tum iure econominæ, quam iure procuratoriæ, ita auctor, eſt textus noſter favorabilis in hac re, prout aſſerit hoſtienſis in Summ. titulo de ſponſalibus §. & qualiter diſolvantur, undè non tenet obiectio, quia ius per electionis aquiſitum eſt infirmum, & imperfectum, & propterea aſſimilatur ſponſalibus, de quibus dixi in ſecundo inſtitutionis Canonicæ in meo commentario cum deſponſalibus, & notatur in C. fin. de tranſlatione, nam non ſufficit electio ad dignitatem, quia talis electio ſolum facit ius quæſitum, & maximè remotum, unde nihil valet quoad effectum niſi appareat comprobatio, ſivè confirmatio iuxtà cap. 1. de electione in extravagant: & omnibus.

12. Ratio principalis eſt mei dicti, quia ſi electus ante confirmationem adminiſtrare poſſet ea que ſuæ dignitatis ſunt aquiſita per electionem, ſuperflua eſſet confirmatio, nec iuxta leges periculo caſſationis ſue electionis ad talem dignitatem ſe eſponeret, etenim ſi confirmatio, ut ſicut dixi ſuperius in §. eadem conſtitutio n. 3. in hac Rubrica 7. nihil aliud, eſt quam Prioris iuris corroboratio.

13. Ve-

13. Verum eſt quod ſi electi fuerit facta caſſatio per iudicem ex negligentia iudicis, non poteſt electus à ſua dignitate removeri facit pro mea ſententia, C. qualiter C. noſti, & C. cum in cunctis de electione, & C. avaritiæ eod. tit. in 6. Vnde miror quod in mea Religione Minimitana, Superiores Generales, & Provinciales ſtatim, ac ſunt electi, non expectata confirmatione, libere poſſunt ſuum officium exercere etiam ſi contra dictorum electionem fuerit facta appellatio. Qua cauſa moveor quæſtionem hic, quare non valet electio de Epiſcopo, qui ſaltem quoad mundum, maior exiſtimatur dignitas Epiſcopalis, quam generalitia, & provincialitia; quæ quidem prima, & ſi ſit maior extenſivè, & quoad ordines; non eſſe maiorem quoad dignitatem, etiam ſi Epiſcopalis ſit perpetua; ſecunda vero temporalis, de qua re infra poſt deciſionem trium §§. deciſionem meo dubio patientiam lectoris benigni in hanc reate peto, ad primum de Epiſcopo, & electo ad dignitatem, vel beneficium devenio, & dico quod etiam ſtante confirmatione ſi intercedit appellatio partis, appellatione pendente, non poteſt electus uti iure patronis, & hoc fuit deputatum, ut notatur in dicto C. avariæ ſupra cit. eod. tit. in 6. verum in re eſt quod ſtante appellatione poteſt poſt confirmationem exercere, quia confirmatio firmat iura electi ut ſupra dixi, in §. 3. huius Rubricæ n. 3. & notatur in C. avaritiæ, licet C. ablate in fine alias, ibi ſentiatur, de appellatione, ſicut in l. Reus, §. reum contra quem ff. de munum, hoc tamen valet quando appellatio eſt talis, ut teneat, & fundamentum iuridicum, ac verum habeat, & non ſictitium, C. conſtitutis 1. de appellatione.

14. Modo devenio ad caſum meæ Religionis Minimitanæ, quare Epiſcopus ante confirmationem, ſive alius, in dignitate conſtitutus ante confirmationem obtentam a confirmatore non poteſt exercere ſuum officium, Generales, vero mei Ordinis, & Provinciales ſtatim electi non obſtante quaqun-

que appellatione uſque ad cauſæ deciſionem ſuum officium liberè exercere poſſunt.

15. Reſpondeo huic dubio quod non eſt parvi momenti, quod hoc habent minimi ex conceſſione Pauli 3. ſummi Pontificis in ſua bulla dat. Romę 27. Martij 1536. ſui Pontificatus anno 2. §. 5. unde ſic loquitur ſummus Pontifex in bulla præcitata, quæ regiſtrata eſt in in digeſtu ſapientiæ minimitatæ p. 3. mihi pag. 28. unde reſolutio totius difficultatis habetur, nam non obſtat quod ſit maior dignitas Epiſcopalis quam generalitia, etenim a ſuperiore privilegia concedi poſſunt, cui ipſe voluerit tunc enim non proceditur prout de Iure ſancito, ſed ex gratia, nec eſt contra Ius commune, ſed preter, quod non obſtat neque legi, neque legiſlatoris auctoritati, poteſt videri totum C. quam ſit de elect. in 6. prout videre, eſt in Capitulis Generalibus meæ Religionis nempè in Turonen. 8. in cap. 2. Rom. 2. n. 30. in 1. Ianuen. n. 3. in 2. Rom. 30. cap. 1. Ianuen. 3. in C. valent. 9. quod idem valet de provincialibus mei ordinis unde puto quod confirmatio, iſtorum duorum prælatorum, potius [dum non adeſt appelatio contra eorum electionem, potius ſit cæremonialis, quam eſsentialis) dum ſummus Pontifex, & capitula generalia in electionibus eorum ipſos concoſirmant.

16. Quoad ſecundum §. dico, nempè de confirmato in Epiſcopum uel aliqua alia dignitate habente animarum regimen tenetur oſtendere illis, ad quas res pertinet licteras confirmationis, aliàs non tebuntur illum recipere; quod valet etiam in promotione apud Sanctam ſedem factam, & in conſecrationis, vel benedictionis munere, notat. in C. ſi Iudex. & de ſetent. ex comun. in 6. & ſatis clarum eſt apud auctorem in iſto §. petet igitur, nec non in textu.

17. At ponamus caſum, quod quis electus, &c. acceſſit ad ſummum Pontificem pro habenda confirmatione, & nolebat, totum proceſsum cognoſci, & examinari, motus hac

ratione

ratione videlicet, quia in ipſa electione eſt examinatus, quid in tali caſu? dicendum eſt, quod non eſt conveniens, ut iterum examinetur, facit C. ſemel de regulis Iuris in 6.

18 Certum eſt etiam, quod nunquam confirmatio fieri debet, abſquè cauſæ cognitione, in in §. ius autem, hic appud auctorem, & ſuperior, ad quem confirmare ſpectat debet rem benè examinare, nec non perſonam confirmandam, & ſi textus loquatur de Epiſcopis, & de alijs habentibus curam animarum, ego putarem, quod idem dicendum eſset de prælatis regularibus confirmandis à ſuis ſuperioribus, quia ſic Conventus, & provinciæ regularium gubernarentur ab hominibus virtuoſis, ac ſcientia ornatis; non autem ab ignorantibus, qui potius irrationales Bruti ſunt, quam homines, & legittimi Superiores eſsent reſpectu ſuorum ſubditorum, & non illegittimi ut ſuperius cum de electione demonſtravi; unde ſi ſecus factum fuerit, Inquit Textus, non ſolum doiciendos eſt promotus, ſiuè electus, ſed electores, qui promotores puniendi ſunt, & ſubdit. auctor C. nihil eſt enim quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam ſi indigni ad regimen animarum aſſumantur; C. cum nobis, & C. verabile de electione; & C. quid eſt cit. diſt. 77. & cum ex iniuncto de hær. quia confirmatoris intereſt repuniatur ſi indignum confirmet immo addo quod confirmatio facta, abſquè cauſæ cognitione, & perſonæ, &c., eſt ipſo Iure nulla, & habetur in C. fin. de electione in 6., & per Abbat. in C. nihil de electione oh, miſeria huius tempeſtatis, in qua, nullo modo virtutes reſpiciuntur, ſed ut plurimum, eliguntur illi, vel procuratur ut eligantur, qui, neque latinam linguam, Intelligunt, ſed ſolum, munera; abſquè diſcretione protectoribus ſuis lacta manu mictunt, convertus denudando, & ſubditos ſuos ſine neceſſarijs relinqunt unde, ſubditi dicere valent cum lacrimante Heremia; Pupilli facti ſumus ſine patré, &c. cum, ut plurimum ſub tiranno vivant, cum ignorantes, non ſint legitimi Superiores, ſed mercenarij,

& ita

& ita gubernant, tanquam ſi adeas non pertineret nihil de quibus.

19 Advertendum eſt etiam, quod Vicarius Generalis abſquè ſpeciali conceſſione Epiſcopi, præſentatum a Patrono, vel electum abijs quibus de Iure pertinet electio, non poteſt confirmare, ut mondicus defendunt Rolan. conſ. 47. n. 45. volum. 1. & Releulſſus in praxi beneficiaria, titul. in forma Vicar. 2 n. 126. & in addit. ad regul. 13. Cancellar. Verbo, aut Vicarios perpetuos, verſ. item Vicarius Generalis.

20 Sed verior eſt contraria oppinio, quia communis eſt apud dd., nempè quod Vicarius abſquè ſpeciali conſenſu, ſiuè conceſſione Epiſcopi, poſſit electos confirmare, & præſentatos instituere, ita Gloſſ. Verbo non poſſunt in C. fin. de officio Vic. lib. 6. Roch. de Iure Patr. verbo competens q. 31. n. 66. & 67. Lambertinus eodem tract. l. n. 3. lib. 2. art. 5. q. 1. in princip. Couar. lib. 3. variar. quæſt. cap. 20. n. 7. Selua de beneficijs p. 2. q. 14. Calda pereina de renovatione emphiteuſi q. 12. n. 11. Vivianus in praxi Iuris patronatus p. 2. lib. 2. cap. 2. n. 3. Sborz. lib. 2. q. 111. Gonzalez. ad regul. 8. Cancellariæ Gloſſ. 9. §. 1. art. 78. Suarius de patient. in practica tom. 2. præl. 3. n. 7. & 8. Quintanadad. lib. 1. Eccleſiaſt. cap. 5. n. 7. praxis Epiſcoporum verbo Vicarius §. 14. Azorius dict. cap. 44. q. 50. & lib. 6. cap. 22. q. 3. Nicolaus Garcia d. cap. 8. n. 84. cum ſequent. ubi n. 86. refert Sacram Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium, cenſuiſſe Vicarij mandatum limitatum inſtituere poſſe, & par. 8. c. 4. n. 50. refert Rotam Romanam, ita tenuiſſe, quæ rationes poſſunt habere locum in Vicarijs Generalibus, & Provincialium, quando in ſuis litteris patentalibus, non eſt limitata poſitivè facultas confirmandi, ſiuè, non inſtituendi, &c.

21 Notandum eſt tamen appud Barboſam de Officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. Niſallor. pag. mihi 177. allegat. 177. n. 71. quod Vicarius abſquè ſpeciali mandato Epiſcopi beneficium

neficium ſupprimere non poteſt, nec plura beneficia unire in unum, nec uniones revocare ita Puteus decif. 53. lib. 3. Sbr. lib. 2. q. 117. n. 5. Aloyſ. Ricius in Colectaneis dec. p. 1. collect. 143. poſt princ. Sborz. lib. 2. q. 115. extendo, ad Vicarios regularium cum militet eadem ratio, quia ſi de quo magis ergo de quo minus.

22 Non poſſum tacere difficultatem unam, quæ eſt ſequens nempè an Vicarius poſſet novvas erigere Parrochias, & penſiones imponere ſuper beneficijs, ubi hoc facere poteſt Epiſcopus. Negat firmanter Sborz. lib. 2. q. 117. n. 2. & lib. 2. q. 71. n. 4. ſicut nec Economum conſtituere, abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, idem Sborz. lib. 2. q. 53. n. 2. nec Territorium alio Epiſcopo concedere poteſt, abſquè ſpeciali mandato ſui Epiſcopi. Beluff. ubi ſupra. n. 19. eum citavi n. 171. praxis Epiſcopor. p. 2. verbo Vicarius §. 6. Sborz. lib. 2. q. 12. n. 1. & ſequenti.

23. Si autem Vicarius Epiſcopi vult de hereſi crimine cognoſcere, debet habere ſpeciale imò ſpecialiſſimum mandantum, ſeu conſenſu, ab Epiſcopo cuius Vicarius eſt; ſicuti ad dandam facultatem audiendi confeſſiones; de primo dubiò firmat decianus pro meo aſſertu tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 21. n. 7. Sbroz. lib. 2. q. 161. n. 4. & 5. de ſecundo, habetur apud hoſtienſ. in Summ. titulò de pænitentia §. cui confitendum, ad finem, Ioannes Andreas in cap. 2. de pœnitentia lib. 6. ubi Dominus Ancharanus n. 1. Philippus Franciſcus n. 7. Sotus in 4. diſt. 18. q. 4. & q. 14. n. 3. Alber. in diſtinct. verbo Vicarius, etiam Epiſcopi Sanchez. lib. 3. diſp. 29. n. 14. & ſi alij aliam ſententiam teneant.

24. An vero hoc poſſint facere etiam cum auctoritate Epiſcopi, ſine prævio examine, illius qui poteſtatem audiendi confeſſiones petit, & conceſſio ſine examine prævio valeat, & abſolutiones à ſic approbate bonæ ſint dixi in ſecundo libro inſtitutionis Canonicæ unde hic non eſt opus repetitionis talis materiæ.

25. Vide ; ibi cum de Sacramento pęnitentiæ §. quod autem, pag. 146. n. 138. rationem tamen aliquam hic adducam contra confeſſarios ſine examine approbatos, cum extorſione precum, & munerum [quod deus auertat, ut hoc fiat eſt res poſſibilis tamen) quęquidem ratio eſt Baſsei. Verbo Confeſſarius pag. 177. n. 2. inquit enim Baſſeus lococitatò. *Iuriſditio in foro interiori, delegari non poteſt, niſi ſacerdoti, quia ille ſolus poteſt actum huius Iuriſdictionis per ſe exercere, & ſic quantum eſt ex vi poteſtatis ordinis cuilibet ſacerdoti poteſt delegari, tamen ut rectè fiat talis delegatio, neceſsè eſt, ut ſacerdos idoneus, quoad ſcientiam, & prudentiam, & probitatem, huic muneri abeundo neceſſariam; ut vero ritè fiat neceſſe eſt ut talis Sacerdos ſit approbatus, Iuxtà formam Concilij Tridentini*, Seſſ. 23. cap. 15. quæquidem forma debet eſſe ut qui admictatur per ignem examini ſtranſire debeat, &c. unde bene dixi ego in meo commentario in ſecundum librum inſtitutionis Canonicæ, loco ſupracitato, nempè quod, qui audit confeſſiones abſque ſufficienti ſcientia, & previo examine praviter peccat, ut qui neſcit diſcernere in quibus caſibus poſſit aut nō poſſit abſoluere; qui ignorat peccata communia mortalia, aut ſimplicem fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter eſſe peccatum mortale, vel quaqunque ſuperbiam, iram, invidiam, gulam exiſtimat eſſe mortalia; vel deniquè, qui neſcit cognoſcere regulariter, moralem actum, etiam ſub communi ratione peccati, mortalis, aut venialis, ſecundum eorum Generalem rationem, ac dictinctionem, ille ſinè dubio eſt prorſus inhabilis, ita vt abſolutio data ab eo nullius momenti ſit ita Navarrus in Manual. cap. 4. n. 12. Laiman. lib. 5. tract. 6. cap. 13. n. 1. Suarius diſput. 28. ſect. 2. Tannerus dubio 5. n. 96. Bonacc. punct. 4. §. 2. n. 5. Coriolanus de cas. ne ſerus. p. 1. ſect. 2. art. 1. Baſſeus poſt ipſos Verbo confeſſarius pag. mihi 194. n. 10.

In

26. Plura docet auctor in iſto §. cum Tribus ſequentibus, & primo, qualis debeat eſſe Epiſcopus circa exemplum, in oues ſuas ſibi commiſſas. Secundo quod, Inter duos electos præponendus eſt dignior. In tertio docet quid faciendum ſit, quando Capitulares dividantur in duas partes, & una pars habet poſtulare alia vero eligere. In quarto, quod in actu confirmationis confirmator debet ante confirmationem partes citare, &c. & quia ſunt iſtæ difficultates, non parvi momenti, ideò, de illis omnibus reſolutionem proferam gradatim, & quam breviter me expediam, ut ad aliquas difficultes pro ſecuritate conſcientiæ ſoluendas in appendice reſoluam.

27. Ad primam propoſitionem auctoris dico, quod Epiſcopus [iuxta auctorem, noſtrum, & Textum] cum in cunctis ordinibus ſibi locum vendicet, Epiſcopo tamen multo fortius, qui ad curam aliorum poſitus, in ſeipſo debet oſtendere quomodò cæteros in Domo Dei oporteat converſari, undè ſatis clarè Apoſtolus Paulus Epiſt. 1. ad Timotheum dicit oportet ergo Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, &c. cum totum id quod locuturo paritur ab Apoſtolo, quod idem eſt, ac dicere, quod Epiſcopus, debet eſſe lucerna ardens ut ſuis virtutibus, & perfectionibus omnes illuminet, quapropter benè dixit S. Gregorius Nazianzenus in Apologia, *Nemo ſapiens lætò animo Creatur Epiſcopus ſi quis pericula ei propoſita conſideret*, undè Sanctus Chryſoſtomus ad hebræ homil. 34. idè proſequitur, & in cætera inquit *miror ſi poteſt ſoluari aliquis rectorum* quod id dicendum eſt, de regularium Superioribus, & videmus tanctos homines in hac tempeſtate currere, cum modis etiam illicitis, & à Sacris Canonibus ſanctionibus vetitis, ſeipſos præcipitare in tantam molem undè, benè dixit Petrarca, de remedio utriuſque fortunæ lib. 1. Dialog. 107. *à vertigo morum peſſima*,

Digitized by Google

ad quod olim, conſueverant, & deberent cogi homines, inde nunc retrahi non poſſunt.

28. Prælati enim Reges dicuntur, quia animas regere debent aliorum 12. q. 1. C. duo ſunt C. pit. nihil, vbi Abbas de electione, & habetur, de vita, & honeſtate Clericorum, ſi prælat. in Rub. & C. cum in cunctis, de electione, & infrà de vita, & honeſtate prælat. quod valet etiam de conſtitutis in Sacris ordinibus, nec non in minoribus, ut nat. 32 diſtinct. in ſumma, qua propter prælatus habens animarum curam, proeis tenetur ſuam vitam exponere mort. S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 5. ratio eſt, quia tenetur reddere rationem de animabus ſibi commiſſis ſi male gregem ſuum cuſtodierit C. pen. de regulis iuris quapropter bene dixit S. Auguſtinus in C. ante omnia 40. diſt. *nihil eſſe miſerius, triſtius, & damnabilius apud Deum Epiſcopatus officio, ſi perfunctoriè agatur, & ſicut decet nihil periculoſius*, quare condendo S. Vincentius, Ferrer. in ſerm. 7. Dominica 2. poſt octauam Paſchæ inquit *miratur quomodo Epiſcopi poſſunt cum gaudio viuere, cogitando tantùm onus quod ſupra ſe portant.*

29. Oh infelicitas huius temporis, in quo reperiuntur non nulli prælati, qui nihil curando de ouibus ſuis; ſolum proventus quærunt, non animarum profectum; videmus clerum, vivere in omni libertate, & vanitate, mores religioſorum depravatos, &c. & totum, euenit, quia dum Caput dolet, omnia membra langueſcunt; & ſi aliqui prælati benè, & ut tenentur agere agunt, illuduntur, & deridentur; Hec quoad primam difficultatem.

30. Ad ſecundam, quod inter duos electos dignior anteponendus eſt, auctor habet hæc verba *quod ſi fortè eligentium vota in duas ſe diviſerint partes, is confirmatoris iudicio alteri praferendus erit, qui maioribus iuvatur ſtudÿs, & meritis*, concordat C. quoniam de iure patronatus, C. ſi forte 63. diſt. & magis clara res habetur in C. cum Eccleſiæ veſtra, de electione, & in cap. 2. de officio cuſtodis ratio eſt, quia

 ſi con-

ſi confirmator dignum confirmaret omiſſo digniori faceret illo ſecundo iniuſtitiam, & peccaret mortaliter iuxtà S. Thomam 2. 2. q. 63. art. 2. Sylvius ibidem quæſit. 4. concl. 1. & 3. Malderus 2. 2. tract. 9. cap. 2. dub. 7. Diana p. 2. tract. 1. Miſcell. reſol. 40. Sigiſmundus à Bonon. tract. de elect. dub. 31. Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. hæc ſunt verba Concilij dicti *decernit Sancta Synodus eos mortaliter peccare, qui non eligunt, quos digniores iudicaverint*, perinde verò dignior cenſendus ſit, iam dictum eſt hic, & ſupra in Rubrica de electione.

31. Ad tertiam difficultatem, quæ provenit ex §. & ſi vacante Eccleſia, dico, quod ſi collegium ſciſſum ſit in duas partes; unus ab una parte fuerit electus, alius verò ab alia poſtulatus, ſi poſtulantium numerus, ſit duplo maior, poſtulatio, eſt admictenda; ſi id minus, electio eſt admictenda, ſic textus noſter, & hoc ſolum eſt verum quando electio concurrit, cum poſtulatione, vel è contra, & ratio eſſe poteſt, quia non datis duobus partibus poſtulantium, non eſt ibi potentia Capituli, ſed ſolum aliquid de potentia capitulari reperitur in parte eligentium; cum ſolum habeat aliquot de duobus partibus, undè habito reſpectu, quod eligentes provident per viam ordinariam, meliori modo, quo poteſt, nempe conſentiendo tanquam in ſponſum, alij perſiſtentibus in via extraordiuaria, merito præfertur ipſa electio, maximè conſuliter, & providetur Eccleſiæ, C. ſcriptum de electione.

32. Ad quartam, dico quod ad loca publica, ſivè ad Valuas Eccleſiæ debent citari intra terminum aſſignandum eis, ut contra electum dicant, quidquid probare poſſunt iuris ordine ſervato, & hoc valet, tam ſi electio fuit facta concorditer, ſivè non; ità in C. cupientes in V. concordem de electione in 6. & per Abbatem in C. in cauſis de elect. & in C. non poteſt de re iudicata.

33. Verum eſt, quod prout habetur in textu §. ſciunt tamen

tamen, &c. ſi ſe apponentes electioni facta nemine diſcrepante probationibus iudicis deſtituti ſint, debent excludi ab eorum pænitentia, & puniri iuxtà leges debent tamquam Reipublicæ perturbatores, nam in alterius detrimentum propoſitum mutare licet: C. mutare de re iudicata in 6. cum ſuis concord. ad idem C. publicato de electione, & quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt ubi alterius intereſſe verſatur, C. quod ſemel de Regulis iuris in 6. excipe tamen in caſibus, in quibus iura pœnitentiam, & mutationem voluntatis admictunt, ut ibi notatur.

34. Quæ autem ſunt pœne infligendæ hijs mutantibus voluntatem ſuam vide C. 1. §. final. & C. ſi forte, & C. ab eo, & C. cupientes de electione in 6, ſicut videre eſt apud auctores de pænis quibus ſubeſt ſe opponens alicui electioni Iniuſta, & ſine rationabili cauſa, & videtur ibi quod non ſunt parvulæ ſed magnę, & prout ſunt in uſu.

Appendix multa dubia curioſa proponuntur.

35. Dixi in fine §. ultimi [prout ſunt in uſu] exquibus verbis, multa dubia ego colligo, pro ſecuritate conſcientię Religioſorum, ac Præsbiterorum; nempè, quem vim habeat uſus; & quid faciat, quando nam legem inſtituat; & quando non, de quibus multa quæſita facciam cum ſuis reſolutionibus.

36. Quæres 1. an conſuetudo in foro interno, ſicut in foro externo excuſet, à peccato, tam ſubditum, quam prelatum?

37. Reſpondeo negatiuè, & præcipuè quando conſuetudo eſt contrà legem conditam à licitè potente illa condere cap. 2. de pænitentia, & remiſſione lib. 6. nam nulla conſuetudo introduci poteſt, abſquè ſuperioris licentia ut ex dicto cap. 2. notat. Palud. in 4. diſt. q. 3. art. 2. concluſ. 3. & Angel. V. confeſs. 3. §. 30. & tangit Concilium Trident. ſeſs. 23. cap. 15. unde; valdè in hac re conſiderandum

dum eſt, nam conſuetudo iuſta facta, aut permiſſa à prælato,&c.facit licitum id quod licitũ non erat l.qui ſit fugitivus 17. §. appud labeonem ff. de ædilit. edit. & approbatum à conſuetudine, habetur de Iure communi approbatum ſecundum Bartol. in l. ſi pignore §. ult. ff. de pignore, actio. & Iaſon. in l. certi Iuriſ. C. de Iudic. quod verum eſt quando per ſtatutum poteſt induci, alias conſuetudo induci non poteſt ratio eſt, quia ubi lex reſiſtit obligationi uſuali, uel conſuetudini, non oritur obbligatio, ad ſequendum talem uſum legi contrarium, immò ut alibi dixi, non eſt uſus, ſed abuſus, & corruptela, contra bonam legem probat Textus in d. C. non ſortem, in principio de ff. de fidei iuſſione, & melius omnibus textus Concil. Trident. cap. 1. de matrimonio Clandeſtino ſeſſ. 24. & notat. Iaſon. in l. non dubium.

38. Pono caſum, V. G. Sacre Sanctiones, dant regulam quomodo veſtire habeant præsbyteri, &c. videamus modo ſi uſus introductus, alia via veſtiẽdi&c. excuſet a trasgreſſione precepti per Sacros Canones poſiti, & prælatos hoc permictentes à culpa, cum Iurent obſeruantiam Sororum canonum, &c. ſicut, & Superiores religionem permictendo, quod non ſolum accidentalia regulæ ſed, eſſentialia per abuſum in oblivionem pergunt.

39. Et affirmativè reſpondeo, quod peccant graviter non faciendo ſervare omnimode Regulas fundatorum; ſicut, & Epiſcopi, Sanctiones Sacrorum Canonum à ſuis presbiteris, etenim leges canonicas, & Regulas religionum tenentur Superiores illarum adamuſſim, ſervare, & operari ut ſerventur à ſubditis, non minus, ac Epiſcopis Sanctiones ſacras a ſuis Dioceſanis presbiteris, nec valet quod illa in obſeruantia, facta ſit conſuetudo, quæ conſuetudo tollerata ſit à legislatore cum patientia. Tenet ſotus in 4. diſt. 18. q. 4. art. 2. §. ſimiliter unde, ſi in conſuetudine tria non concurrat, nempe quod non ſint contra legam datam a legislatore, quod lex contra quam eſt uſus introductus, ſit irrationalis.

& non

& non in dei maiorem honorem, & animarum ſalutem, tunc utiquè uſus ſaltem decem annorum, eſt validus; quod verò Superiores permictendo, ſiue tollerãdo iſtos abuſus lætaliter peccent, patet ex definitione peccati lætalis nempe quod ſit *volũtaria deviatio à lege Dei, & recta ratione* in cap. 3. Regulæ Minimorum hæc verba ſunt, ſub n. 9. *poterunt inſuper ſinguli prout exegerit neceſſitas ſuo ſub habitu portare turicas, & turicellas, ex humili panno, ac de ſtamimea, &c.* & in Correctorio pars eiuſdem regulæ n. 19. *ſi quis contra tertium Capitulum Regulæ huius ordinis, lineas camiſas detulerit, aut abſquè habitu dormierit; ſi ſubditus ſit, ſpatio quinque dierum, vino, & pictantia careat, ſi Prælatus exiſtat taliter; delinquens tribus menſibus continuis ab officio ſuſpendatur*; undè, ex commento eiuſdem Regulæ Compilatore R. A. P. Laurentio de Peyrinis q. 2. n. 2. pag. mihi 127. deduco, quod tam Prælati, quam ſubditi negligentes in obſervantia illarum rerum etiam non eſſentialium, quæ ſunt in ipſa regula à legiſlatore, & fundatore Religionis tendentia ad obſervantiam divinorum præceptorum cum animæ maiori fructu omictendo, & permictendo abuſum illarum peccant mortaliter, etiam ſi alias, regula ſub nulla culpa hoc præcipiat, & hac ratione principalis finis derelicti, dummodo non ſit cauſa legitima excuſans à tali obſervantia, facit pro mea ipſe commentator citatus d. loco, & C. cum ad Monaſter. de ſtat. monacorum, in principio, & eod. titulo Clement. ne in agro §. fin. nam. intentio legiſlatoris eſt directio in vitam æternam; firmare videtur hoc Divus Thomas 1. 2. q. 109. art. 4. in corpore, ubi Medina, Sotus de iuſtitia, & iure lib. 2. q. 3. art. 10. Reginald. in prax. lib. 1. n. 4. Sanchez. 1. in decal. cap. 14. à n. 1. etenim dilectio Dei ſuper omnia eſt in præcepto, non tantum quoad ſubſtantiam, dilectionis, ſed etiam quoad modum, ſuper omnia etenim legiſlator dando nobis tale præceptum, ſe explicavit dicens *diliges deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c.* ergo licet

inten-

Digitized by Google

intentio Dei, & Eccleſiæ in dandis præceptis, non fuerit obligare ad finem quia tamen ad talem finem obligare voluit, & potuit noſter legiſlator, ſicuti cæteri legiſlatores filios ſuos in Religionibus; ergo tenemur illam obſervare, & ſuperiores facere ut regulæ adamuſſim ſerventur, & ſi talia non obſervare ſecundum ſe non ſit peccatum, peccatum eſt grave tamen patri non obedire; & ſic contra unum præceptum fit non obſervando poſitiones regulæ, quia unicus eſt finis, ita Perez. in cap. 5. regulæ S. Benedicti a n, 27. in comment., prior. cum alijs.

40. Tum quia conſtitutiones regulæ ab omnibus Religioſis ſunt acceptæ, & volitæ in ingreſſu Religionis, & de eis promiſſa ab eis fuit obſervantia. Lex autem promulgata ſubditis, & ab eis liberè acceptata, & volita, & tranſgreſſio illius importat grave damnum Reipublicæ, ideſt Religioni graviter peccat, Navarrus cap. 23. n. 41. Valentia d. 7. q. 5. punct. 1. Rodriquez n. 10. Bonacc. cap. n. 34. Suarez lib. 3. cap. 10. n. 10. Clavis regia lib. 3. cap. 5. n. 14. Reginald. n. 162. Agitur enim hic de damno publico Religionis, nam extrinſecum decorem amittit Religio, dum multi in externo non ſunt Religionem ſervantes, & deficiunt in fide data deo Eccleſiæ, & fundatori in die ſuæ profeſſionis, cum illa verba *voveo, & promitto ſtare, & perdurare toto tempore vitæ meæ, ſub vita, & regula, &c.* quod eſt inire conſtractum cum deo Eccleſia, & Religionis Patriarcha, contractum quidem (ut ita dicam ſocietatis.

41. Socius autem contractus ſocietatis, verum eſt quod non tenetur de leviſſima culpa, ut probat text. in l. Socius ſoc. 72. ff. pro ſoc. 77. ff. pro ſocio, & docent omnes communiter, ratio eſt, quia contractus ille fit gratia utriuſque contrahentis, quo caſu non tenetur quis ſine dolo, & culpa lata, & levi, l. ſi ut certo §. nunc videndum ff. commi unde ſi Socius in rebus ſocietatis non minorem diligentiam adhibuerit, quam in rebus ſuis adhibere ſolitus ſit, quantumqunq. alias negligens ſit, excuſatur in foro externo à reſti-

 tutio-

tutione rationem tradit dicta l. Socius, quia inquit, qui parum diligenter ſibi Socium aſciſcit, de ſe conqueri debet [nota illud verbum, *qui parum*] ſed conqueri debet, idem dicit text. in §. fin. inſtit. eod.

42. At in foro conſcientiæ tenetur, ſi aliquod detrimentum, ex culpa illius etiam leviſſima ſocietati contingat, ſivè illa culpa ſit diligentis, ſivè negligentis, ità Rebellius, de obligat. iuſt. 2. p. lib. 15. q. 8. n. 3. contra Corrad. q. 93. ad finem. Movetur quia inquit etiam ſi contractus non intervenerit, culpa quantumqunque levis, ac venialis contra iuſtitiam commutativam commiſſa ad aliquam obligat reſtitutionem, maiorem, vel minorem, pro ratione maioris, vel minoris culpæ; ſed hæc regula non eſt generalis; cum multa damna dari poſſint ex leviſſima culpa, quæ non ſunt ex iuxtà læſione illata, nec contra iuſtitiam commutativam. Hoc ergo dato quomodo non contremiſcunt Prælati (cuius vis generis ſint) & animarum curam habentes qui contractum inierunt, cum deo, & ſuis Patriarchis, ut bene talentum ſuum negotiaret pro ſalute animarum ſibi concreditarum, & loco ponendi talentum ad menſam, ſub lapide occultarunt, relinquendo ſubditos in libertate faciendi, totum id, quod magis illis placet; mihi videtur, adhuc modo audire Ieſum dicentem illis: Simon dormis? non potuiſtis una hora vigilare mecum Paſce oves meas, puto quod tota negligentia veniat quia ſolum venter, & crumena amatur ab eis, anima vero ſua, & aliorum tamquam ſal infatuatum ab illis exiſtimetur, & totum ex ignorantia; ex non legere libros, quibus dicit Gregor. lib. 1. Paſtoral. cap. 9. *virtutibus pollens*, *coactus ad regimen veniat*, *virtutibus vacuus*, *nec coactus accedat*, ſed non ita dicunt, ignorantes; ſed bonum eſt nos hic eſſe; manducare, bibere, & dormire, crumenam implere, & alios pauperes, & famelicos videre, quam bonum eſt, ſufficit, ut vineam cum radicibus plantarum relinquamus, ſic dixit Tacitus, in

per-

perſona actoris lib. 1. inſt. *urbis noſtræ inſtitutum, a Regibus uſquè ad principes, continuum, & immortale, ſicut à maioribus accepimus, ſic poſteris tradamus*, ſed non ita, at vineam domini cuſtodire, & meliorare debent, loquor de Superioribus ignaris, ſi qui ſunt, qualis confuſio vobis erit quando dicta erunt vobis illa verba, iam dicta per Superioribus Populi Hebræi, per Ezechielem Profetam cap. 34. *Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis; quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis; quod infractum eſt non alligaſtis; & quod abiectum eſt non reduxiſtis; ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia; & diſperſæ ſunt oves meæ, eo quod non eſſet paſtor, & facta ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri, &c.* quid reſpondent in illa die, ubi auctoritas, ambitio, & ſitis auri, & dominandi Superiorum igniorantium velut fumus deficiet *ſi vita bonorum paſtorum turbabitur* [inquit Gregorius Magnus] *quomodo tunc impiorum conſcientia eſecutrix*; periculoſa eſt vita, & ſolus iſtorum inquit Origenes. *Neque enim ad principatum Eccleſiæ venit, qui ſalvari vult.* ſatis de dicto à me in hac appendice.

RVBRICA OCTAVA.

De conſecratione Epiſcopi.

1. PEracta tractatione, de electione prelatorum, & precipuè Epiſcoporum canonica confirmatione, & examine, tandem, de complemento huius operis diſcurrendum eſt, ſicut, & a quo, uel a quibus conſecrari debet, in quo tempore, & de modo Conſecrandi de quibus omnibus paucis lineis diſcurrendum eſt ſit ergo.

In

2. Auctor noſter prius hic tractat de tempore quo debet Epiſcopus conſecrari, poſt ſuam electionem, examen, & confirmationem, & firmat, quod dum non adeſt legiptimum impedimentum, in termino trium menſium, debet conſecrari ne Eccleſia vidua maneat, & quamquam adue Epiſcopus non conſecratus, ſi eſt confirmatus Eccleſia vere vidua non dicatur, quoniam talis Epiſcopus electus examinatus, & confirmatus ea quæ ſunt Iuriſdictionis exercere ut habetur in textu. §, fin., & per Abbatem, in C. inter corporalia, de translat. aliquando tamen eſt veritatis expreſſiva, ut habetur in lege 1. de tranſactionibus, at quia Epiſcopus non conſecratus, non poſſit exercere quæ ſunt Ordinis, nec poſſit Epiſcopus appellari, ſe habet tanquam ſponſus de futuro, C. tua de ijs quæ fiunt à Prælatis ſin. conſ. capituli, & not. in Clem. 1. de Bapt. & per Abb, in Rubric. & cap. 1. de tranſation. prælat. undè quando Epiſcopus nondum eſt conſecratus, & ſi non ſtrictè, ſaltem largè Eccleſia dicitur viduata facit C. quoniam diſtinct. 100.

3. Conſecrationis Epiſcopi tempus aſſignatum, eſt infra trimeſtre, a die nominationis, ſive electionis, aut præſentationis, & tale tempus currit à die, nominationis, ſiue, electionis, aut præſentationis ſummo Pontifici Romano, ſub pæna amiſſionis fructuum, negligentes per alios tres menſes ſunt ipſo Iure privati Eccleſia, facit pro me C. quoniam 75. diſt. C. qnoniam 100. diſt. Conc. Trident. ſeſſ. 23. de reform. cap. 2. de qua re Navarrus in manual. cap. 25. n. 18. verſ. 8. Bertachin. de Epiſcopo tract. 2. lib. 3. q. 1. fol. 82. Rendina in prompt.recept.ſent.tit.38.n.13.Iacobus de graffijsin aureis deciſionibus cap.97.n.52.p.1.lib.2.prax.Epiſc.Verbo conſecratio prælatoriũ pag.89.Frãciſcus leo in Teſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. c. 3. num. 22. Tuſcus pract. concluſ. 743. Gonzalez ad Reg. 8. Cancel. gloſ. 24. n. 141. Reginaldus in praxi fori pœnitent.

nitent. lib. 32. tract. 2. n. 58. Campanil. in diverſorio Iuris Canonic. Rubric. 6. c. 6. n. 9.

4. Quod quidem tempus trimeſtriale incipit à die confirmationis eiuſdem Epiſcopi à ſummo Pontifice facta, vel ab alio ex eiuſdem mandato, tenet Gloſs. in C. cum in cunctis §. cum vero; verſ. tempore de electione, & reſolut. per flam. de reſignatione lib. 7. q. 1. n. 92. nec obſtat Textus in C. ordinationes il 1. §. tempus diſt. 75. dum ibi præcipitur ut conſecratio ultro tres menſes non protrahatur poſt electionem, nam hoc intelligitur de electione confirmata. Iuxta Archidiaconum, & Geminianum.

5. Intereſſe debent in conſecratione alicuius Epiſcopi ſaltem, tres Epiſcopi, ratio eſt quia prout habetur in textu Beatus Iacobus, vocatus Iuſtus, a diuo Petro Ioannes, & altero Iacobo, Apoſtolus ordinatus fuit, dantibus alijs in hac forma, & ita loquitur clarè textus, ut ſi aliter Epiſcopus ordinatus fuerit, Epiſcopus nominari non debet diſt. 75. per tot. not. 2. & de nomine dignitatis §. quod autem diſt. 68.

6. Immò ſinè licentia Papæ, à Metropolitano Papa præſente non poteſt conſecrari Epiſcopus ſuffraganeus, etenim ceſſat auctoritas inferioris dum maior eſt præſens Argumentum C. meminimus, ubi Abbaſ. not. C. in diſtribuendis de tempor. ordinat. & C. ante pen. ubi notat. de elect. in 6., niſi tamen alias eſſet conſuetudo non interdicta §. cum Provinciales C. Epiſcopi, C. Provinciales, & per totam diſtinct. 64.

7. Quatenus vero (permiſſive, & exconceſſione illa data à S. P.) à Metropolitano conſecratio alicuius Epiſcopi fiat, debent ab ipſo vocari ſuffraganei; verum eſt quod metropolitanus impeditus alteri commictere poteſt, dummodo ſemper tres Epiſcopi ad talem conſecrationem reperiantur, argumentum C. meminimus ubi abbaſ. not. C. in diſtribuendis, de tempore ordinis, & C. ante pen. ubi not. de electio, in

6. niſi

6. niſi tamē, alias habere tconſuetudo approbata §. cum Provinciales, C. Epiſc. C. Provinc. & per totam diſtinct. 64. & alibi.

8. Certum, ac indubitatum eſt, quod ad talem functionem Conſecrationis alicuius Epiſcopi, &c. ſuffraganei vocati, debent comparere, ſi ſint abſquè impedimento, & quatenus impediti ſint Iuſta cauſa per licteras ſiuè per mandatum, fide dignum debent ſe excuſarè. Concordat cum meo dicto Cod, non debet diſtinct. 65. & firmat. textus §. evocandi, ſed melius eſt ut impeditus procuratorem mictat licteris autenticis ſe per ipſum excuſando, habetur hoc in l. 1. de ff. dę verborum obligatione, & l. ſi procuratorem ff. de procurat. argument. contra de pænitentia diſt. 1. C. quem penitet., & inſt. de Auctoritate tut. §. 1. & l. pupillus §. obbligati ff. de auct. Tutor. per nuntium quoque, ſiue per procuratorem dicitur, quis præſentiam exibere ſuam notat Doctor in C. cum parati, de appelatione, per C. Epiſcopus diſt. 18. pen. de Iure colum. poſſunt etiam videri quæ notantur in Clement. dudum de ſepulturis, in verbo præſentari, & in C. ea naſcitur de hijs quæ fiunt a prælatis, cum multis alijs auctoritatibus.

9. Si vero Archiepiſcopus ipſe impeditus ſit ita ut ad talem conſecrationem ſibi à ſummo paſtore commiſſa interueni re non poſſit, prout habetur in hoc titulo de conſecratione, §. quod ſi Metropolitanus, & inquit textus poteſt alicui ex ſuffraganeis talem functionem demandare, aquo Epiſcopus conſecrandus conſecrationem petere debet, atque recipere. dubium eſt an poſſit commictere alio Epiſcopo, vel Archiepiſcopo extra ſuam provinciam habenti Iuriſdictionem, &c. utiquè dico ego, tenet Hoſtien. in C. quod ſedem de officio ordi: unde hic ſumitur eius opinio à commentatore Textus communiter, ut per Abbat. dicto loco, & quod hic, & in dicto C. quod ſedem, dicitur de impedimento, habet locum de honeſtate, ratio eſt quia agitur de bono publico, ubi, non eſt reſpiciendum ad perſonarum acceptionem, non

ſunt

ſunt tamen meo videri deſpiciendi, Epiſcopi Provinciç propriç ſi volunt, & poſſunt adeſſe, ut loquitur textus §. illud quæſitum, quæ quidem conſecratio, ſecundum Textum noſtrum ſic debet explicari *congregatis igitur die Dominico, &c. die 3. V. G. menſis Iulij, &c. Epiſcopi, & cum precibus celebrato, &c.* cum cæteris, quæ ibi in eodem textu adnotantur, ſervatis, &c. & precipuè, quæ ſecundum Greg. S. P. M. fuit conſecratus &c. In qua actione conſecrationis, uel ordinationis an omnes conſacrare habeant vel unus ſolus, dic quod omnes cōſacrare illum habent. Conſacrare etenim nihil aliud dicit, quam cum alio Sacrare 24. q. 1. C. pudenda, ſicuti plures ferunt pondus ita quod nullus per ſe portet l. ita uulneratus §. 1. ff. ad l. Aquil. argument. contra in l. uulgatis ff. defuit, & hæc ſufficiant de conſecratione.

10. Videamus modo, aliquid de dignitate Epiſcopali, quid dicendum ſit, certum eſt dignitatem Epiſcopalem, nec non ipſius iuriſdictionem, ut ordinarium, & ex officio conſideratam, ſaltem in generali fuiſſe inſtitutam à Criſto Domino, ad effectum, ut Petrus; & ſucceſſores eius Eccleſia Dei per Epiſcopos gubernaretur, prout patet ex verbis divi Pauli ad Epheſ. 4. & 1. ad Corintios cap. 12. dicentis poſuiſſe Chriſtum in Eccleſia Paſtores ideſt Epiſcopos, & poſt Hieron. & alias PP. exponit Suarius tom. 4. de pænitentia p. 2. diſp. 25. ſect. 1 art. 7. & ex loco actorum 20. habetur *ibi poſuit vos Spiritus Sanctus Epiſcopos regere Eccleſiam*, quem locum in idem adducit Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 4. prout ipſum citat. Barboſa de inſtitutione Epiſcopi p. 1. tit. 1. n. 24. pag. mihi 8. & Bellarminus lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25. Suarius loco cit. ubi idem probat auctoritate plurium SS. PP. & ex ratione præfatæ Monarchiæ in Eccleſia per Chriſtum Dominum noſtrum redemptorem generis humani inſtitutæ, & tamquam Principem, & Monarcham ſuper omnia, & omnes fideles, cuius vis generis, & dignitatis ſint Petruum, & eius ſucceſſores inſtituit, illis verbis *tu es*

Petrus,

Petrus , & ſuper hanc petram ædificabbo Eccleſiam meam , &c. quod totum poſt alios obſervat Covarr. in Reg. peccatum p. 2. §. 9. n. 6. quæ quidem dignitas , & iuriſdictio in genere, & ſecundum ſe nec minui , nec augeri poteſt .

11. At ſi conſideretur ſingulariter, prout Epiſcopus ſuper certos populos , cum tali , & tali poteſtate , in hoc à Summo Pontifice , extendi , vel minui poteſt ut poſt Angelicum Magiſtrum pluribus in locis , & alios ſcribentes firmat , & reſolvit Covarr. loco citato , Suares , ſimiliter loco citato , Bellarminus lib. 4. citato ſimiliter cap. 24. Valentia tom. 4. diſp. 7. q. 10. punct. 2. pag. 2. col. 1. & probatur hæc reſolutio ex C. ita domin. 19. diſt. & ex C. quoties 24. q. 1. undè Summus Pontifex creat. Epiſcopos , & illos transfert, de una diœceſi ad aliam , ut habetur ex titulo de tranſlatione Epiſcoporum .

12. Difficultatem movent , aliqui Epiſcopi , noſtræ tempeſtatis , & dicunt quamvis ignoranter , nihil aliud eſſe quam primum Epiſcopum inter æquales ; res vero lacrymanda ſi bene conſideretur , quid enim eſt Pontifex Romanus vulgariter Papa Vocatus , quod [admirabilem] ſignificat a [Papę] interſectione admirantis , eo quod Vicarius ſit Chriſti , & Dei . Cuius eſt terra , & plenitudo eius eſt enim totius populi Chriſtiani , Paſtor , omnium Eccleſiarum caput , ſuper cætera capita , Epiſcopus Epiſcoporum cui omnes ſubduntur , ipſos ipſe facit , & Epiſcopatu eos iuxta cauſa privare poteſt .

13. Talis iuriſditio Papæ , ſicut nec quævis alia , ſive temporalis , ſivè ſpiritualis , non tribuitur ipſi à Cardinalibus per electionem , ſed poſtquam ipſi Cardinales perſonam deſignarunt , per eorum electionem in talem , provenit ipſi Papæ à Chriſto Domino , vi promiſſionis factæ Sancto Petro , Matth. 6. quare Summus Potifex Romanus a nemine iudicari poteſt , Clement. Romani , de iure iurando Sylveſter verbo Papa, n. Layman. lib. 1. tract. 4. cap. 6. §. 1. n. 6.

n. 6. & 7. Suarius lib. 4. de eg. cap. 7. vide, quæ dixi de auctoritate Papæ Superius Rubric. 2. in Secundum Librum inſtitutionis Canonicæ, in §. inquorum celebrandorum & alibi, ubi plura invenies.

14. Vndè Papa in ijs, quæ pertinent, ad univerſalem Eccleſiam errare non poteſt, & hoc ex Dei providentia, & precipuè in decretis fidei univerſalis; & ſi errare poſſit etiam ut publica perſona, in iudicijs particularibus, ſicut etiam, ut perſona ſingularis, & ut talis homo, poteſt, etiam in hæreſim incidere; non tamen, ut dixi in decretis fidei univerſalis, numquam ut Pontifex reduplicatiuè errare poteſt, iuxtà dictum Petro; Rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua, vide Azzor. tom. 2. lib. 5. cap. 5. Bannez. 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2. Layman. lib. 2. tract. 1. cap. 7. n. 1. & 2. & quia in hac Rubrica, & in aliquibus alijs locutus fui de Epiſcoporum electione, confirmatione, & conſacratione, videre modo volo, an Franciſcus electus Epiſcopus, confirmatus, ac conſacratus, qui alias occultè erat irregularis, ſit Epiſcopatus dignitate privatus nec ne, ob quam rem decidendam, ſit.

APPENDIX DE IRREGVLARITATE.

15. Ponam primo unam concluſionem, & deinde de irregularitate diſcurram. Irregularis, licet occulta irregularitatem ligatus ſit ſecundum comunem, & tutiorem ſententiam, prout aſſerunt Covarr. Navarr. Leſſ. Sayr. Henriquez, & Diana cum multis alijs graviſſimis Doctoribus, facit incapax beneficis non ſolum ad beneficium acquirendum, ſed etiam ad retinendum, niſi obtineat prius diſpenſationem, & curaverit iterum, beneficium ſibi iterum conferri, ab eo, vel ab eis, qui, poteſt, vel poſſunt illum conferre quod idem valet de Superioratu inter regulares, tenet text. cap. 2. de Clerico non ordinato miniſtrante, & C. dudum de electione.

Modo venio, ad explicationem irregularitatis, & quibus ac quot modis in illam quis incurrere poſſit, ſivè ſit Laicus, ſivè Eccleſiaſticus.

16. Irregularitas ergo ſi conſideretur ſecundum nomen, de ſumitur, ab *in*, & *regula*, quaſi diceretur quod irregularis regula caret, eo quia non eſt intra regulam ab Eccleſia præſcripta, undè ſic communiter deſcribitur *eſt Canonicum impedimentum, ex facto, vel defectu proveniens, quo quis ad Eccleſiaſticos ordines promoveri, & iam promotus miniſtrare prohibetur*, ex qua deſcriptione irregularitatis colligo talem pœnam inductam eſſe ab Eccleſia Romana nempè à iure Canonico, non verò de iure Divino eſſe, undè irregularitas non incurritur niſi in caſibus in iure expreſſis; quapropter plures caſus ſunt, ex quibus omnes irregularitates oriuntur, nempè, vel ex delicto, quod in præſentia factum vocatur aut ex aliquo defectu, quæ quidem irregularitas abſquè ulla culpa contrahitur, &c. quæ quidem irregularitas, à cenſuris diſtinguitur. Etenim, irregularitas alia via impedit ordinum, & dignitatum ſuſceptionem, & executionem, ac faciat cenſura, ſivè excomunicatio. Excomunicatio namque maior impedit, quatenus ſuſceptio, & exercitium ordinum, eſt quædam communicatio; ſubſpenſio privat directè uſum ordinum, irregularitas impedit directè ſuſceptionem eorundem illorumque uſum, & exercitium. Interdictum, non ſemper impedit uſum ordinum, undè fit irregularitatem non eſſe cenſuram, quia cenſuræ ſemper ex aliquo delicto contrahuntur, non ſic irregularitas, ita Sayrus de cenſ. lib. 6. cap. 1. n. 16. ſequitur Filiucc. tract. 19. q. 1. n. 2. Suar. d. 40. de cenſ. ſect. 1. Reginal. l. 30. tract. 2. n. 2. Henriquez l. 14. art. 1. n. 2. Navarr. in Man. cap. 27. n. 191. Rodriquez tom. 1. qq. reg. q. 24. art. 1. Vgolin. de irregul. cap. 1. §. 1. hijs poſitis plures caſus in hac materia proponam; cum ſuis reſolutionibus annexis ſucceſſivè.

17. Primus caſus eſt, in quo laborabo, in gratiam alicuius prudentis viri, ac docti, nec non bonæ conſcientiæ, ſi quis accuſat criminaliter reum dignum alias pœna mortis vel membri mutilatione, abſquè proteſtatione facta cap. 2. de ho-

homicid. lib. 2. eſt ne irregularis inutroque foro?

18. Diſtinguendum eſt, ſecundum aliquos, vel intentionaliter necem accuſati intendebat, vel non, ſi primum, incurrit in utroque foro, ſi non habuit talem intentionem, ſolum in foro exteriori incurrit. ita gloſ. notabilis in cap. 2. recepta, ſecundum Covarr. in Clement. ſi furioſus 2. par. §. 5. n. 2. verſ. 7. & Navarr. cap. 27. n. 226. quod firmat etiam Tiraquel. ad leg. connubium poſt ipſas leges in gloſ. 5. & ſentit Navarr. dicens alibi, quod proteſtatio ſolum favet in foro exteriori.

19. Contrarium tamen teneo ego cum Ioanne Valero verbo irregularitas diff. 1. n. 3. pag. mihi 196. ratio eſt, quia irregularitas iure humano poſitivo inducta eſt, nec ab interiore tantum animo procedit, quem iura humana, non curant in ſpecie, de qua loquimur, ſed tantum actum externum ad tollendum ſcandalum, quod ex ſimplici accuſatione, &c. & ſic ex vindicta ſanguinis per eam prætenta, &c. quæ quidem ratio ſcandali, licet ſolum in Clericis militare videatur, non vero in Laicis, nihilhominus abſque dicta proteſtatione, erunt irregulares etiam ipſi, undè ad fugandam, & evitandam irregularitatem tam in Clericis, quam in Laicis requiritur dicta proteſtatio. Tenet Calder. & Franc. cap. 7. quia Eccleſia non iudicat de occultis, nec punit peccata cogitationis, nec irregularitas incurritur niſi in caſibus expreſſis in iure C. is qui de ſententia excomunicationis lib. 6. undè Ioannes Andreas, & Felin. in C. poſtulaſti n. 2. Covarr. in Clementina. Si furioſus p. 2. §. 5. n. 2. Tabiena verb. irregularitas 3. n. 8. & Henr. poſt recentiores in cap. 11. in fine, nam ſinè tali proteſtatione viderentur accuſatores viri ſanguinum.

20. Secundus caſus eſt, damnatus ob falſum teſtamentum fit irregularis, ratio huius Concluſionis eſt, quia omne crimen etiam mediocre ſententia iudicis punitum inducit infamiam iuris, & per conſequens irregularitatem, l. palam ff.

de ritu nuptiarum , & l. infamem ff. de publice iudic. & C. infames §. porro 3. q.7. ubi gloſ. verbo infamia , & C. infames 6. q. 1. nec non notat panormitanus in C. fin. de tempore ordinand. & in C. ſi Clerici de iudicijs . Summ. Confeſſor. lib. 3. tit. 29. q. 3. Sylveſter V. irregularitas q. 14. D. Antoninus 3. p. tit. 29. de irregul. cap. 6. Candelabrum aureum de irregul. n. 103. ſequitur Syrus lib. 7. de cenſ. cap. 11. n. 3. Tuſcus V. infamia concl. 107. n. 3. ſequntur meam ſententiam Azorius p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 3. §. ſciendum, cum infinitate DD. prout videre eſt apud Paſqualigum qq. moral. q. 32. pag. mihi 64.

21. Tertius caſus eſt an proles habita, ex coniugibus ſimplici caſtitatis voto ligatis , illegitima ſit , & irregularis ? Reſponſio mea eſt ſecundum veram doctrinam , cum diſtintione vel loquimur, reſpectu paternæ æreditatis , de legittima prole, vel quoad ordines ſacros, &c. recipiendos ; etenim prolem eſſe illegittimam eſt pænale , & odioſum , undè niſi expreſſum ſit in Iure , quod non eſt , minimè id ſtatuendum , eſt , & maximè quod culpa parentum minimè liberis afficiat præter caſus in Iure expreſſos , ita firmat Sanchez lib. 9. de matrimon. diſput. 38. n. 3. & num. 7. ratio quare habeat ius ad paternam hæreditatem , eſt quia plus debet operari cauſa naturalis quæ eſt cauſa radicalis legitimationis, qualis eſt verum, ac legittimum matrimonium circa leggitimationem ad hæreditatem , quam defectus , ſiue culpa parentum ſupervèniens accidentaliter , ratio autem ſecundæ partis , ſiuè poſterioris difficultatis nempè de irregularitate quoad ordines ſuſcipiendos habetur ex cap. literas, quamvis enim textus non loquatur de profeſſione , ſed de ordine , at fundamentum in illo exprexum paternæ incontinentiæ Fortius militat in hoc caſu , cum enim decidat textus , hanc ſobolem eſſe Irregularem , ad modum illegitimæ prolis , ob paternam, & maternam incontinentiam , dicitur aliquo modo illegitima , ſcilicet , quoad ordines , & beneficia , at benè,

& eſt

& eſt legittima, quoad hæreditatem paternam. C. per venerabilem, qui filij ſint legittimi 21. quare ſit, ut iſte ſic genitus infamia laboret, atquè adeo quod ſit irregularis, quia ord. Eccleſiaſticus eſt dignitas l. Iubemus §. ſervos in fin. C. de Epiſcopis ſcr. & C. cum de tua, de corpore vitiato ergo erit inhabilis, ad ipſum quicunque infamia quocumque modo laborat l. 2. C. de dignitate, & C. inter dilectos, de exceſſibus prælator; qui enim infamis eſt repellendus eſt a dignitate, atque adeo ad ordines non poterit promoveri, nec in ipſis habitis miniſtrare.

22. Caſus quartus eſt, an Papa poſſit legittimare in integrum; cui dubio, quod non eſt parvi momenti. Cum diſtinctione reſpondeo; vel loquimur de legittimatione ad honores, & dignitates Eccleſiaſticas, vel de legittimatione, quoad hæreditatem paternam, quoad ſpiritualia poteſt, quoad temporalia, in ſuo Dominio temporali poteſt, non verò extrà. Sicut facit in matrimonio in quo diſpenſat in ijs, quę ſunt de Iure Pontificio non vero in alijs, quando poſſint eſſe alibi leges municipales, à quibus non poteſt in temporalibus diſpenſare [& ſi ſit oppinio in contrarium quod Pontifex hoc facere poſſit) ſed non ſine gravi culpa, dum talia faceret ſine cauſa legittima, teneret tamen diſpenſatio, &c. vide Sanc. de matrimono lib. 8. diſp. 7. n. 1. 2. ſequitur Molina. Tom. 1. tract. 2. diſp 173. Sayrus lib. 6. cap. 11. n. 6. Henriquez l. 11. cap. 20. n. 2. Navar. lib. 4. conſiliorum titulo de ſponſalibus conſ. 3. n. 12.

23. Caſus quintus, an Prælati Regulares poſſint diſpenſre cum illegittmis ſibi ſubditis ad quaſcunque dignitates, & ordinis officia? Reſponſio eſt affirmativa fundata in Privilegijs conceſſis adiverſis ſummis PP. Prælatis Regularibus diſpenſandi cum illegittimis ſibi ſubditis, ad quaſcunque dignitates, & officia Ordinis. Ita conceſsit Alexander 3. & Ioannes 22. ut refert divvs Antoninus in 3. p. titulo 29. de irregularitate cap. 4. Item Eugenius 4. & Paulus 3. teſte Rodri-

quez

quez tom, 1. qq. reg. q. 13. a 8. & 9. & hoc clarius conſtat ex bulla Gregorij 14. quæ incipit circumſpecta Romani Pontificis, &c. in qua ſummus Pontifex ſtatuit quod liceat Generali, aut provinciali ſingulorum ordinum, ac congregationum, cum illegittimis, quos alias dictus generalis, aut Provincialis, cũ Generali ſeu Provinciali, ſiue intermedio Capitulo, & non alias, ſuffragantibus meritis dignos Iudicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare; immò virtute confirmationum Apoſtolicarum de privilegijs regularium quæ emanarunt pòſt dictam conſtitutionem Gregorianam, vt eſt illa Clementis VIII. facta PP. de obſeruantia, quæ incipit ratio paſtoralis 20. Decembris 1597. & illa Pauli 5. eiſdem Patribus conceſſa ſimiliter, quæ incipit Iniuncti nobis 1. Decembris 1609. in quibus confirmationibus appoſitè ſunt clauſulæ, ex certa ſcientia, de deplenitudine poteſtatis, & ex motu proprio, &c. ſinè vlla reſtrictione poſſunt Prelati regulares prædictis privilegijs uti ſecundum eorum tenorem prout Iacent, nempè ipſi Generales, Provinciales, & eorum Vicarij per ſe etiam abſquè conſenſu Capituli, ſiue definitorij, & illegittimos diſpenſare ad omnia officia ordinis, & dignitates, videatur ſuarius de legibus lib. 8. ca. 19. de legibus. Rodriquez tom. 1. q. 8. art. 1. & 4. Sigiſmondus à Bononia tract. de electione dub. 73. n. 6. & 7. diana p. 3. tract. 2. reſolut. 102. Pontel. V. illegittimos n. 10. immò hoc indubitatum eſt appud minimos, qui gaudent privilegijs omnium Religionum, porut Peyrinus Tom. 1. Privilegiorum n. 33. fol. 242. & §. 14. fol. 203. proꝰt apparet in Bullis Pontificijs citandis, & hoc non ſolum eſt verum de Privilegijs conceſſis Religionibus alijs ſed in futurum concedendis, uſquè ad finem mundi, immò poſſunt Minimi aſſumere ſibi tamquam propria mutatis nominibus V. de Minorum in Minimos, Conuentualium in Minimos Prædicatorum, & Eremitarum, ac Carmelitarum, in Minimos, Bulla enim ſic loquitur. [quod omnia verba Bullæ hic non ponam] lector benevole, excuſa me ipſum nam illam petij à retinente eandem

dem

dem contra omnem Iuſtitiam , & mihi illam denegavit per oram unam , nec de hac re Miror , canes enim cuſtodiunt lepus , & ſic quia ipſis non placent , relinquunt, ut eas alij comedant , dicam tamen verum , quod dicam , nempè , quod Religio Minimorum non ſolum per participationem , ut omnes Mendicantes ad invicem participare habent de eorum Privilegijs , ſed nos Minimi habemus à Iulio 2. conſtitutione 1. §. quæ quidem Bulla incipit Dum ad Sacrum Ordinem Minimorum §. 35 hec verba habet ſummus Pontifex *nec non ſuper omnibus ac ſingulis moris Magni , & alijs quibuſcunque bullis , quatuor Mendicantium ordinibus , & eorum quilibet quomodolibet conceſſis , unum , vel plura tranſumpta coniunctim , aut diviſim fieri facere queant , perinde ac ſi illa mutatis eis nominibus quoruqunque Romanorum Pontificum prædeceſſorum , & ipſorum Mendicantium , in noſtrum , & Fratrum Ordinis Minimorum , huiuſmodi nomina , cæteriſque ſingulis ad hunc effectum de neceſſitate mutandis conceſſa forent , Ac quod tranſumptum ſeù tranſumpta huiuſmodi taliter facta , & manu alicuius notarij publici ſubſcripta , ac ſigillo alicuius prælati Eccleſiaſtici ſygillata , Ordini Minimorum huiuſmodi , ac illius perſonis , & fratribus pro tempore exiſtentibus , adeò , ubique locorum ſuffragentur ; ac ſi ſingulæ prædictæ Bullæ præfatis quatuor Mendicantibus Ordinibus per quoſcunque prædeceſſores prędictos quomodolibet conceſſæ , quas hic pro exprexis , & inſertis haberi volumus] , Fratribus ipſis Minimis , & eorum Ordini præfato , etiam ſub Minimorum nomine , ſpecialiter , & expreſsè indulctè fuiſſent , ac proeis ſpecialiter , emanaſcent .* Hæc Bulla emanavit appud S. Petrum de anno Incarnationis 1506. quincto Calendas Auguſti ſum Pontificatus anno 3. quod totum dictus pontifex ratificat in eadem Bulla §. 40. ut videre eſt appud Peyrinum Tom. 1. Privilegiorum pag. mihi 60. & 61. ; quæ Bulla cum non ſit revocata , Miror, quod procuratores Ordinis elapſi temporis , ita in aliquibus caſibus quod illam non reſpexerint, Deus illis indulgentiam

con-

concedat, curant de Minimis, abſquè eo quod reſpiciant ad Magna.

24. Caſus ſextus, qui in rixa abſcindit inimico, digitum pollicem, ungues, uel alium membrum, barbam, &c. naſum, &c. quæ non ſunt proprie membra non incurrit in irregularitate ita villalobus tom. 1. tract. 21. difficult. 19. n. 4. Bonaccina de Cenſuris diſp. 7. q. 4. punct. 8. n. 3. contra ſotum de Iuſtitia lib. 5. q. 2. art. 1. defendet Avila de cenſuris p. 7. diſp. 5. ſec. 1. dubio 1. at ſi quis aſcinderet fœminæ mammillam eſſet irregularis defendet Molina tom 4. tract. 3. diſp. 69. n. 6. non ſic ſiquis excecaret hominem, non exſtraendo oculum de loco ſuo, quia non mutilat propriè, tenet meloga in 3. parte lib. 7. cap. 1. n. 31. ſicut dicendum eſt de illo, qui aliquod membrum inutile reddit, etiam ſi tale membrum non abſcindat, ita tenet idem megala ibidem n. 30. & Diana 4. p. tit. 2. reſolut. 26. & reſol. 71. propè finem,

25. Caſus ſeptimus eſt, an in Bello Iuſto poſſint intereſſe tam Clerici, quam Laici abſquæ irregularitate? etiam ſi non ſolum orthentur, milites ad pugniandum, occidendum, & malum omne inferendum inimicis, ut eſt modo in bello aſſūpto contra Turcas à Chriſtianis, obſidem, & res fidelium tuendas, &c. Reſponſio mea eſt non incurrere, etiam ſi non ſolúm cæteros animare habeant in prælio, verum etiam, ſi ipſimet animatores militum Turcos, vel alios inimicos fidei, mutilare habeant, & etiam occidere, requiritur tamen ad eundum in talibus bellis licentia ſummi Pontificis, ſicut non incurrunt in irregularitatem Conſulentes bellum contra inimicos fidei Chriſtianæ, nec in bello quoqunqne modo inſervientes vide. Nauarrum conſ. n. 224. Vgolinum n. 12. §. 2. adeſt etiam lex. C. petitio tua de homicidio. Suarez diſp. 47. ſect. 6. n. 11. Filuccius, cum alijs non parvi momenti DD.

26. Caſus 8. An quilibet, ob quodlibet peccatum mortale

tale contrahatur irregularitas. Tenet Suarez diſp. 48. de cenſ. ſect. 2. Filiucc. tract. 9. cap. 8. quæſ. 9. affirmativè, & probant ſuam ſententiam ex C. illi qui 6. q. 1. undè ſi per tale peccatum a iudice puniatur, & peccatum fiat notorium notorietate Iuris inducit publicam infamiam, ut ſupradixi, ergo irregularitatem, vide Marſil. in Rnbric. ff. ad legem Cornelium de falſ. n. 17. Caſtrenſem conſ. 130. n. 1. verb. nam eſt graviſſimum lib. 1. affiit. dec. 404. n. 3. Ratio eſt, quia ordo Eccleſiaſticus eſt dignitas magna [ſed hodie ratione parvæ modeſtiæ Eccleſiaſticorum, & eorum maximæ vanitatis deriſio, &c. illudetur: Sed loquamur de pura dignitate Eccleſiaſtica, ut ſic, quæ, & ſi apud viles deridatur apud Principes Catholicos deum timentes maximè veneratur] unde Eccleſiaſticus quaqunque infamia laboret irregularis eſt l. 2. C. de dignitate, & C. inter dilectos de exceſſibus prælatorum, qui enim indine agit, indignus eſt, ut ad dignitatem aſcendat; quod etiam verum eſt de infami infamato infamia iuris etiam tranſacta pænitentia, non ſic de infamia facti docet inter alios Ricardus in 4. diſt. 25. art. 6. q. 1. Aſten. 2. par. lib. 6. tit. 27. q. 4. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 1. n. 15. Herriquez lib. 14. ſum. cap. 5. §. 3. Navar. cap. 27. Manual. n. 204. Sayrus lib. 7. de cenſur. cap. 11. n. 14. & ſeqq. Coninh. diſp. 18 de cenſ. dub. 7. Suar. diſp. 48. de cenſ. ſect. 2. n. 10. Iulius Clarus lib. 5. ſent. §. vultis verb. in famia n. 2. Gaſpar. Hurtadus diſp. 11. de cenſuris difficul. 4. n. 14. Bauny par. 2. Theolog. moralis tractatu 11. q. 50. Baſleus in floribus Theologicis prat. verb. irregularitas 10. n. 7. Ratio eſt quia cum oriatur talis in famia non à iure, ſed à facto proveniat, ità ex facto à iudice tolli debet, cum ad eandem auctoritatem pertineat, ponere, & tollere, iuxtà ſupra dictos Doctores quando talis in famia non ſit per ſe annexa delicto; ſed ſolùm conſurgit ex delicto, unde poteſt ab Epiſcopo diſpenſari ità tenet Panorm. in C. fin. de temp. ordinan. Sylueſter verb. irregularitas q. 14. divus Antoninus 3.

Ee p. tit.

p. titulo 29. de Irregul. cap. 6. ſumm. confeſſor. lib. 3. tit. 29. q. 3. cum infinitate Doctorum, ut videre eſt appud Paſqualigum in ſuis qq. moralibus Canonicis pag. mihi 65.

27. Caſus 9. an irregularis quomodoqunque irregularis ſit abſoluens aliquem Sacramentaliter, validè abſoluat? Reſponſio ſecundum Vrtadum de Irregularitate diſp. 1. diff. 11. n. 19. eſt negativa; & abducit rationem, nam Irregularitas tollit exercitium ordinum, quantum Eccleſia poteſt impedire, at Eccleſia poteſt impedire ut omnino irritet actū Ordinis erg. data irregularitate, actus abſolutionis eſt nullus, & precipuè Loquendo de irregularitate ex defectu igniorantiæ de qua ſupra in hac appendice n. 17. & præcipuè talis abſolutio data ab irregulari, ſi pœnitens talem confeſſarium irregularem, ex defectu ignorantiæ petijt cum diligentia.

28. Caſus 10. an ferens teſtimonium in cauſa Sanguinis ſiuè examinatus Iuridicè ſit, ſiuè non? Reſponſio eſt affirmativa, & hoc eſt verum etiam ſi ſuum dictum tantum Iuvet. ad capturam delinquentis, vel ad inquirendum contra illum etiam ſi mors, vel mutilatio deinde ſequta fuerit per probationes aliorum, vel ob propriam confeſſionem rei, etenim quiqunque cooperatur morti alicuius, vel mutilationi, eſt irregularis, etiam ſi remotè cooperetur, hinc fit quod Clericus, ſiuè Secularis, ſiuè Regularis ſit non poteſt cogi ad teſtificandum contrarium in cauſa Sanguinis, quamvis ad favorem rei teſtificari poſſit de licentia tamen ſui Prælati, nec hic ſecundus incurrit in irregularitatem, etiam ſi ſequatur mors, ſiuè mutilatio, non ſic de primo, ſi non facit proteſtationes debitas, etiam ſi ex oblivione illas omitteret ratio huius ſecundi eſt, eo quia iam, etiam ſi accuſator damnaretur morti, non habet illa mors ex parte clerici teſtantis ad favorem accuſati; ſed ex parte proprij accuſatoris, clericus ſolùm intendit manifeſtare innocentiam innocentis, C. ſi quis vidua diſt. 50. Navar. c. 26. n, 212. Suarez d. 47. ſect. 3. n. 2. Filuccius n. 254. & C. his a quibus 23. q. 8. Sayr. lib. 6.

cap.

cap. 18. n. 11. Vgol. cap. 7. n. 7. Diana 4. p. tract. 2. reſol. 3.

29. Caſus 11. An Summus Pontifex damnans aliquem ad mortem, fiat irregularis? Reſponſio eſt negativa quia iſta pœna irregularitatis eſt de iure Pontificio, cui Pontifex non eſt alligatus. Benè tamen eſt verum de alijs inferioribus Summo Pontifici, quoquunque modo cooperentur, ſivè carcerando, ſivè reum manifeſtando, &c. ſequta morte, vel mutilatione, fiunt irregulares, ita omnia iura, & Canoniſtæ communiter. C. ſi quis viduam diſt. 50. Graff l. 2. cap. 62. Henriquez l. 14. cap. 8. §. 1. Valentia tom 4. d. 7. q. 19. punct. 3. §. 4. Sylvius 2. 2. q. 65. art. 1. concl. 1. Toletus lib. 1. cap 70. Coninch. diſp. 18. dub. 10. Filiucc. tract. 19. cap. 9. q. 1. Sayrus cap. n. 2. Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 7. 4. n. 1. & 2. Covarr. 2. p. §. 5. n. 8. cum alijs ſine numero Doctoribus, quos hic recenſere ſuperfluum duxi.

30. Caſus 12. An confeſſarius nolens abſolvere iudicem qui non vult punire reum dignum morte, niſi te prius firmiter promictat punire morte reum, dignum ſecundum iuſtitiam tali mortis ſupplicio, incurrat talis confeſſor in irregularitatis pœnam. Negativa eſt reſponſio, nam credibile non eſt velle Eccleſiam irregularitatis notam imponere confeſſario, aperienti, quod clarè non poteſt, exequenti rectè ſuum officium, & minus, ſicut enim Confeſſarius excuſatur à tali pœna; dum hortatur reum ad fatendam veritatem in iudicio de delicto, de quo accuſatus eſt, dum iuridice eſt interogatus medio iuramento, &c. etiam ſi dictus reus ex tali confeſſione ſubiaceat infallibiliter morti infami, nam hortatur ad id, quod tenetur facere, & confeſſarius tunc rectè ſuum munus exercet, quia anima ſemper anteponenda eſt corpori, & quiſque potius mori debet, quam fædari, Sayrus C. n. 26. Molina C. diſp. 74. n. 18. Reginald. l. 30. n. 138. Filiucc. n. 248. Henriquez l. 14. cap. 12. n. 4. Avila p. 7. d. 5. dub. 6. ſect. 2. Diana 4. p. tract. 2. reſol. 99. & tract. 5. Miſcellan. reſol. 8. p. 3. cum alijs graviſſimis ſcriptoribus.

Digitized by Google

31. Caſus 13. Si quis homicidium impedire potuit, & non impedivit incidit in irregularitatem, dum homicidium ſecutum eſt, dummodò illa omiſſio diligentiæ ad impediendum voluntaria ſit, ita Bonac. q. 4. punct. 7. Lex. lib. 2. c. 9. dub. 15.

32. Caſus 14. Qui alterum occidit agreſſus, vel mutilare habet in propria ſui defenſione, non incurrit in irregularitatem, dummodo hoc fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia ubi non eſt culpa non debet eſſe pœna, M. Leo p. 3. ſeſſ. 349. ego tamen dicerem, quod hoc moderamen, &c. non eſt neceſſarium ſimpliciter, ſed potius liberum ſit, & ad bene eſſe, ad evitendam irregularitatem, & oſtendo ſic, nam vitæ cuiusvis hominis (principe excepto) eſt in pari gradu, undè qui vult me occidere, occidere illum poſſum, aliàs, vim vi, repellere non liceret, quidquid Anona de poteſtate Eccleſiæ q. 52. Gerſon. tract. de Euchariſtia, & Villadiego tractat. de irregularitate, etenim ego ſum membris impeditus fugam non poſſum arripere, venit contra me Franciſcus Pugione evaginato, ut me occidat, ego habeo catapultam neceſſarijs armatam, & munitam, & ne ego remaneam occiſus illum occido, quis poteſt in hoc caſu me condemnare pro irregulari, videatur Beatus Thomas, & Alexander 3. C. ſi vero p. de ſententia excomunicationis, & Innocentius 3. C. ſignificaſti 2. de homicidio, qui dicunt, vi vim repellere licet, immò dicunt DD. quod ſi Sacerdos celebrans ab occiſore invaſus poteſt Sacrum relinquere, invaſorem occidere & deinde miſſam proſequi, docet divus Antoninus 3. p. tit. 4. cap. 3. & non ſolum ſi invaſor ſit vilis, vel eiuſdem conditionis, ac invaſus, ſed etiam ſi invaſor ſit in quaqunque dignitate conſtitutus, niſi fortè ſit Summus Pontifex, aut princeps caput regni, aut magni ſtatus, vel rei publicæ caput, de quibus dubitant Doctores, ratione damni publici eventuri, in illo ſtatu Regno, aut republica, quod ſi nullum damnum evenire poſſit, vel parvum, invaſus invaſorem occidere poteſt, dummodo, vim vi non eccedat pro-

pul-

pulſando, ut ſuperius dixi, etenim ſi poſſum meam vitam ſolvere cum fuga ſine infamia teneor fugere, ſi cum fuga, meam famam deteriorare habeo, non teneor fugam arripere, poſſum enim pro meæ vitæ defenſione, dum aliam viam non habeo, evadendi | mortem, & infamiam, invaſorem occidere, etiam intendendo necem invaſoris, ita videtur ſentire Angelicus Magiſter 2. 2. q. 64. art. 7. in corpore, &c.

33. Caſus 15. Eſt, ſi quis infligit vulnus in faciem cum magna ſanguinis effuſione an fiat irregularis? Reſpondetur negativè, nam tale vulnus, non dicitur membri alicuius abſciſſio, vel mutilatio, verum eſt, quod vulneratus deformiter, irregularis eſt, ob magnam, & ingentem deformitatem. Si tamen quis amputaret alicui membrum virile irregularis fit; quia vere membrum abſcindit, non manet tamen irregularis ille, cui tale membrum abſciſſum eſt, ita Molina diſp. 69. n. 3. Diana p. 2. tract. 1. Miſcell. reſol. 20. & 4. p. reſol. 26. & 60. Bonacc. diſp. 7. q. 4. punct. 8. Vgolinus cap. 4. §. 7. Filiucc. n. 12. Suarez, &c. Sylvius 2. 2. q. 65. art. 1. cap. 3. cum alijs.

34. Caſus 16. Bertus dedit conſilium Semproniæ gravidæ, ut procuraret abortum ſui fœtus animati, poſtea pœnitet ſe ipſe Bertus tale malum conſilium dediſſe, & facit quantum poteſt, ut ipſam Semproniam a tali delicto homicidij retrahat, & non potuit ullo modo retrahere, & ſequitur abortus, quæritur modo, an Bertus fiat irregularis? Affirmo ego cum Navarro, & Corduba; & eſt probabilis ſententia, verum, eſt, quod probabilior eſt contraria de cenſuris prout eum citat Diana p. 3. tract. 5. Miſcel. reſol. 83. qui quidem Diana cum Layman. concludere habet, quod non incurrit in irregularitatem, nec in excomunicationē incidit, quia in tali caſu illa Sempronia non videtur executrix alterius conſilij, ſed ſuæ tantum pravæ voluntatis, & propria malitia hoc fuiſſe exiſtimari debet.

35. Caſus 17. An ſit irregularis ille, qui alteri furtum

ſuadet cui annexum eſt ultimum ſupplicium. Negativa eſt reſponſio, ratio eſt quia non peccat contra iuſtitiam circa mortem inferendam latroni, ſed contra fortitudinem, prout aſſerit Baſſeus verb, irregularitas 6. pag. mihi 501. col. 1. n. 4. eo quia conſulet illi quando, & quomodo non oportet, ut ſe exponat periculo vitæ, & ſic non dicitur propriè, & per ſe homicida, ad effectum incurrendi in irregularitatem.

36. Quod tenet etiam Vaſquez 1. 2. diſp. 100. art. 8. dub. 3. & Caſpenſis t. 2. tract. 25. ſect. 8. n. 38. de conſulente alteri in bello fugam, cui fugæ pœna mortis annexa eſt, & de conſulente alicui fugam à carcere cum eius fractura, & conductione aliorum extra illum.

37. Quamplurimi DD. aſſerunt eſſe irregularem illum, qui iniuſtè percuſſit, V. G. Petrum, leviter tamen, & non cum periculo mortis, ſi poſtea ex illa percuſſione ex negligentia medici, aut chirurghi, vel culpa male illum gubernantis, ſequatur mors, volunt iſta ultima eſſe per accidens cauſa mortis, vulnus autem primario, & per ſe. Sic Navarr. cap. 27. n. 223. Sylveſter verb. homicid. 2. q. 2. Vivald. de irregularit. n. 141. Maiolus d. 5. cap. 48. §. 4. eſt alia opinio tenens illam percuſſionem non eſſe cauſam mortis immediatam, & ego puto tutiorem, undè putarem primum non irregularem bene tamen ſecundum, videatur Sayr. l. 7. cap. 4. n. 16. Toletus l. 1. cap. 80. Salonus 2. 2. q. 64. art. 8. Henriquez lib. 14. cap. 13. n. 4. Molina diſp. 33. memb. 6. n. 6. Vgolin. cap. 17. n. 2.

38. Caſus 18. An qui tenetur ex officio, vel ex ſtipendio, vel ex promiſſione alterum defendere, & non defendit, incurrat in irregularitatem? Reſpondeo, quòd ſi voluntariè non defendit, incurrit: ſi verò voluntariè, non incurrit. Nam primo modo non impediendo peccat contra iuſtitiam, & cenſetur cauſa moralis homicidij. Si verò ex ſola charitate tenebatur impedire necem proximi, & non impedivit, non eſt irregularis: Hinc fit, quòd Princeps,

Iudex

Iudex non impediendo ſententiam iniuſtam contra innocentem; Medicus non curando omni diligentia infirmum, a quo pretio conductus eſt, Suarez diſp. 45. ſect. 4. n. 5. Sayr. lib. 7. cap. 4. n. 3. & ſeq. Navar. cap. 27. n. 231. 232. Tolet. lib. 1. cap. 83. n. 4. Henriq. lib. 14. cap. 12. n. 7. Reginal. lib. 30. n. 168. & ſeqq.

39. Caſus 19. Dato, quòd quis clericus habet rem cum muliere aliqua, & ex eorum illicito coitu mulier illa gravida remaneat, & illa provocata ob ſuæ propriæ famæ exiſtimationem velit procurare abortum, & clericus de tali re ſciens non impedit talem abortum, an incurrat in irregularitatem? Reſpondetur affirmativè; ratio eſt, quia clericus fornicator tenetur vitam tueri illius creaturæ tamquam eius generationis cauſa; etenim error, cui non reſiſtitur, approbatur. & dicitur talis reus homicidij, C. ſignificaſti de homicid. Dedit enim cauſam ad talem errorem mulierem impregnando, & illam in tales anguſtias redegit, ut ſi talem fœtum non extingueret fama ſua iacturam pateretur. Ergo clericus ſi non impedit necem partus, ſivè fœtus in irregularitatem incidit. Firmant Portel. in dub. regul. verb. abortus n. 14. Diana 4. p. tract. 2. reſol. 8. Multa alia de hac materia dubia ſequuntur.

40. Caſus 20. An in recitando Divinum Officium, & alia Eccleſiæ faciendos, non ſervando Romanæ Eccleſiæ ritum, quis poſſit in irregularitatem incurrere? vel ſaltem mortaliter peccare?

Ob quam rem advertendum eſt, quòd laudes Dei fuerunt ab initio mundi, ut dicam infra, quod autem cæremonialiter, & devotè recitari debent, & appunctatim circà virgulas, & punctos, & horis debitis; colligitur ex C. dolentes de celebrat. miſſar. ex gloſ. ibidem, Angel. Sylveſt. & Armilla cum alijs verb. horæ canonicæ ſumm. confeſſ. lib. 1. tit. 7. q. 18. Alvarus Pelagius primus Epiſcopus Toletanus de planctu Eccleſiæ lib. 2. cap. 27. Paulus Gryſald. verb. horæ

cano-

canonicæ, Navar. latiſſimè in tract. de horis tract. ſacerdoti tit. de horis, & meliùs omnium Sót. lib. 10. tit. de iuſt. & iur q. 5. art. 5. cum multis innumeris alijs, qui omnes dicunt, periculoſum eſſe nutum Eccleſię non obſervare non ſolùm in magnis, ſed etiam in minimis. De magnis nolo loqui [quia hodie magna non curantur, olim de minimis erat ſcrupulum] Minima namque variant ſenſum ſacræ literæ, & ſic gloria Deo tollitur non minimè, ſed maximè. Abram enim ſine h. aliud ſignificat, ac cum h. aliud Sarai cum i. aliud Sara ſine i. ut patet Geneſ. cap. 17. & palàm, aliud ſignificat cum virgula, & aliud ſine virgula, & ſic de ſingulis, de quibus non curant hodiè Divinum Officium cantantes. Qui ſolùm expeditionem attendunt, & lucrum, non æternitatem, quæ eſt maximum, & ſupræmum lucrum; videatur text. noſter in C. à quodam qualiter legendus, undè nobis Eccleſiaſticis dixit: *Iota unum non præteribit à lege*. Accedit quòd in Canon 32. pœnitentialis ſic habetur: *Qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs divinis diſcrepat à conſuetudine Metropolitanæ Eccleſiæ ſex menſibus privatur communione*; ſed hoc non innuo ulli, quia loco prænominato videntur habere propè ignem in aliquibus Cathedralibus, ſolùm hortor, ut intelligat id, quod dicunt, hortor. Si enim Lucifer attentus manſiſſet quando Deum laudabant aſtra matutina non cecidiſſet in æternum ignem, reſpice ad hoc oh Curiſte.

41. Solùm addo huic diſcuſſioni (quia in propoſita quæſtione nihil reſolvere volo) quod contra aliquos philoſophos dicentes genus non ſalvari in unica ſpecie, immemores quod geneſi os 1. ante omnia fecit cœlum, & terram, an vero iſta ſint animata nec ne eſt inter Philoſophos antiquos controverſia, deindę, produxit mediante terra herbam virentem, quæ certa habet Animam vegetátitivam; ergo eſt animal, ergo animalitas conſervabatur in illa ſpecie; ergo genus in unica ſpecie, &c. redeo modo ad punctum meum, oh utinam

nam

nam Laus Dei punctualis, & punctualiter recitata in una ſpecie ſaluaretur, ſivè presbiterorum, ſivè regularium, quia pro uno ex iſtis Chriſtianitas fidelis non eſſet in tantis anguſtijs, dixi non reſolvò hic aliquid, quia unuſquiſq; debet ſuam conſcienliam reſolvere in Dei laudem, quando ipſe pro nobis diffuſit ſanguinem ſuum; in memoriam ego ſemper deberem id, quod dicit Patriarcha S. P. Franciſcus à Paula, Minimitanæ Religionis meæ fundator, de perſolutione horarum Canonicarum loquendo in ſua regula cap. 4. quod convenit cum C. Romana diſt. 97. ſic habet S. Pater, *laudibus divinis Fratres huius ordinis in Clericos aſſumpti, cum tremore, alacriter intendentes, ſimpliciter explicando, &c, reverenter, ac cæremonialiter perſolvant Divinum Officium iuſta Eccleſiæ Romanæ ritum*, oh quam iucundum videndo Fratres in coro bene ordinatos, unuſquiſque in locum ſuum in Deo directus, Superiorem Zelantem, in Dei ſervitio, in quo nec Die, nec nocte fatigationi condonet, qui non manibus expanſis in authoritatem, ſed ligatis in Deum ſimul cum mente alios exemplo hortetur, qui non ſedem primam dimictendo cum ſtrepitu, ſed ita ſe gerere, ut ſuo exemplo omnes in Deum mentes ipſi elevent. Satis de hac re, quia iuxtà dicta ſi fierent omnia, ut dixi, Clerici in coro eſſent in Paradiſo, ſaltem vitaliter.

RVBRICA NONA.

De pallio Archiepiſcopi.

1. DE Pallio Archiepiſcopali loquitur hic textus noſter, ſicut, & auctor, in titulo de auctoritate Pallij, dicendo quod Pallium nihil aliud eſt, quam *Metropolitanorum inſigne ornamentum, quod de corpore Beati Petri ſumitur, Paſtoralis Officij plenitudinem deſignans*, in quo titulo plura ait auctor. Primo, quod Pallij receptio non

eſt differenda. Secundò, quòd, volens aliquid Palliando obicere debet iurare de calumnia, & intra duos menſes obiecta probare, alioquin ad pœnam talionis tenetur. Tertiò, quod ſolum Metropolitanus in ſua Provincia, & certis diebus utitur Pallio, & quod Pallium perſonam ſequitur, undè illum commodare non poteſt. Quarto, quod multa, quæ dicta ſunt de creatione Epiſcoporum habent locum in alijs Prælatis, de quibus omnibus, non in longum Sermonem me extendam ſed paucis lineis me expediam.

2. Dicitur ergo Metropolitanus, & non Archiepiſcopus quia ante Pallij receptionem Archiepiſcopus vocari non debet Abbas in C. ſuffraganeus in 3. not. de elect. & in C. niſi eo, ſed Abbas poteſt appellari ante benedictionem, ita Abbas in C. inter 2. de re iudicata.

In §. hoc amplius cum tribus sequent.

3. Iam dixi, quare dicatur Metropolitanus, nempe quod idem ſit, ac Archiepiſcopus, ut notari poteſt ex textu in C. Paſtoralis in princ. de officio ordinis, & ex extravant. Salvator de præbend. inter comun. ubi etiam habetur, quod Metropolitana Eccleſia, eſt grandioris honoris, & tituli ſuffraganea, quæ eſt ſub iuriſdictione Archiepiſcopi, non quoad poteſtatem ordinariam, ſed in caſu appellationis, vel delicti Epiſcopi, ita imola. Zabarel, & Vital. in Clementina, & ego dixi fere in principio huius operis. Clementina ait de hac re. Archiepiſcopo de Privilegio, ſunt tamen aliqui Archiepiſcopi, qui nullos habent ſuffraganeos, quomodo eſt Archiepiſcopus Roſanen. & Lancianen.; cum multis alijs. Archiepiſcopus Piſanus, ut credo tres habet ſuffragan. verum, eſt quod dignitas Archiepiſcopi Piſani eſt magna dum ſit Primates Corſicæ, & Sardiniæ, & eiſdem legatus notus, & ego manendo Piſis vidi Canonicos aliquos Corſicæ inſulæ, qui veniebant pro recurſu contra ſuum Epiſcopum coram Archiepiſcopo Piſano, quibus primatibus Archiepiſcopi ſunt

inferiores, & cæteros Epiſcopos habent præcedere, vide Geminian, in C. ſingulos il 2. 9. q. 3. & iuſt. primates ſunt perſonæ magis Privilegiatæ, C. ſervatis, & C. igitur 25. q. 2. ad noſtrum de Pallio rede, &c. & dico Pallium, neque aliam formam habere, præterquam deſcriptam per Ioanem Andream, nempè quod ſit quædam albi ſivè Pallidi Coloris rotundæ, ſivè circularis, ſivè quæ clauditur ad modum circuli, vel coloris ex parte poſteriori, licet colorita extendatur circa collum, ſeu Palleum, circa brachia, quod habet quatuor cruces nigras, quarum prima eſt ante, ſecunda ſuper brachio ſiniſtro, tertia retro, quarta ſuper brachio deſtro, quod quidem pallium mortificationem vitiorum in Archiepiſcopo ſignificat, &c. dixi ſupra quod de corpore Beati Petri ſumitur, nempè de altari ubi corpus Beati Petri iacet, C. ſignificaſti ubi not. de electione, & in C. niſi, & in C. ad honorem, cod. quæ quidem acceptio palij, ſivè per Pontificem, ſivè per alium delegatum ab Archiepiſcopo Sumi debet, abſquè eo, quod ad aliud examen teneatur, niſi quando aliquis vellet opponere, argumento toto titulo de exemptionibus in utroque iure, nam pallium eſt complementum rei, unde talis receptio pallij non eſt diferenda ultra tres menſes poſt conſecrationem, & à Pontifice peti debet, C. quoniam diſt. 100. & per Abbat. in C. ad honorem cod.

4. Si quis autem palliationi ſe opponere vult, quæ eſt ſecunda difficultas §. ſecundi, debet ſe obligare cum iuramento ad probandum totum, quod opponit contra palliandum ſub pœna, talionis, vel ſub extraordinaria pœna, ſi non probaverit, & hoc in termino duorum menſium, a die oppoſitionis, in extravagant. Ioan. 22. de auctoritate, & uſu pallij, quæ incipit malitijs, nam id quod fit intra duos menſes videtur fieri incontinenter.

5. Ad tertium certum, ac indubitatum eſt Archiepiſcopum non poſſe alio commodare pallium ſuum, nec illo uti indifferenter pro ſuo libito, in quolibet loco, & tempore

 patet

patet in C. penult. eod. in verb. ubique, & argument. poteſtatis delegandi, quæ ſunt ordinis, C. aqua, de conſecratione; nam pallium tantum ratione loci, & perſonæ, nempè in propria Provincia, & in propria perſona, iuxta not. in dicto C. aqua, etenim Privilegium alicui conceſſum, non poteſt uti in præiudicium alterius argument. in C. diligent. de foro competenti, & C. ex tuarum eod. niſi habeat aliquod in hoc Privilegium particulare, nec poteſt conſuetudo generalis hoc inducere, habetur in dicto C. ex tuarum, ſicut nec poteſt conſuetudo inducere auctoritatem, utendi pallio omnibus diebus C. pen. & C. fin. eod. cum hoc ſolius Papæ ſit; quando autem in text. dicitur, quod pallium comodari non poteſt alijs, intelligendum eſt ad illo utendum, non autem providendo, nam poteſt commodari ſartori, ut poſſit illum videre, ut aliud faciat. ita Ioannes Andreas, & Abbas in C. ad hoc eod. immò cum ipſo ſeppelliendus eſt Archiepiſcopus prout ait textus §. ſeppelliendus; immò ſi talis Archiepiſcopus, fuerit ad aliam Archiepiſcpalem Eccleſiam tranſlatus, cum ibi novum pallium ſumat, cum utroque in morte ſua debet ſeppelliri ita communiter DD. in C. ad hoc eod.

6. Quænam autem, debeat eſſe vita Prælatorum, ait textus, & cum quibus converſationem habere debeant in ſequenti titulo, examinabitur.

RVBRICA DECIMA.

De vita, & honeſtate Prælatorum.

Continuatur hæc materia, per §. ſi ſupra in tit. 12. & rationabiliter, quia ſi egit auctor de Prælatorum creatione prius, deinde agendum erat de vita, & honeſtate illorum, nam qui præcellit dignitate, debet etiam innocentia, & exemplo præcellere, prout, ait Textus noſter

etenim

etenim nemo rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat, idem Textus, & non ſolum hoc dicitur de Epiſcopis, verum de omnibus qui domui Dei deſerviunt ſequitur Textus noſter eod. Titulo §. debet, præſen. Rubrica continet. §§. undecim; quos omnes gradatim examinabo.

In §. debet igitur.

1. Cum Epiſcopo omnes eius curæ ſubiecti ſint velut oues ſub ſuo paſtore, ne dici poſſit mercenarius debet illas doctrina, & exemplo, paſcere, & expurgare à vitijs, & illos in virtutibus dirigere, ac perficere, qua propter non ſolum, debet non habere vitiorum maculam, ſed inſuper debet de hac re ſuſpicione carere, prout inquit Gregorius Nazianzenus Appologia 1. *debet enim in omnibus eſſe irreprebenſibilis, cum non ſolum debeat turpia vitare, ſed præſtantia ſuæ virtutis multitudinem erudire* prout firmat Iſidorus lib. 3. de ſummo bono cap. 42. & ad exemplum Chriſti, facere, & docere memores, quod Chriſtus *non docuiſſet verbo niſi firmaret exemplo* ſatis iuvat exemplum prælati, ad inducendum ſuos ſubditos adbenè operandum etenim cum Abimalec rex ligna cæderet, & portaret dicebat ſuis Iudic. 9. *quod me vidiſtis facere facite cito*, & firmat textus noſter dum inquit *nemo autem rectè monitoris perſonam ſuſcipit*, *niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat*, debent eſſe Epiſcopi.

2. Iuxtà auctorem noſtrum vita tripliciter conſiderari poteſt etenim alia eſt vita naturæ; alia diſciplinæ, & alia gratiæ, Namque vita naturæ, eſt animæ, & corporis coniunctio, ut tenent omnes Phyloſophi (dequaqunque anima loquantur) vnde dicitur communiter quod *vivere eſt eſſe*, quę quidem vita durat nutrimento adiuvante, nempe, cibo, & potu, l. de hijs §. de tranſactione, quare fit ut ea, quę ſunt ad vitam neceſſaria aliquando vita dicantur.

3. Quare ſi quis teſtator relinqueret in ſuo teſtamento vi-

tam

tam alicui famulo fideli ſua vita durante, idem ſit, ac relinquere illi neceſſaria ad vitam humanam ſubſtentandam, ſic in l. victus ff. de verborum ſignificatione, & hec hæredis obligatio durat per centum annos, ſi prius legatarius non moriatur l. an uſu fructus, ff. quibus mod. uſufructi, & in l. fin. C. de Sac. ſant, Eccleſiæ l. præponebatur ff. de Iud.

4. Vita diſciplinæ, eſt ſecundum auctor modus, & ordo quidam ſecundum, quem quis vivere debet, vndè de hac vita loquendo dico, aliam eſſe vitam Clericorum, aliam Laiçorum 12. q. 1. C. duo, quod homines Clerici debent eſſe vitæ irreprehenſibilis, & in ſtatu ſuo Eccleſiaſtico vivere, debent longinqui, ab uſu ſæcularium, non ſolum in libertate, verum in veſtimentis, in qua re video cum meo rubore, magis profanos Clericos, quam Sæculares, quequidem resplangere facit Eccleſiam Dei, & audio adhuc ſanctum Brunonem loquentem in exodum, & quavis Epiſcopis loquatur, omnibus Eccleſiaſticis locutus eſt hijs verbis *ad unum quod portas, ſuper humeralem reſpice, &c.* cum id quod amplius dicit ipſe ſanctus.

5. Alia eſt vita activa Epiſcoporum, alia contemplativa C. niſi de renunciatione, C. licet de reg. unde vita contemplativa dicitur vita gratiæ, & eſt quando quis moritur vitijs, & Deo vivit per opera bona, propterea dixit Chriſtus, *qui vivit in me vitam habet*, & hanc perfectè, vel ſaltem ſine maxima auſteritate corporis, & reſigniatione in Deo habere non poſſumus in hoc ſæculo C. maiores de Baptiſmo, ſed in Titulo noſtro non agitur de iſta vita Iam inſinuata, ſed de vita diſciplinæ, hoc eſt de honeſtate morum, non de modo divitiarum (in quibus, ut plurimum prælati quærunt abundare) de quibus multi intelligunt; immemores forſitan, quod dicit ſcriptura, quod *qui amat divitias ſæculi huius inimicus Dei conſtituetur* ego dicerem, & libenter dicerem, quod videre prælatos, ut erat ſanctus Carolus ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ, & ſanctus Fran-

ciſcum

ciſcus Saleſius , qui omnes omnibus renunciarunt ſolum Deum pro ſe tenentes, videret legitimos coram Deo Prælatos.

6. Quarè fit, vt hoc nomen Prelatus dupliciter ſumi poteſt, & largè, & ſtrictè, unde largè ſumptum comprendit etiam ſimplicem Curatum C. tua de cleri ægrot. ſtrictè verum ſolum dicit, qui habet Iuriſditionem contentioſam. Abb. in cap. 2. de Iudic. in C. de multa de pub. in C. requiſiſti, de teſtament., in C. nihil de electio in C. cum ab Eccleſiarum de offic. ordinis in C. fin. de pænitentia, & remiſſione, & in dicto C. tua.

7. Sed hic loquimur de prælato ſtrictè, nempè de Epiſcopis poſtea, me extendam ad alios, nempè ad prælatos regulares ſuo loco), debent igitur Epiſcopi eſſe ſalterræ, & lux poſita ſupercandelabrum, ut omnibus luceat, undè S. Greg. in Epiſtola ad Hermannum Epiſcopum metens, dixit *quis dubitet Sacerdotes Criſti, Regum, & principum omniumque fidelium Patres, & magiſtros cenſeri* qua proter Reges, & principes deberet illos honorare; & non multoties ſpernere, memores de dicto Chriſti *qui vos ſpernit, me ſpernit;* nã certum, ac indubitatum eſt, quod *Regis ab exemplò totus componitur orbis* quare idem Gregorius in ſuo Paſtoral lib. 2. cap. 1. ſubdit tanctum debet actionem ſubditorum actio tranſcendere rectoris; quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris, & ſic etiam Epiſcopus etiam erga gregem ſuum ſe gerere debet, ut ſuo exemplo in bonitate confirmentur, & oves deperditas inter peccatorum ſilvas voce, ſui boni exempli, & ſanctæ converſationis, ad ovile verum Ieſu Chriſti revocentur ſic in C. nemo diſt. 81. alias ſe gerendo, non dicuntur paſcere gregem ſuum prout dixit Chriſtus Petro *paſce oues meas*, ſed illas mactare, & perdere. Sic clarè probat Textus in preſent. §. dum ita loquitur *quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe, quam Clericos quaque in alijs membris Eccleſia vacant culpa; ſapè in Sacerdotibus*

bus habentur illicita quare ego concludere volo hunc §. cum eo quod S. Ciprianus dixit de Cornelio Pontifice ipſum laudando *dum pracedis ad gloriam multos fueris gloria comites, & confeſſorum populum ſuaſeris fieri , dum primus paratus pro omnibus confiteri*, ea propter in Concilio Tridentino ſeſſ. 22. de reform. cap. 1. illi Venerandi PP. ſcripſere *nihil, eſt quod magis ad pietatem , & Dei cultum aſſiduè Inſtruat , quam Superiorum vita , & exemplum .*

8. Ad uos ergo devenio, qui religioſos gubernatis, ò Religionum prælati , qui ita ſtatis in Throno , ut non conſideretis , aliũm ſupra vos in ſupremo Throno ſedere , qui non ſolum veſtras iniuſtitias iudicaturus , eſt , ſed Iuſtitias Iuxta davidicum dictum *cum accepero tempus ego Iuſtitias Iudicabo* , ſi res veſtræ Iuſtæ perſcrutabuntur, quid erit de veſtris commoditatibus ſuperfluis , ambitionibus , partialitatibus , negligentijs , in Dei cultu , & religionis honore ; quid de oppreſſionibus illorum , qui virtutibus illuſtrant religiones , & exaltatione ignorantiæ , & vitij , certè in die dicetis montibus cadite ſuper nos , tunc maladicetis veſtras malas conuerſationes , quæ quantum longe deberent eſſe à vobis , ſicut , & Crapula , in ſequent. §. patebit.

In §. Ab improborum cum ſequenti .

9. In iſto §. Auctor noſter Lancellottus duo principaliter examinare habet, primo , quænam debeat eſſe conuerſatio prælati . Secundo quomodo ſe gerere debeat in Correctionibus faciendis errantibus in via Iuſtitiæ , nam certum eſt iuxta Textum noſtrum quod prælati, quiqunque illi ſint debent ſéper fugere colloquia inhoneſta , & perſonas talia loquentes , etenim corrumpunt bonos mores colloquia prava, vndè inquit hoc rationabiliter textus noſter , & ſubdit *habebit igitur ſecum honeſti teſtimonij clericos , qui poſſint irreprehenſibiles inveniri* undè Epiſcopus , ſiuè alij prælati , tam Clerici quam Regulares, ſéper appud ſe debent retinere per-
ſonas

ſonas doctas, & morigeratas, non vero diſcolas diſſolutas in loquendo, fugere Iuventutem, & gentes malis moribus inbutis, *nam qui tangit picem inquinabitur ab ea; ſemper perconverſare debent cum morigeratis, & benè natis, non autem cum vilibus perſonis, derogant enim dignitati ſuæ, & ſcandala gravia committunt*, in corrigendo cum pietate, quia prælato iracundia indecens eſt, ut oſtendam, & textus noſter clarè loquitur *plus charitas, quam poteſtas, plus agit benevolentia, quam ſeveritas*; ſunt verba textus noſtri, quid enim acquirit prælatus iniuriando ſubditum, quid fructus, vocando illum cum verbo, tu hoc feciſti, tu temerarie, &c. hoc dixiſti, &c. non ne melius eſt dicere, filij mi quid feciſti, amor enim amorem ponit.

Ex toto dicto colligo verum eſſe quod ait Auguſtinus Sanctus de falſa, & vera pænitentia cap. 20. *iudicans enim alios, qui eſt iudicandus, condemnat ſeipſum*, & habemus hoc in C. qui vult. confiteri de pœnit. diſt. 6. *Qui enim*, inquit Iſidorus lib. officij *alium de peccatis arguit, ipſe à peccato debet eſſe alienus*; videatur Rub. lib. 3. de inſtit. Clericor. cap. 1. vide etim §. meliores, & id quod not. in C qualis 8. q. 1. in fin. unde miror, quod multoties Clerici videntur in foro agitare lites quando iuxta textum noſtrum, debeant alios componere, hæc ſunt verba textus *Si quando ſiuè etiam laicos inter ſe deſidere contigerit, ad pacem magis quam ad iudicium compellat*, & tamen in mmomoires de hac re Iudices Eccleſiaſtici protrahunt cauſas, ut ita dicam internum, neſcio quo fine C. non dicam auaritiæ cauſa, quia de hac re non cogito, ſed neſcio aſſignare finem; ſunt enim Iudices verum eſt, ſed ſunt etiam paſtores iuxta Textum §. 1. infra, communia tam malorum, quam ratione conſiderata, nec etiam videntur obſtare; etenim ſi delicta ſunt punienda, non ſunt tamen rigorosè punienda C. diſciplina diſt. 45. & propterea dicitur, quod in pœnalibus lex eſt benigne interpretanda prout habetur C. in pænis de regulis Iuris in 6. l. pen. ff. & corrumpun-

 tur

canonicæ, Navar. latiſſimè in tract. de horis tract. ſacerdoti tit. de horis; & meliùs omnium Sót. lib. 10. tit. de iuſt. & iur q. 5. art. 5. cum multis innumeris alijs, qui omnes dicunt, periculoſum eſſe nutum Eccleſię non obſervare non ſolùm in magnis, ſed etiam in minimis. De magnis nolo loqui [quia hodie magna non curantur, olim de minimis erat ſcrupulum] Minima namque variant ſenſum ſacræ literæ, & ſic gloria Deo tollitur non minimè, ſed maximè. Abram enim ſine h. aliud ſignificat, ac cum h. aliud Sarai cum i. aliud Sara ſine i. ut patet Geneſ. cap. 17. & palàm, aliud ſignificat cum virgula, & aliud ſine virgula, & ſic de ſingulis, de quibus non curant hodiè Divinum Officium cantantes. Qui ſolùm expeditionem attendunt, & lucrum, non æternitatem, quæ eſt maximum, & ſupræmum lucrum; videatur text. noſter in C. à quodam qualiter legendus, undè nobis Eccleſiaſticis dixit: *Iota unum non præteribit à lege*. Accedit quòd in Canon 32. pœnitentialis ſic habetur; *Qui in dicendis horis canonicis, & alijs officijs divinis diſcrepat à conſuetudine Metropolitanæ Eccleſiæ ſex menſibus privatur communiòne*; ſed hoc non innuo ulli, quia loco prænominato videntur habere propè ignem in aliquibus Cathedralibus, ſolùm hortor, ut intelligat id., quod dicunt, hortor. Si enim Lucifer attentus manſiſſet quando Deum laudabant aſtra matutina non cecidiſſet in æternum ignem, reſpice ad hoc oh Curiſte.

41. Solùm addo huic diſcuſſioni (quia in propoſita quæſtione nihil reſolvere volo) quod contra aliquos philoſophos dicentes genus non ſalvari in unica ſpecie, immemores quod geneſis 1. ante omnia fecit cœlum, & terram, an vero iſta ſint animata nec ne eſt inter Philoſophos antiquos controverſia, deindę, produxit mediante terra herbam virentem, quæ certa habet Animam vegetátitivam; ergo eſt animal, ergo animalitas conſervabatur in illa ſpecie; ergo genus in unica ſpecie, &c. redeo modo ad punctum meum, oh utinam

nam

nam Laus Dei punctualis, & punctualiter recitata in una ſpecie ſaluaretur, ſivè presbiterorum, ſivè regularium, quia pro uno ex iſtis Chriſtianitas fidelis non eſſet in tantis anguſtijs, dixi non reſolvo hic aliquid, quia unuſquiſq; debeo ſuam conſcienliam reſolvere in Dei laudem, quando ipſe pro nobis diffuſit ſanguinem ſuum; in memoriam ego ſemper deberem id, quod dicit Patriarcha S. P. Franciſcus à Paula, Minimitanæ Religionis meæ fundator, de perſolutione horarum Canonicarum loquendo in ſua regula cap. 4. quod convenit cum C. Romana diſt. 97. ſic habet S. Pater, *laudibus divinis Fratres huius ordinis in Clericos aſſumpti, cum tremore, alacriter intendentes, ſimpliciter explicando, &c, reverenter, ac cæremonialiter perſolvant Divinum Officium iuſta Eccleſiæ Romanæ ritum*, oh quam iucundum videndo Fratres in coro bene ordinatos, unuſquiſque in locum ſuum in Deo directus, Superiorem Zelantem, in Dei ſervitio, in quo nec Die, nec nocte fatigationi condonet, qui non manibus expanſis in authoritatem, ſed ligatis in Deum ſimul cum mente alios exemplo hortetur, qui non ſedem primam dimictendo cum ſtrepitu, ſed ita ſe gerere, ut ſuo exemplo omnes in Deum mentes ipſi elevent. Satis de hac re, quia iuxtà dicta ſi fierent omnia, ut dixi, Clerici in coro eſſent in Paradiſo, ſaltem vitaliter.

RVBRICA NONA.

De pallio Archiepiſcopi.

1. DE Pallio Archiepiſcopali loquitur hic textus noſter, ſicut, & auctor, in titulo de auctoritate Pallij, dicendo quod Pallium nihil aliud eſt, quam *Metropolitanorum inſigne ornamentum, quod de corpore Beati Petri ſumitur, Paſtoralis Officij plenitudinem deſignans*, in quo titulo plura ait auctor. Primo, quod Pallij receptio non

eſt differenda. Secundò, quòd volens aliquid Palliando obicere debet iurare de calumnia, & intra duos menſes obiecta probare, alioquin ad pœnam talionis tenetur. Tertio, quod ſolum Metropolitanus in ſua Provincia, & certis diebus utitur Pallio, & quod Pallium perſonam ſequitur, undè illum commodare non poteſt. Quarto, quod multa, quæ dicta ſunt de creatione Epiſcoporum habent locum in alijs Prælatis, de quibus omnibus non in longum Sermonem me extendam ſed paucis lineis me expediam.

2. Dicitur ergo Metropolitanus, & non Archiepiſcopus quia ante Pallij receptionem Archiepiſcopus vocari non debet Abbas in C. ſuffraganeus in 3. not. de elect. & in C. niſi eo, ſed Abbas poteſt appellari ante benedictionem, ita Abbas in C. inter 2. de re iudicata.

In §. hoc amplius cum tribus sequent.

3. Iam dixi, quare dicatur Metropolitanus, nempe quod idem ſit, ac Archiepiſcopus, ut notari poteſt ex textu in C. Paſtoralis in princ. de officio ordinis, & ex extravant. Salvator de præbend. inter comun. ubi etiam habetur, quod Metropolitana Eccleſia, eſt grandioris honoris, & tituli ſuffraganea, quæ eſt ſub iuriſdictione Archiepiſcopi, non quoad poteſtatem ordinariam, ſed in caſu appellationis, vel delicti Epiſcopi, ita imola. Zabarel, & Vital. in Clementina, & ego dixi fere in principio huius operis. Clementina ait de hac re. Archiepiſcopo de Privilegio, ſunt tamen aliqui Archiepiſcopi, qui nullos habent ſuffraganeos, quomodo eſt Archiepiſcopus Roſanen. & Lancianen.; cum multis alijs. Archiepiſcopus Piſanus, ut credo tres habet ſuffragan. verum, eſt quod dignitas Archiepiſcopi Piſani eſt magna cum ſit Primates Corſicæ, & Sardiniæ, & eiſdem legatus notus, & ego manendo Piſis vidi Canonicos aliquos Corſicæ inſulæ, qui veniebant pro recurſu contra ſuum Epiſcopum coram Archiepiſcopo Piſano, quibus primatibus Archiepiſcopi ſunt

in-

inferiores, & cæteros Epiſcopos habent præcedere, vide Geminian. in C. ſingulos il 2. 9. q. 3. & iuſt. primates ſunt perſonæ magis Privilegiatæ, C. ſervatis, & C. igitur 25. q. 2. ad noſtrum de Pallio rede, &c. & dico Pallium, neque aliam formam habere, præterquam deſcriptam per Ioanem Andream, nempè quod ſit quædam albi ſivè Pallidi Coloris rotundæ, ſivè circularis, ſivè quæ clauditur ad modum circuli, vel coloris ex parte poſteriori, licet colorita extendatur circa collum, ſeu Palleum, circa brachia, quod habet quatuor cruces nigras, quarum prima eſt ante, ſecunda ſuper brachio ſiniſtro, tertia retro, quarta ſuper brachio deſtro, quod quidem pallium mortificationem vitiorum in Archiepiſcopo ſignificat, &c. dixi ſupra quod de corpore Beati Petri ſumitur, nempè de altari ubi corpus Beati Petri iacet, C. ſignificaſti ubi not. de electione, & in C. niſi, & in C. ad honorem, eod. quæ quidem acceptio palij, ſivè per Pontificem, ſivè per alium delegatum ab Archiepiſcopo Sumi debet, abſquè eo, quod ad aliud examen teneatur, niſi quando aliquis vellet opponere, argumento toto titulo de exemptionibus in utroque iure, nam pallium eſt complementum rei, unde talis receptio pallij non eſt diferenda ultra tres menſes poſt conſecrationem, & à Pontifice peti debet, C. quoniam diſt. 100. & per Abbat. in C. ad honorem eod.

4. Si quis autem palliationi ſe opponere vult, quæ eſt ſecunda difficultas §. ſecundi, debet ſe obligare cum iuramento ad probandum totum, quod opponit contra palliandum ſub pœna, talionis, vel ſub extraordinaria pœna, ſi non probaverit, & hoc in termino duorum menſium, a die oppoſitionis, in extravagant. Ioan. 22. de auctoritate, & uſu pallij, quæ incipit malitijs, nam id quod fit intra duos menſes videtur fieri incontinenter.

5. Ad tertium certum, ac indubitatum eſt Archiepiſcopum non poſſe alio commodare pallium ſuum, nec illo uti indifferenter pro ſuo libito, in quolibet loco, & tempore

 patet

patet in C. penult. eod. in verb. ubique, & argument. poteſtatis delegandi, quæ ſunt ordinis, C. aqua, de conſecratione; nam pallium tantum ratione loci, & perſonæ, nempè in propria Provincia, & in propria perſona; iuxtà not. in dicto C. aqua, etenim Privilegium alicui conceſſum, non poteſt uti in præiudicium alterius argument. in C. diligent. de foro competenti, & C. ex tuarum eod. niſi habeat aliquod in hoc Privilegium particulare, nec poteſt conſuetudo generalis hoc inducere, habetur in dicto C. ex tuarum, ſicut nec poteſt conſuetudo inducere auctoritatem, utendi pallio omnibus diebus C. pen. & C. fin. eod. cum hoc ſolius Papæ ſit; quando autem in text. dicitur, quod pallium comodari non poteſt alijs, intelligendum eſt ad illo utendum, non autem providendo, nam poteſt commodari ſartori, ut poſſit illum videre, ut aliud faciat. ita Ioannes Andreas, & Abbas in C. ad hoc eod. immò cum ipſo ſeppelliendus eſt Archiepiſcopus prout ait textus §. ſeppelliendus; immò ſi talis Archiepiſcopus, fuerit ad aliam Archiepiſcpalem Eccleſiam tranſlatus, cum ibi novum pallium ſumat, cum utroque in morte ſua debet ſeppelliri ita communiter DD. in C. ad hoc eod.

6. Quænam autem, debeat eſſe vita Prælatorum, ait textus, & cum quibus converſationem habere debeant in ſequenti titulo, examinabitur.

RVBRICA DECIMA.

De vita, & honeſtate Prælatorum.

CONtinuatur hæc materia, per §. ſi ſupra in tit. 12. & rationabiliter, quia ſi egit auctor de Prælatorum creatione prius, deinde agendum erat de vita, & honeſtate illorum, nam qui præcellit dignitate, debet etiam innocentia, & exemplo præcellere, prout, ait Textus noſter

etenim

etenim nemo rectè monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat, idem Textus, & non ſolum hoc dicitur de Epiſcopis, verum de omnibus qui domui Dei deſerviunt ſequitur Textus noſter eod. Titulo §. debet, præſen. Rubrica continet. §§. undecim, quos omnes gradatim examinabo.

In §. debet igitur.

1. Cum Epiſcopo omnes eius curæ ſubiecti ſint velut oues ſub ſuo paſtore, ne dici poſſit mercenarius debet illas doctrina, & exemplo, paſcere, & expurgare à vitijs, & illos in virtutibus dirigere, ac perficere, qua propter non ſolum, debet non habere vitiorum maculam, ſed inſuper debet de hac re ſuſpicione carere, prout inquit Gregorius Nazianzenus Appologia 1. *debet enim in omnibus eſſe irreprehenſibilis, cum non ſolum debeat turpia vitare, ſed præſtantia ſuæ virtutis multitudinem erudire* prout firmat Iſidorus lib. 3. de ſummo bono cap. 42. & ad exemplum Chriſti, facere, & docere memores, quod Chriſtus *non docuiſſet verbo niſi firmaret exemplo* ſatis iuvat exemplum prælati, ad inducendum ſuos ſubditos adbenè operandum etenim cum Abimalec rex ligna cæderet, & portaret dicebat ſuis Iudic. 9. *quod me vidiſtis facere facite cito*, & firmat textus noſter dum inquit *nemo autem recte monitoris perſonam ſuſcipit, niſi qui moribus ſuis aliorum errata condemnat*, debent eſſe Epiſcopi.

2. Iuxtà auctorem noſtrum vita tripliciter conſiderari poteſt etenim alia eſt vita naturæ; alia diſciplinæ, & alia gratiæ, Namque vita naturæ, eſt animæ, & corporis coniunctio, ut tenent omnes Phyloſophi (dequaqunque anima loquantur) vnde dicitur communiter quod *vivere eſt eſſe*, quę quidem vita durat nutrimento adiuvante, nempe, cibo, & potu, l. de hijs §. de tranſactione, quare fit ut ea, quę ſunt ad vitam neceſſaria aliquando vita dicantur.

3. Quare ſi quis teſtator relinqueret in ſuo teſtamento vitam

tam alicui famulo fideli ſua vita durante, idem ſit, ac relinquere illi neceſſaria ad vitam humanam ſubſtentandam, ſic in l. victus ff. de verborum ſignificatione, & hec hæredis obligatio durat per centum annos, ſi prius legatarius non moriatur l. an uſu fructus, ff. quibus mod. uſufructi, & in l. fin. C. de Sac. ſant, Eccleſiæ l. præponebatur ff. de Iud.

4. Vita diſciplinæ, eſt ſecundum auctor modus, & ordo quidam ſecundum, quem quis vivere debet, vndè de hac vita loquendo dico, aliam eſſe vitam Clericorum, aliam Laiçorum 12. q. 1. C. duo, quod homines Clerici debent eſſe vitæ irreprehenſibilis, & in ſtatu ſuo Eccleſiaſtico vivere, debent longinqui, ab uſu ſæcularium, non ſolum in libertate, verum in veſtimentis, in qua re video cum meo rubore, magis profanos Clericos, quam Sæculares, quequidem resplangere facit Eccleſiam Dei, & audio adhuc ſanctum Brunonem loquentem in exodum, & quavis Epiſcopis loquatur, omnibus Eccleſiaſticis locutus eſt hijs verbis *ad onus, quod portas, ſuper humeralem reſpice, &c.* cum id quod amplius dicit ipſe ſanctus.

5. Alia eſt vita activa Epiſcoporum, alia contemplativa C. niſi de renunciatione, C. licet de reg. unde vita contemplativa dicitur vita gratiæ, & eſt quando quis moritur vitijs, & Deo vivit per opera bona, propterea dixit Chriſtus, *qui vivit in me vitam habet*, & hanc perfectè, vel ſaltem ſine maxima auſteritate corporis, & reſigniatione in Deo habere non poſſumus in hoc ſæculo C. maiores de Baptiſmo, ſed in Titulo noſtro non agitur de iſta vita Iam inſinuata, ſed de vita diſciplinæ, hoc eſt de honeſtate morum, non de modo divitiarum (in quibus, ut plurimum prælati quærunt abundare) de quibus multi intelligunt; immemores forſitan, quod dicit ſcriptura, quod *qui amat divitias ſæculi huius inimicus Dei conſtituetur* ego dicerem, & libenter viſcerem, quod videre prælatos, ut erat ſanctus Carolus ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentiæ, & ſanctus Franciſcum

ciſcus Saleſius, qui omnes. omnibus renunciarunt ſolum Deum pro ſe tenentes, videret legitimos coram Deo Prælatos.

6. Quarè fit, vt hoc nomen Prelatus dupliciter ſumi poteſt, & largè, & ſtrictè, unde largè ſumptum comprendit etiam ſimplicem Curatum C. tua de cleri ægrot. ſtrictè verum ſolum dicit, qui habet Iuriſditionem contentioſam. Abb. in cap. 2. de Iudic. in C. de multa de pub. in C. requiſiſti, de teſtament., in C. nihil de electio in C. cum ab Eccleſiarum de offic. ordinis in C. fin. de pænitentia, & remiſſione, & in dicto C. tua.

7. Sed hic loquimur de prælato ſtrictè, nempè de Epiſcopis poſtea, me extendam ad alios, nempè ad prælatos regulares ſuo loco), debent igitur Epiſcopi eſſe ſal terræ, & lux poſita ſupercandelabrum, ut omnibus luceat, undè S. Greg. in Epiſtola ad Hermannum Epiſcopum metens, dixit *quis dubitet Sacerdotes Criſti, Regum, & principum omniumque fidelium Patres, & magiſtros cenſeri* qua proter Reges, & principes deberet illos honorare, & non multoties ſpernere, memores de dicto Chriſti, *qui vos ſpernit, me ſpernit;* nã certum, ac indubitatum eſt, quod *Regis ab exemplo totus componitur orbis* quare idem Gregorius in ſuo Paſtoral lib. 2. cap. 1. ſubdit tanctum debet actionem ſubditorum actio tranſcendere rectoris, quantum diſtare ſolet à grege vita paſtoris, & ſic etiam Epiſcopus etiam erga gregem ſuum ſe gerere debet, ut ſuo exemplo in bonitate confirmentur, & oves deperditas inter peccatorum ſilvas voce, ſui boni exempli, & ſanctæ converſationis, ad ovile verum Ieſu Chriſti revocentur ſic in C. nemo diſt. 81. alias ſe gerendo, non dicuntur paſcere gregem ſuum prout dixit Chriſtus Petro *paſce oues meas*, ſed illas mactare, & perdere. Sic clarè probat Textus in preſent. §. dum ita loquitur *quia vehementer Eccleſiam Dei deſtruit, meliores laicos eſſe, quam Clericos quaque in alijs membris Eccleſia vacant culpa; ſapè in Sacerdotibus*

ſonas doctas, & morigeratas, non vero diſcolas diſſolutas in loquendo, fugere iuventutem, & gentes malis moribus inbutis, *nam qui tangit picem inquinabitur ab ea; ſemper perconverſare debent cum morigeratis, & benè natis, non autem cum vilibus perſonis, derogant enim dignitati ſuæ, & ſcandala gravia committunt*, in corrigendo cum pietate, quia prælato iracundia indecens eſt, ut oſtendam, & textus noſter clarè loquitur *plus charitas, quam poteſtas, plus agit benevolentia, quam ſeveritas*; ſunt verba textus noſtri, quid enim acquirit prælatus iniuriando ſubditum, quid fructus, vocando illum cum verbo, tu hoc feciſti, tu temerarie, &c. hoc dixiſti, &c. non ne melius eſt dicere, filij mi quid feciſti, amor enim amorem ponit.

Ex toto dicto colligo verum eſſe quod ait Auguſtinus Sanctus de falſa, & vera pænitentia cap. 20. *iudicans enim alios, qui eſt iudicandus, condemnat ſeipſum*, & habemus hoc in C. qui vult. confiteri de pœnit. diſt. 6. *Qui enim*, inquit Iſidorus lib. officij *alium de peccatis arguit, ipſe à peccato debet eſſe alienus*; videatur Rub. lib. 3. de inſtit. Clericor. cap. 1. vide etim §. meliores, & id quod not. in C qualis 8. q. 1. in fin. unde miror, quod multoties Clerici videntur in foro agitare lites quando iuxta textum noſtrum, debeant alios componere, hæc ſunt verba textus *Si quando fuè etiam laicos inter ſe deſidere contigerit, ad pacem magis quam ad iudicium compellat*, & tamen in mo mores de hac re Iudices Eccleſiaſtici protrahunt cauſas, ut ita dicam internum, neſcio quo fine C. non dicam auaritiæ cauſa, quia de hac re non cogito, ſed neſcio aſſignare finem; ſunt enim Iudices verum eſt, ſed ſunt etiam paſtores iuxta Textum §. 1. infra, comunia tam malorum, quam ratione conſiderata, nec etiam videntur obſtare; etenim ſi delicta ſunt punienda, non ſunt tamen rigorosè punienda C. diſciplina diſt. 45. & propterea dicitur, quod in pœnalibus lex eſt benigne interpretanda prout habetur C. in pænis de regulis Iuris in 6. l. pen. ff. & corrumpun-

tur 28. q. 1. C. ſepe, ſicut per Abb. in C. nulli de accuſ. magis ac magis dictum à me patet, unde divvs Paulus ad populos Galatię ſcribens C. loquendo ad prælatos dixit *inſtruite in ſpiritu lenitatis* l. B. Agu. de fide, & oper. cap. 3. Tom. 4. quapropter Textus noſter inquit l. cum lenitate tamen ſeveritas miſcenda eſt nam miſericordiæ multum demitur ſi ſeveritate omninò ſit deſtituta, facit C. ex parte ext. de cenſ. & l. ſi ſervvs ff. de pign. actio. & l. nec ſupina, ff. de Iure, & facto igno. & l. continuus §. cum ita ff de verborum obligatione, ex c. 1. de officio cuſtodis argum. contr. in l., ne ſennius ff. de neg. geſtis, & in l. placuit C. de Iudice & in C. fin. de tranſaction.

In §. *præterea, cum ſeqq.*

8. Auctor cum Textu currendo agit in præſenti §. cum ſeqq. Primò, quomodo prælatus ſe gerere debeat, cum perverſis; ſecundò, quod Epiſcopus orationi, & prædicationi debet inſiſtere; tertiò, nec non quod Hoſpitalis eſſe debet; quarto, quod Prelatus debet eſſe ſobrius, & peritus; quintò, quod non debent prelati in ſeculariũ negotijs ſe implicare 6. itẽ pudicitię ſtudioſi, 7. & ultimo quod omnimode exemplares eſſe debent, & ego cum Auctore currendo, de omnibus iſtis meum ſenſum iuxta Textum aliquid dicam.

9. Circa primam nempẽ quomodo gerere debeat prelatus cum perverſis dicendum eſt per §. reſiſtitur, quod prelatus omni ſuo poſſe reſiſtere iſtis debet, illos punire, mala eis impedire, quia cum locum Dei in terris teneant, & Deus ſuperbis reſiſtat, ità debent ipſi prelati facere, nam extremis morbis, extrema remedia, iuſtà medicos, & cum iuſtà Salomon. perverſi difficile corriguntur, ità ad maiorem difficultatem ſuperandam in iſtis maiora media debent adhiberi, argumentum in C. ita planè 23. q. 4. C. tam Sacerdotes facit etiam id quod dicit Abbas in C. cum ab homine, de Iudic. & concordia C. error diſt. 83. unde ego putarem quod

Prę-

Prælati non reſiſtendo perverſis, & illis non impediendo malum eſt illa mala permictere, undè tollerando Prælatus perverſum, fit perverſus ipſe, in hac re loquitur clarè Textus noſter ſic loquendo *præterea cavendum eſt ne perverſe agentes corrigendo tolleret culpa enim facientis habet, qui, quod poteſt negligit emendare, & error, cui non reſiſtitur approbatur.*

Quoad ſecundnm punctum, dico quod Epiſcopus (ſicut quilibet alius prælatus Iuxtà Textum noſtrum, debet orationi, & prædicationi ſemper incumbere, & quæ à spiritu Sancto habuit pro viribus alijs comunicare *hinc eſt* (inquit textus noſter) quod ſuper paſtores primos in linguarum ſpecie spiritus Sanctus Inſedit, quod autem loquatur de prelatis clarum, eſt, quia nemo tenetur conciones habere ad populum, niſi curam animarum habentes, iſti tenentur ex Iuſtitia, cæteri ex Charitate ut notat. in Clement. 1. de regul, facit text. in Clement. dudum de Sepulturis, ubi Cardinal. & per Abb. in C. inter cætera de officio Ordin. nam ſi Frates Mendicantes conciones ad populum habent, hoc faciunt, ex Privilegio, & ex ſua Charitate, Curatorum, ac prælatorum iniunctum eſt eis ex Iuſtitia, & cum præcepto, unde primi ſi abſque licentia Papæ, aut Diœceſani conciones haberent inciderent in excomunicationem §. quia non nulli de here. Cardinal in dicta Clement. dudum; immò Epiſcopus extra viſitationem ſi uult habere conciones debet petere licentiam à Diœceſano, ſiue Metropolitano, facit argument. cap. 1. de cenſuris in 6. & 10. q. 1. C. placuit, & C. Epiſcopum, oh miſeria huius temporis, in quo laici concionantur, & curati nec (ut plurimum, neque ſciunt nomina Sanctorum Patruum) & tamen non licet laico ullo modo conciones habere, facit C. ſicut de heretic. C. niſi forte eſſet vir sanctæ Vitæ, & Doctrinæ vi hoc ab habente poteſtate commicteretur, in dicto C. inter cætera, undè dixit Dominus Ioſue 1. *non recedat volumen legis huius ab hore tuo,*

 ergo

ergo Prælati eſt improbis concionibus, & exemplo reſiſtere prout habetur proverb. 21. *civitatem fortium aſcendit ſapiens dextruxitque robur fiduciæ eius*, debet igitur Prelatus tautæ virtutis, & erudictionis, ut omnes motus, & greſſus; & univerſa opera eius notabilia ſint, veritatem mente concipiat, unde in C. quia Epiſcopus [quod valet de alijs Prælatis etiam regularibus] diſt. 23. ſic legitur, *qui Epiſcopus ordinandus eſt antea examinetur, ſi ſit prudens, ſi docilis, ſi moribus temperatus, ſi pervigil, ſi ſemper ſuis negocijs cavens, nam ultra ſcientiam, qua præfulgere tenetur ſapiens debet eſſe, cum ſapientia, & ſcientia inter ſe differant*, apud Barboſam de Epiſcopali munere tit. 11. gloſ. 6. pag. mihi 127. p. 1.

10. Ad tertium dico, quod Epiſcopus debet eſſe liberalis erga pauperes, prout text. in §. ſed nec utramque, ubi ſic loquitur, *nam largam quoque manum habere debet, & neceſſitatem patientibus ſubvenire, alienam inopiam ſuam credens*, & in §. res ſuas ipſemet text. ſubdit *res ſuas inter iſtriones, & venatores, aut aucupes minime diſpenſet, pauperes potius in hoſpitio recipiat, & facilius exemplo ſuo ad hoſpitalitatem ſubditos attrahat*; quarè divus Ambroſius de offic. &c. *aurum*, inquit, *habet Eccleſia, non ut ſervet, ſed, ut eroget, & ſubveniat in neceſſitatibus*; habetur 12. q. 2. C. aurum; idem pulchre movet divus Proſper lib. 2. de vita contemplat. cap. 1. & Concilium Aurelianen. Canon. 8. & demum Iodocus Elitoveus, lib. de vita, & moribus Cleric. cap. 25. exemplo divi Nicolai, & Martini hoc idem confirmat.

11. Sed non debent ullo modo Eccleſiaſtici incumbere venationibus, neque apud ſe iſtriones retinere, neque cum illis converſare, primi generis ſunt à Sacris Canonibus prohibita. Secundi generis, nempe iſtriones ſunt infames à iure l. 2. ff. de hijs qui not. infamia, & 4. q. 1. cap. 1. nec iſti ad ordines nempe iſtriones promoveri poſſunt C. maritum 33. diſt. &c. prohibentur à Corpore Chriſti de conſecratione diſt. 2. pro dilectione; unde iſti ſunt indigni,

ut à

ut à Clericis conſpiciantur, ut per Concilium Laodicen. Canon. 54. & in §. venatores C. Epiſcopum, & C. omnibus diſt. 44. C. qui venatoribus cum pluribus ſequentibus, & not. ſecundum gloſ. in dicto C. qui venatoribus. Quare notandum eſt, quod triplex eſt venatio; oppreſſiva; arenaria, & ſaltuoſa, oppreſſiva, de qua diſt. 6. in fine, eſt penitus interdicta; arenaria, eſt, cum quis in arena pugnat, cum dentata beſtia, & ad hoc locat operas ſuas, & qui hoc exercet, non ſolum ipſe mortaliter peccat, ſed etiam illi, qui eum aſpiciunt, & qui talem actionem exercet infamis eſt, niſi hoc faciant virium experiendarum l. 1. §. item Senatus con. ff. de poſtulatio. Saltuoſa eſt, quæ fit in ſilvis, & ſaltibus, & hoc ſui natura licita eſt l. 1. C. de veneratione ferr. lib. 11. ex tempore tamen fit aliquando illicita, ut eſt in Quadrageſima, in diebus ieiuniorum, ut in C. amputatis diſt. 86. niſi tamen eo tempore ſubeſſet neceſſitas argum. 23. q. 3. C. ſi nulla item, de perſona vero iam dixi, quod Eccleſiaſticis non licet venationibus incumbere, niſi in proprio horto, vel villa toto titulo de Clericis venat. & C. ſi nullo 23. q. 8. etiam ſi ſit pauper C. quorundam diſt. 33. & not. in dicto C. cum venatoribus.

12. Ad quartum reſpice modo, ſicut ad quintum, & ſextum ubi de ſobrietate, prudentia, peritia, pudicitia, ac virtutibus Prælatorum agitur. Textus noſter, loquendo de ſobrietate Prælatorum in §. ſobrius ſit inter alia, inquit, quod Prælatus non debet eſſe percuſſor, nec violentus, ſicut nec facilis ad vindictam, ſed in omnibus cum prudentia ſe gerere debet, quia ſi hæc omnibus prohibita ſunt, quanto magis illi, cui diſpenſata ſunt dona Eccleſiæ, verba textus ſequentia ſunt *Sobrius ſit, non viuolentus, non ſit percuſſor, & ad vindictam facilis, immò in omni rerum agendarum prudentiam ſecum habeat, ſi enim manchum, aut debilem, ſancta contingere, nequaquam lex divina permittit*, cum id quod ſequitur in eod. textu, qui quidem textus in illis verbis,

ſi

ſi enim manchum, &c. comprehendit omnia; quæ in alijs §§. continentur.

13. Quarè de cauſa à gloſ. dubitatur hic an ebrietas ſit peccatum mortale, at quia DD. loquendo de ebrietate illam diſtingunt in duplici ſpecie; vel eſt præcognita, & volita, & hæc eſt peccatum mortale, quia culpabilis eſt, nec excuſat à peccatis ſequentibns eam, alia non eſt intenta, & iſta ſolum materialiter dicitur ebrietas, & non eſt peccatum mortale, benè tamen veniale, cum non careat culpa levi ratione incoſtantiæ in virtutibus temperantiæ, & de hac ebrietate loquitur gloſ. hic in text. & Sanctus Thomas 2. 2. q. 150. art. 1. notat etiam hoc Alexander de Ales p. 2. q. 142. membr. 12. per tot. & & præcipuè art. 2. ubi clarè oſtendit, quod ebrietas peccatum lætale ſit, & quando non, & firmius Doctor in C. inebriaverant 15. q. 1. de percuſſore non eſt ſermo pro ſemel, ſed quod in hoc ſit aſſuetus, & ſic l. fin. ff. de obige l. qui ſit fugitivus §. errorem ff. de edil. nec plagiarius, qui ſemel alienos ſervos ſubripiunt l. obducta cum ibi not. C. de furto, nec mercator, qui unum tantum exercet, & negotium l. 1. §. 1. ff. de tribus argum. contra in l. Atletas §. calumniator ff. de hijs qui not. infam. & alibi Canoniſtæ pluribus in locis.

14. Debet eſſe prudens, quia iuxta gloſ. non debet eſſe facilis ad credendum, nam ut ait divus Bernardus ad Eugenium lib. 2. de conſideratione cap. 13. eſt, ò Eugenij unum vitium cuius ſi te ſentis immune, inter omnes, quos novi ex hijs qui Cathedras aſcendunt, ſedebis, me iudice, ſolitarius; hoc eſt facilitas credulitatis; cuius calidiſſimæ vulpeculæ magnorum nemine comperi ſatis caviſſe verſutias, ex qua in ipſiſmet pro nihilo multæ naſcuntur iræ; inde innocentium frequens addictio; indè præiudicia in abſentes, qua propter Prælatus non prius, quam res probata ſit credere debet; immò in negocijs arduis, ſemper petere debet conſilium iuxtà illud proverbiorum 22. *non tranſgrediaris ter-*

minos

Digitized by Google

minos antiquos; quos poſuerunt Patres tui, & Eccleſiaſt. 32. *ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebis.*

15. Nec debet ſe immiſceri in negotijs ſæcularium ne aliqua cupiditate corrumpatur, etenim Eccl. 10. auro nihil eſt ſceleſtius, propterea dixit Chriſtus Dominus Lucæ 12. *cavete ab omni avaritia, radix enim omnium malorum eſt cupiditas*, 1. tom. 6. undè iuxta textum noſtrum lucri cupidum eſſe prohibetur, ordinatur in eodem textu quod ſolum ea, quæ ſunt victum neceſſaria quærat, nam Dominus negociatores de templo eiecit, ſic in §. ſicut autem, unde Apoſtolus iuxtà eundem textum, ſubdit, nemo militans Deo implicat ſe in negocijs ſæcularibus. Sed quantum hijs temporibus Prælatorum vita ab hijs regulis Canonicis, & a mente Chriſti, & Apoſtolorum diſtet, ſatis effectus probat virtutem, nam non ſolum quærunt quæ ſua ſunt [ſalvatis, ſalvandis, quia nimis eſſet, ſi nullus eſſet verè Paſtor] ſed aliena rapere quærnnt; & quo plus ſunt potæ plus ſitiuntur, & aquæ ab ipſis; nam quæ communitatis ſunt, ſuos faciunt, & tamquam ſi nullus ſit ſuper eos gubernant, & omnia ſibi licita faciunt, non curantes quod ſunt reddituri rationem Deo, quapropter in actibus Apoſtolorum dicitur cap. 20. *attendite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*, quod etiam ad regularium Prælatos ſe extendit.

16. Qui omnes, ut ait text. debent eſſe pudicitiæ ſtudioſi, non ſolum verbis, ſed moribus, quarè in Maguntino concilio legitur, ut nullus Sacerdos fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe retineat, ſed nequè matrem, aut amictam, aut ſororem retinebit, quia etiam in illis inſtigante diabolo ſcelus perpetratum reperitur, ſunt verba tex. in §. pudicus, undè rationabiliter dixit ſapientia Eccl. 7. inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus eſt venatorum, & Sagena cor eius, vincula ſunt manus eius, ita Siricius Papa C. fœminas diſt. 81. & cap. 1. de cohabitatione mulierum, &

Clem.

Clem. maxime ut vitetur iurium correctio, C. cum expediat. de electione in 6. quid ergo ſcandaloſior res videri poteſt, quam quotidie, videre aliquem Prælatum cum muliercula, deferre fialias eius ſuper humeros ſuos, vel manibus per viam ducere, illam, & filios nutrire alimento ſubditorum, quis tam ſimplex erit quod non dicat illos eſſe filios dicti Prælati, oh utinam de iſtis non eſſent, vel non fuiſſent, nam contra dictos Sacra Concilia, & iura Pontificia medicamen non præparaſſent.

17. Sed me convincit text. noſter circa ea, quæ dixi numero antecedenti, de caſtitate Prælati, etenim text. in §. pudicus ſic ſermocinatur, *quoqunque debet eſſe, & moribus, & verbis pudore præſeferre*, & in ſequenti §. oportet item; ſequitur textus *oportet item Epiſcopum cæteroſque Eccleſiaſticis officijs mancipatos per decentiam habitus, extrinſeci, morum intrinſecum honeſtatem indicare*, ſi enim habet officium Paſtoris talem habitum geret, & opera Paſtoris, non mercenarij habere debet; alias dicetur veridicè de illis *veniunt ad vos in veſtimetis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*; quarè dixit aliquando, poeta unus exortando Religioſos, ad conſervationem ſilentij, ſic poetavit, *dum tua lingua ſilet, ſileant, & cætera membra; ſicut fert habitus, religioſus erit*, undè ſemper Prælati debent habitu aſſociare mores, & officio vitam, propterea Eccleſia Romana, vult ut Monacus, vel Relgioſus ad Prælaturas aſſumptus non mutet habitum, prout not. in C. Monacus 15. q. 1. & per Abb in C. Clerici, eod. niſi ſcandalum gereretur, quia dicto caſu ſe debet conformorare habitui eorum, inter quos vivit, ita Abb. C. Deus C. ſit qui ita intelligit, not. in dicto C. Demon, ſed qualis erit hic habitus, ut in Clement. q. moral. eod. & per Doctorem in dicto C. Clerici, & noviſſimè per Concilium Trident. ſeſſ. 14. cap. 6. & Concil. Colonien. cap. 26. de vita Clericornm, ſunt tamen Prælati, qui ſua ſub veſte Prælatitia veſtimenta deferunt, more Sæcularium, qui,

cer-

certè ſi eſt verum dictum Evangelicum, à veſtimentis mores eorum dignoſcuntur, facit etiam C. in audientia de ſententia excomunicationis, & C. ſi iudex, eod. 11. in 6. quod valet etiam de corona, quæ ſi non defertur à Clerico peccatum læthale committitur, Abb. in C. ſi quis ex Clericis, de vita, & honeſtate Clericorum; quod modo, longitudine capillorum, non corona, aliqui Prælati gloriantur, calceis, & tibijs coloratis, & vanitatibus multi excedunt ſæculares amatores; & quomodo iſti ſi pecoribus ſuis diſplicent, illos docere poſſunt certè ſi reprehendunt, vel exorant ad bonum, dicetur eis; *medice cura te ipſum*, undè hoc plangebat S. Proſper 1. de vita contemplativa cap. 22. quarè dicit auctor, quod malorum Sacerdotum, & malorum Prælatorum, orationes nocent, vel ſaltem non ita facile exaudiuntur, licet ità conficiant mali, ſicut, & boni 1. q. 1. C. ipſi Sacerdotes, & inf. de Sacra §. pen. & 1. q. 1. C. dictum, & C. Prophetavit; & quamvis loquantur de legatis mictendis, tamen extenditur ad omnes curam animarum habentes, undè concludit text. noſter in §. in Summa; *quia cum is, qui diſplicet ad intercedendum mictitur irati nimius ad deteriora provocantur*, utinam ſuperiores quorum intereſt proponere Prælatos, & eligere ſaperent hæc, & intelligerent, ac noviſſima prævidérent; nam melius Eccleſiæ pomarium, meliores fructus haberet, intelligite, ergo inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite, legite, Sacros Canones, non inimicos Chriſtianæ Reipublicæ, & SS. PP. qui Dei amatores fuere, non Machiavellum, & Tacitum, &c.

Appendix ad dicta in Titulo antecedenti,

In qua multæ difficultates proponuntur, & ſolvuntur.

1. DIctum eſt in anteriori Rubrica de qualitatibus Prælatorum, modo videndum eſt in hac appendice

 qui

Digitized by Google

qui vere dicantur Prælati, ac de auctoritate illorum; cum aliquibus caſibus miſcellaneis.

2. Prius quid propriè ſignificet hoc nomen Prælatus videbitur, deindè de eius auctoritate erit diſcurſus; dicitur Prælatus, quaſi ante latus, ſivè poſitus, & ut alibi dixi in principio Rubricæ antecedentis dupliciter ſumitur, nempè ſtricte, & largè, largè prout dicit honorem habentem, curam animarum, ſtrictè, ſolum vocatur Prælatus, qui habet aliquam iuriſdictionem ordinariam, undè etiam Vicarius Conventus, qui iure ſpeciali habet iuriſdictionem Prælatus nominari poteſt, ita Panormitan. in C. cum ab Eccleſia de officio ordinis, Angelus, Sylveſter, Sa verb. Prælatus, Zerala in prax. Epiſcop. p. 1. verb. prælat. Tambur. tom. 1. de iure Abb. diſp. 1. q. 1 n. 7. & 8.

3. Inter Prælatos Eccleſiaſticos ſeculares; alij Patrarchæ vocantur, alij Archiepiſcopi, alij Epiſcopi, &c. alij Priores, alij Præpoſiti, alij Decani, alij Archidiaconi, alij Archipræsbiteri, & alij ſimiles iurisdictionem habentes, fundata in Privilegio, aut conſuetudine.

4. Inter regulares ſunt Prælati Abbates, Generales, Provinciales, Priores, Guardiani, Rectores, Correctores, Rectores, Commiſſarij, Viſitatores, Præpoſiti, &c. omnes iſti iuriſdictionem habent, & conſequenter, iuxtà Doctores ſupradictos, habent omnem rationem Prælaturæ his poſitis, modo quærentur plura dubia, & dabuntur reſolutiones.

5. Quæritur 1. an teſtator relinquens alicui Eccleſiæ, ut bona ſua expendantur in paramentis, pro Eccleſia an Prælatus illius Eccleſiæ poſſit tuta conſcientia expendere in fabrica Conventus, vel Eccleſiæ? Reſpondeo affirmativè, quia huiuſmodi conditio in teſtamento non poterat apponi, cum ſi apponatur nulla ſit, ratio eſt, quia Laici non poſſunt diſponere circa ſpiritualia, qui enim dat Eccleſiæ dat Deo, & ſuis Miniſtris, cuiuſmodi ſunt oblationes, ut ex dicendis conſtabit, & etiam patet, ex C. quia, & ex C. Sanctorum,

&

& ex C. hanc conſuetudinem 10. q. 10. notat S. Doctor Angelicus 2. 2. q. 86. art. 2. Suarez tom. 1. de Religione tract. 2. lib. 1. cap. 7. n. 3. in fine, nam teſtator non poteſt apponere conditiones in teſtamento facientes contra ius commune, quando præcipuè concernunt ſpiritualitatem C. ſi ex Laicis, C. ſic quidam, C. noverint, C. quia, & fere per totam cauſam 10. q. 1. cap. 2. de iudic. deſumo totum ex hijs, quæ traduntur à Baldo in l. 2. C. ut in poſſ. leg. & in C. Clerici de iudic. Barbatia verb. tu adde Petrus de Ancaranus conſ. 129. dub. 1. Innocentius C. quoniam circa medium, ne Prælati vices ſuas, cum multis innumeris apud Paſqualigum q. moral. Canon. centuria 11. n. 1. pag. 4. Rot. Rom. dec. 868. de teſtamentis in antiquis gloſ. in l. nemo poteſt ff. de leg. 1.

6. Ratio eſt, quia Canones diſponunt, quod oblationes quæ fiunt Eccleſiæ, fiunt de iure Eccleſiæ, & conſequenter Dei, quia quidquid, datur Eccleſiæ, datur Deo, undè nemo poteſt ab Eccleſia auferre quod eſt ei à iure conceſſum lege Titium, & Mævium init. ff. de adminiſtration. tut. & C. tua de teſtamentis, undè teſtator apponens conditionem, quod oblationes incertos determinatos uſus impendantur, aufert facultatem liberam conceſſam à iure diſponendi de oblationibus, ad quos ſpectat, etiam ſi conſentiat rector Eccleſiæ, quod idem eſt, ac dicere Pratus; bona autem Eccleſiæ ſunt iuris publici. Auth. Caſſau. de Sacroſanct. Eccleſ. pactum autem privatorum non valet circa ea quæ ſunt iuris publici, C. ſi diligenti de foro competenti.

7. Quod valet etiam in bonis relictis ſocietatibus, ſivè confraternitatibus, etiam ſi hæredes inſtituantur, neque valet huiuſmodi conditio, aut pactum, etiam ſi accedat conſenſus rectoris Eccleſiæ, vel Capitanei confraternitatis, aut Superioris Conventus, nam oblationes connumerantur inter bona Eccleſiæ; C. Sanctorum, cap. hanc conſuetudinem 10. q. 10. Divus Thomas 2. 2. q. 86. art. 2. bona autem Ec-

cleſiæ ſunt iuris publici. Auth. Caſſau. de Sacroſanctâ Eccl. pactum autem privatorum non valet circa ea, quæ ſunt iuris publici, C. ſi diligenti, de foro competenti, & notat Decius conſ. 148. n. 3. Ricc. p. 4. dec. 170. n. 11. & 12. Rota in Toletana elemoſin. 24. Maij 1619. coram Pirovano, nam Laici ſunt incapaces iuris ſpiritualis, atquè adeò iuris ſuper bona Eccleſiæ.

8. Verum eſt, quod quando condictio appoſita à Teſtatore eſt, quod res oblata in tales determinatos uſus convertantur, eſt approbata ab Ordinario, ſubſiſtet illa clauſula in teſtamento appoſita iuxtà Imol. in C. cùm dilectus, verſ. item adverte de conſuetudine, Hoſtien. in C. eaque de ſtatu regular. Ioan. Andreas in C. ex eo §. fin. de elect. in 6. Innocentius in C. in Lateranen. de præbend. Abb. in C. Sacroſancta de elect. & in C. cum dilectus de conſuetudine, Card. in Clement. quia contingit ver. ut autem in 4. not. de Religioſis domibus, Baldus in l. unica §. accedit in fine; C. de rei uxor. act. & habetur ex C. nobis de iure Patronatus, ubi DD. communiter.

9. Qua propter in tali caſu voluntas teſtatoris ſolum habet rationem Inſtantiæ, nempè, quod talis oblatio in talem uſum convertatur, ut notat Decius l. in contrahenda n. 5. ff. de regulis Iuris; Iaſſon. l. quoties in ſtipulatione n. 2. ff. de verborum ſignificatione, Mantica l. 3. de coniect. ult. volunt. tit. 5. n. 1. citans alios Menoch. lib. 4. præſumpt. 10. n. 10. conſenſus verò Epiſcopi habet rationem diſpoſitionis, ad quem pertinet diſponere de hijs quæ ſunt ſub iure ſuarum Eccleſiarum C. ſi quidam C. decretum C. quecunque 10. q. 1. qui quidem Epiſcopus poteſt determinare, ut oblationes, iuxta mentem teſtatoris ponantur in uſu, & præcipuè, cum loco oblationum ſuccedat hæreditas, qui quidem conſenſus Epiſcopi ſuffieit, ut ſit quando hæreditas acceptatur, etiam ſi non fuerit tempore conditionis teſtamenti, quia quando acceptator tunc actus conſumatur, alias manet in ſub-

ſpenſo,

ſpenſo, & per modum donationis ſe habet, neque teſtamentum valet abſquè animo recipientis. Facit l. in omnibus ff. de obligat. & act. & l. quidam inferunt ff. de Iure Codicilli, & l. ei ff. de mort. cauſa donationis.

10. Adverto tamen quod ſi Eccleſia ſit regularium cum oblationes acquirantur eidem Eccleſiæ C. Theodoſius de ſtatu Monachorum, ibi, cum monacis ibi ſervientibus, debeat proficere, quidquid à fidelibus taliter offerri contingit, docet Mareſcot lib. 2. variar. reſolutionum cap. 4. 2. n. 3. Loter. lib. 1. de re benefic. q. 30. n. 36. quia cum Eccleſiæ Regularium exemptæ ſint à Iuriſdictione Epiſcoporum, nihil ſpectat de oblationibus relictis dictis Eccleſijs ad Epiſcopos, cum in dictis Eccleſijs Epiſcopus nullam habeat Iuriſdictionem; firmat totum dictum Paſqualig. in qq. Moralibus Canon. Centur. 2. n. 10. pag. mihi 4.

11. Quæritur 2. an Epiſcopus poſſit ſe intromictere in cauſis Civilibus Regularium, & de Illis Iudicium ferre.

12. Reſponſio eſt negativa, nam nullatenus, ſecundum Iura poteſt Epiſcopus ſe intromictere in huiuſmodi cauſis, & multo minus contra regulares ſibi non ſubiectis ſententiam ferre; primò, quia certiſſimum Iuris eſt, eos exemptos omnino in quibuſqunque cauſis a Iuriſditione Ordinariorum paucis caſibus exceptis per Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 3. ſeſſ. 7. cap. 14. ſeſſ. 25. cap. 4. & 14., & hoc ob ampliſſima Privilegia Innocentij 4. Alexandri 4. Innocentij 6. Gregorij 11. Ioannis 22. & Clementis 7. approbata à Sixto 4. in Bulla, dum attenta, quæ eſt mare magnum Religionis Carmelitarum anno Domini 1476. prout habet in 5. Tomo Patris Lezzanæ ſum. q. 9. regul., ut patet ex Bulla §. 60. relata a. d. Lezzana in Tomo intitulato, conſulta varia, de ſtatutis regularium a Papa confir. pag. mihi 87. Conſultum ſeptimum, ubi dicta Bulla recitatur. Accedit etiam Decretum Sacræ Congregationis ſub Paulo V. & eiudem Pauli 5. Bulla illud approbantis, quæ refertur ab ipſomet

met Lezana Tom. 1. ſummæ q. 9. regularium cap. 11. n. 10. ubi determinatum fuit religioſos conueniendos eſſe coram ſuis Superioribus, vel eorum conſeruatore, declarans ſummus Pontifex qùod ſit irritum, & invalidum, quid quid ab ordinarijs locorum, definitum fuerit, &c prout apud eundem Lezana Conſult. 7. pag. ſupracitata 87. n. 6. quarè fit, ut cum qui Secularis litem moviſſet quibuſdam religioſis Ordinis Carmelitarum ſuper quadam ſumma pecuniarum, quam ab ipſis pretendebat, coram Domino Archiepiſcopo N. ipſi coram ipſo respondiſſent, &c. & ab eo condemnati nihilominus, ad dictam ſummam ſoluendam, quæ quidem ſententia fuit revocata, &c. & ut nulla declarata, &c. ob rationes abductas.

13. Et præter innumera Privilegia Ordinum Prædicatorum, Eremitarum, Minorum, Minimorum, Servitarum, & aliorum, de quibus viciſſim participare habent omnes, quę omnia referuntur ab ipſo Lezana tom. 5. in Mari Magno ipſorum de quibus adeſt decretatio S. Congregationis de anno 1573. verba hæc, *dubium tantum fuit, an regulares poſſent civiliter, coram Epiſcopo à Creditoribus ſuis conveniri; & fuit reſponſum poſſe, ſi non ſint ſub regulari obſervantia, at ſi ſint ſub regulari obſervantia non poſſunt conveniri coram Epiſcopo, quia habent proprium Superiorem, & nihil habent commune cum eis Epiſcopi, propter eorum exemptionem.*

14. Item adeſt alia declaratio per Paulum V. de anno 1607. relata à Gavant. in manuali Epiſcoporum verb. Regul. Iura ſub Epiſcopis n. 55. ubi ſic *in cauſis Civilibus conveniantur regulares coram Superioribus, vel eorum conſervatoribus*, poteſt etiam videri Navarrus Com. 2. de regul. n. 63. Rodriquez tom. 2. q. 9. regul. q. 2. articol. 8. Peyrinis tom. 1. Privilegiorum Minimorum in conſtitutione 2. Sixti IV. §. 11. n. 30. quod defendit Barboſa in ſumm. Apoſt. dec. verb. Regularis n. 45.

15. Nec poteſt ſe excuſare Epiſcopus, ratione ignoran-

tiæ

tiæ Privilegiorum Regularium Clauſtralium, vel quia res eſt redacta in vſum, non ſolum ex parte ipſius, quoniam præſumitur habere peritiam Bullarum, &c. cum ad Ius Canonicum pertineat, nam ignorantia Iuris non præſumitur, & conſequenter non excuſat. C. ignorantia de regul. Iuris lib. 6. Gaill. obſervat. 48. n. 22. Gabriel. ſub titulo de regulis Iuris concl. 7. n. 1. Pariſ. conſ. 68. a n. 302. lib. 4. Menoch. præſ. 23. a n. 10., quoad factum vero licet aliquando excuſet ignorantia illorum, quia ignorãtia facti alieni, in dubio prçſumitur regulariter, & excuſat l. verius ff. de probationibus l. hoc autem ff. de adminiſtrat. Tutorum l. fin. in fine ff. in fine pro ſocio cum alijs citatis Hondedeum conſ. n. 35. & conſil. 55. n. 48. & conſ. 109. n. 26. lib. 1. Gabriel. comm. ſub titulo de regul. Iur. concluſ. 5. n. 11. Menochius præſumptio 23. n. 51. non excuſat tamen quando aliquid proponitur, quod potuit, & debuit ſciri per mediocrem diligentiam; & præcipuè quando regulares repugnant, nam tunc factum, eſt publicum cap. 1. de poſtulatione prælatorum, C. cum illorum, de ſententia excomunicationis, Maſcardus concluſ. 879. a n. 11. & ſequitur Barboſa de Axiomate Iuris, Axiomat. 113. n. 6. unde cum Privilegia regularium ſint ſolemnia de illis non venit dubitandum, ſicut de caſu legis, neque indigent fori diſceptatione; ut benè notant Baldus l. 2. ff. de ſtatu hominum, Tiraquellus, & alij, quos refert Rolandus conſ. 57. a n. 1. volum. 3. Sanchez tom. 2. Conſ. Moral. lib. 6. c. 9. dubio 5. n. 9. ubi refert & approbat ſententiam Navarri, qua reſpondet, Vicarium cuiuſdam Epiſcopi non potuiſſe cognoſcere de quodam cenſu, qui a Fratribus Minimis petebatur, eo quia dicti fratres habent privilegium exemptionis.

16. Patet etiam hoc in alio caſu in Monaſterium S. Auguſtini Civitatis Cordubenſis ubi conveniens coram Epiſcopo Conuentum N. eiuſdem Civitatis, & pronunciatum fuit à Prætorio Granatenſi, Conſervatorem electum à Religione

con-

conventus, benè feciſſe inhibendo ordinario, ne tranſiret ad ulteriora; cum ergo exemptio regularium ab ordinarij poteſtate ſit notiſſima, ut ex abductis privilegijs apparet clarè, non poteſt ab Epiſcopis ignorantia præſumi, & per conſequens actus eorum in cauſis regularium, ſe intromittendo, nullas faciunt, niſi in cauſis à Iure permiſſis.

17. Nec valet id, quod dicunt Ordinarij locorum, quod aſſignant tempus ad oſtendendum ſua privilegia, aliàs procedent, quia ſic nullam inferrent regularibus iniuriam; nam hoc nunquam faciunt, neque ad hoc tenentur regulares quando benè ſciant regulares omnimodè eſſe exemptos à iuriſdictione eor., niſi in caſibus expreſſis in Concilijs, & Iure Canonico. Colligitur ex Clement. Paſtoralis, de ſenten. & re iudic. §. notorium; quia hoc eſſet facere Ordinarium iudicem in ſua cauſa, quod non licet per text. in l. qui iuriſdictio ff. de iuriſdictione omn. iudic. & C. ne quis in ſua cauſa; cum ergo dare exemptiones ſolùm ad Pontificem Romanum ſpectet, ideo ipſe ſolus de privilegio exemptionis debet iudicare, Sylveſt. & Sanch. in ſum. verb. exemptio q. 7. Sanch. tom. 2. conſ. moral lib. 6. dub. 4.

18. Propugnant Epiſcopi contra Regulares clauſtrales dicendo, quod iuri ſuo ceſſerunt ex uſu quem habent defendendi iura ſua in cauſis civilibus coram Epiſcopis, atque adeo non habent amplius regreſſum ad ſua privilegia iuxtà l. quæritur §. ſi vendita ff. de edil. edict. l. ſi maritus §. ſi negaverit ff. de adult. l. 1. §. qui ſemel ff. de ſucceſſ. edict. Dec. conſ. 389. Viſalonga n. 10. Roman. conſ. 369. circa primum n. 16. Afflict. deciſ. 220. n. 19. Iaſ. conſ. 133. in principio lib. 4. Crauet. conſil. 74. n. 4. & conſ. 166. n. 6. & conſil. 191. n. 3.

19. Sed inutiliter loquntur, nam nullatenus convincunt intentnm, nam hoc non eſt privilegium, ut ſint regulares exempti à iure Epiſcoporum, & hoc eſſe de Iure communi, cui non poſſunt, nec potuere regulares renunciare C.

quam

quam ſit neceſſarium C. nullam 18. q. 2. C. ne aliquid de privileg. in 6. exceptis graviſſimis Criminibus per quæ venirent deponendi, ut ait gloſ. in C. quod de officio ordinis; & eſto quod eſſet privilegiũ, & quod quis ſuo privilegio renũciare poſſit, id ſolum procedit in ijs quæ privatam utilitatem reſpiciunt, non ita ſi publicam, prout ſumus in præſenti; nam renunciatio talium Privilegiorum totam Religionem offendit nam talis exemptio eſt totius Religionis, non talis, vel talis Religioſi, aut talis, vel talis Provinciæ dictæ Religionis, ita in l. ius publicum ff. de pactis, & in l. 2. §. ſed quia veremur; C. de iure iurando, propter col. & in C. ſi diligenti de foro competenti, Fortun. in l. 1. §. huius ſtudij a n. 9. ff. de iuſt. & iure Covarr. in C. quamvis pactum. p. 2. §. 1. n. 5. & 6. Gutier. de iuramen. confirm. p. 1. cap. 1. a n. 2. & cap. 16. n. 50. Suarez de leg. lib. 8. cap. 6. n. 2. & 3. ubi id probat ex C. ſi diligenti, & ex C. contingit de ſententia excomunicationis, & ex dicta lege ſupra citata, Ius publicum ff. de pactis, ratio eſt quia privatum ius ſtat ſub iure particularis, illum cedere, aut conſervare, non ſic ius commune; quia huic cedere, aut illum retinere, à voluntate communitatis totius dependet, facit C. accedentibus de Privileg. gloſ. ibid. in verbo renunciaſſe, Innocentius ſimiliter n. 7. in finem Iaſſon. in l. fin. n. 58. ff. de conſt. princip. Nacta conſ. 160. n. 46. in princip. in cauſa de qua agitur. Moronus in reſponſ. reſponſ. 21. n. 52. & 53. & magis firmat intentum noſtrarum exemptionum regularium, Rota Romana coram Creſcẽtio in titulo de foro competenti dec. 3. ubi habetur exemptum à iuriſdictione ordinarij non poſſe iuriſdictionem prorogare. nec in ſuum iudicem conſentire; cum non de ſuo tantum, ſed etiam Superioris iudicio tractetur prout firmat Abbas in C. cum tempore 5. not. de arbitr.

20. Sed eo magis Religioſi non poſſunt etiam ſi omnes renuncient ſuis Privilegiis non valet talis renunciatio, quia eſſet iniurioſa Summo Pontifici concedenti talem exemptio-

 nem

nem, etenim Pontifex per talia Privilegia conceſſa regularibus conſtituit ſe immediatum Superiorem, & iudicem regularium, undè ſicuti Clericus non poteſt, abſquè Diœcæſani licentia alio Epiſcopo ſe ſubicere, & eiuſdem Diœceſani iuriſdictionem protogare; prout habetur C. ſignificaſti de foro competenti, quia iniuriam, & nocumentum portaret iuriſdictioni proprij Epiſcopi; ità nec dicti regulares poſſunt, ſe ſubijcere ordinario, niſi in caſibus à lege permiſſis, quia hoc eſſet nocere auctoritati Pontificis quam habet immediatè ſupra ipſos regulares.

21. Multum namque intereſt Pontifici habere ſibi immediatè illos ſubditos, ac ſub iure, & proprietate ipſius, quod expreſſe attenditur, ex C. cum tempore de arbitr. ubi §. fin. Summus Pontifex approbat, quoddam compromiſſum inter Eccleſiam exemptam, cum quodam Epiſcopo, & excipit id, quod contra libertatem illius Eccleſiæ exceptæ in illo compromiſſo continetur, hanc reddens rationem; *tum; & ſi ſponte volueris, de iure tamen nequieris, ſine licentia Romani Pontificis renunciare Privilegijs, vel Indulgentijs libertatis, quæ Monaſterium illud indicant ad ius, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere*, idem probatur ex cap. 2. ad finem, de integra reſtitutione; ibi non tam ius ſuum, quam noſtrum, & C. cum olim, il 2. de Privileg. ibidem, ius noſtrum, & Eccleſiæ Romanæ perturbatur, & ita tenet gloſ. fin. in Clement. penult. de ſent. excomunic. Antonius de Butrio in C. ſignificaſti 12. & ibid. Panormit. n. 10. & 11. Ioannes Andreas, in reg. ſciente, de reg. iuris Mercurial. Cardinalis Tuſcus verbo renunciare concl. 171. n. 9. Cokier de iuriſdictione ordin. in exempt. p. 3. q. ult. Sanchez in Decal. lib. 4. cap. 3. n. 29. cum alijs innumeris DD. ſequitur Galerat. de renunciatione tom. 2. cent. 2. renunc. 140. n. 18. Tamburin. de iure Abbatuum tom. 1. diſp. 15. quæſit. 12. & confirmat Rota in Vlixiponenſ. benen. Monaſterij 2. Iunij 1625. coram Coccino, quia ſi poteſt renunciari Privilegio in præiu-

dicium

dicium exempti, non poteſt renunciari in præiudicium eximentis.

22. Hęc ratio eſt ita efficax Doctoribus, ut etiam pro caſu, quo Epiſcopi eſſent in poſſeſſione iudicandi de Religioſis exemptis ſuam vim haberent, ſi contra Epiſcopos lix moveretur; tenet Diana 3. p. tract. 2. de regular. reſol. 134. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg, 105. n. 3. Bordon. reſol. 7. n. 700. innitentes relatæ Rotæ deciſioni ſub Coccino; immo ſi daretur caſus, quod Regulares ſuis privilegijs vellent renunciare, in manu non Epiſcopi, ſed Pontificis deberent renunciare, nam ille ſolus nempe Summus Pontifex eſt regularium ſuperior; ita Mandoſ. in ſignat. grat. tit. reſignationes, verſ. exempti, & tit. exemptiones ab Epiſcopis, verb. exempti, & Sanch. tom. 2. conſ. moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. n. 35. favet C. final. de renunciat, C. cum venerabilis de conſuetud. &c. Concluditur ergo, quod in Iudicijs civilibus regulares ſunt omninò exemptes ab iudicio Epiſcoporum.

23. Quæritur 3. an Epiſcopus poſſit decidere controverſias ortas inter regulares in proceſſionibus; reſpondetur affirmativè. Colligitur clarè ex Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 13. & ulteriùs adeſt conſtitutio Gregorij XIII. quæ incipit: expaſis paſtoralis, apud Confettium pag. 250. & Quaranta verb. præcedentia. Immo dicunt aliqui, quod in tali caſu non datur appellatio; ſed hoc eſt verum quoad effectum ſuſpenſivum, non devolutivum, unde Concilium non tollit devolutivam appellationem, Salgad. de prot. regi tom. 1. p. 2. c. 9. n. 99. Bordon. ita etiam firmat reſol. 7. n. 139. immò iſte addit adeſſe deciſionem Rotæ in Colonen. ſi præcedentia. At ſecundùm Barboſa Epiſcopus ſolùm facere poteſt hoc quando imminet periculum ſcandali, & hoc iudicium poteſt, & debet fieri ab ipſo Epiſcopo ſummariè, & abſque ſtrepitu iudicij, ut refert Campanilis declaratum fuiſſe rubr. 12. c. 13. n. 120. apud Lezzan. verb. proceſſio,

 quoad

quoad regulares ; & Ioan. Ant. Navar. in ſum. Bullar. de proceſ. vide Lezzan. verb. præcedentia inter regulares, qui præcedentiam cuiuſvis Ordinis aſſignat ; & ibi dat ordinem , & modum decidendi has difficultates.

24. Quæritur 4. an Epiſcopus poſſit excommunicare regulares nolentes ad proceſſiones intervenire ? Reſpondetur per me negativè (quidquid dicat Barboſa in c. 13. ſeſſ. 25. Concilij Trident. cum alijs auctoribus) nam per Concilium citatum tantùm habetur : *Exempti autem omnes tam Clerici ſæculares , quàm regulares quicunque , etiam Monachi ad publicas proceſſiones vocati , accedere compellantur , his tantum exceptis , &c.* Vndè Concilium prænominatum nihil agit de cenſuris ; Vndè ſi Concilium voluiſſet quòd Epiſcopi in tali caſu potuiſſent contra regulares excommunicas fulminare, expreſsè de hac re mentionem faceret ; probatur etiam hoc ex c. 1. de privileg. §. In eas autem , quibus nec interdici, ſubſpendi, vel excommuicari à quoquam valeant à Sede Apoſtolica eſt indultum , ſicut ſunt Religioſi quamplures , in quorum privilegijs continetur , ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus monaſterium ſuorum monachos pro ulla cauſa , ulloque loco interdicere , ſubſpendere , vel excommunicare præſumat : idem Ordinarij iuriſdictionem ſuam , quantum ad iſta , ubiqunque illi fuerint , pęnitus exercere non poſſunt . Cum ergo regulares omnes habeant hoc privilegium vel immediatè , vel mediatè , nempè per participationem , ſequitur , quod ſi Epiſcopi non habeant ſpecialem commiſſionem à Summo Pontifice , non poſſunt excommunicatione , &c. compellere ad proceſſionem interventum ; etenim cum Concilium non exprimat Epiſcopos habere talem facultatem , &c. Signum eſt , quòd illis non dat illam , & ſi iuxtà aliquos poſſit Epiſcopus comminare in hoc regulares cenſuris , non poteſt tamen eas contra eos fulminare ; videatur Ceſpides tract. de exempt. regul. quoad proceſſiones c. 11. dub. 17. per tot. ubi etiam decretum

Sac.

Sac. Congregationis reperitur de hac re in cauſa Papinien. nullitatis interdicti.

25. Quæritur 5. an ſtatutum ſynodale Epiſcopi vim habeat in Eccleſijs regularium? Reſpondeo negative cum Henrico Batteio de ſynod. n. 196. adeſt caſus in terminis de ſtatuto ſynodali Archiepiſcopi Taurinienſis, in quo prohibetur ne amplius quis dormire poſſit in vigilijs Sanctorum ob multa inconvenientia, &c. prout iacet apud Franciſc. Ceſpides de exempt. regul. c. 224. pag. mihi 311. quæ quidem ſtatutum hic non pono brevitatis cauſa; ratio autem quare ſtatuta ſynodalia non ligent Eccleſias regularium eſt, quia ſtatutum ſynodale locum reſpicit. Cum ergo Eccleſiæ regularium exceptæ ſint à iuriſdictione Epiſcoporum, ergo non poſſunt ſuis ſynodalibus ſtatutis ligare Eccleſias regularium; affertur exemplum, ubi Tridentinum receptum non eſt, nec publicatum, leges eius pœnales non obligant, nec alienigenos ibi commorantes, etiam ſi ſint illarum provinciarum, in quibus publicatum, & acceptatum eſt dictum Concilium, ut ait Diana in ſum. verb. ſtatutum Papale n. 3. & non alia ratione, niſi quia illæ leges locum reſpiciunt; cum ergo locus ille legibus non ſubiaceat, nec degentes in illo, etiam ſi aliàs eſſent ſubditi, & ſubiecti in ſuis domibus illis legibus, ita in caſu noſtro.

Nota tamen hic, quòd ſi ſtatuta ſint favorabilia, ſavere etiam perſonis commorantibus in locis exemptis à condente ſtatutum; ita Zipeus in conſult. canon. lib. 4. conſ. 1. de congr. ſpirituali.

26. Quæritur 6. an ſtatuta Epiſcoporum habeant locum, & vim in loco non exempto, etiam in eos, qui ſunt exempti; & ſi ſint DD. qui partem affirmativam defendant, ego tamen negativam cum ratione dico eſſe tuendam [dummodo ſit ſermo de regularibus exemptis] ita defendit Sanch. lib. 6. opuſc. c. 9. dub. 1. n. 24. ratio probans meum dictum eſt, quia regulares habent privilegium perſonale, ne

poſſint

poſſint puniri ab Ordinario, nec conveniri coram eis, ut ſupra dixi in dub. 1. nec ratione delicti, nec ratione contractus facti etiam in loco non exempto; & non obſtat C. volentes de privileg. in 6. ut benè advertit ipſemet Sanch. ex eo quod dictum C. à Tridentino fuerit confirmatus ſeſſ. 7. c. 14. de reformat. ſed poſſum reſpondere tam cum Henriquez, quàm Navar. dicendo, quod tam dictum caput, quàm Tridentinum fuerunt revocati per privilegium quod habent mendicantes; vel dicere poſſum quod C. illud volentes, intelligitur de exemptibus ratione loci tantùm, non verò de exemptibus ratione perſonæ, quomodo ſunt regulares clauſtrales; quæ quidem mea reſponſio confirmatur ex C. cum capella de privileg., ratione huius C. capellæ prætendebant Capellani alicuius Capellæ, eo quia habebant Privilegium, ut ab Epiſcopo non poſſent excomunicari, undè etiam in alijs non concernentibus ad dictam Cappellam pretendebant, idem Privilegium habere, & ſic eſſe eſſemptos ab Epiſcopi auctoritate circa excomunicationes, &c. negotium fuit delatum coram S. Pontifice, qui ita reſponſum dedit, quatenus exemptes ſunt ratione Cappellæ ſervetur Privilegium, in alijs vero non, & rationabiliter hoc factum fuit, quia illi Cappellani ſolum erant exempti ratione loci; non ſic regulares, qui & ratione loci, & ratione perſonæ exempti ſunt; undè non poſſunt conveniri, nec puniri ab ordinarijs, & vera hæc Doctrina, quia comprobare illam habet Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de regular. ubi iubetur, quod Religioſus delinquens extra Clauſtra à ſuo Superiore puniatur, ad iſtantiam ordinarij, quod non mandaretur, ſi in loco non exempto regularis poſſet ab ordinario conveniri, & puniri.

27. Quæritur 7. an Epiſcopus, abſquè cauſa legitima poſſit approbare regulares pro confeſſionibus ad tempus, & eos ad libitum reprobare. Negativè reſpondeo, dum ſit ſine cauſa legitima; hanc concluſionem probo,

bo, privilegium quod eſt inſertum in corpore iuris, non derogatur per Concilium, nec per legem aliquam aliam, per clauſulam illam generalem; *non obſtantibus quibuſqunque Privilegijs, &c.* quia illud Privilegium in corpore iuris inſertum, non eſt amplius Privilegium, ſed habet rationem legis communis; atqui mendicantes habent, ut ſemel præſentati Epiſcopis cenſentur pro omni tempore approbati, ut in *Clementina dudum de ſepulturis*, quæ quidem Clementina iam eſt in corpore iuris, ergo non eſt amplius Privilegium, ſed lex, atque adeo per Concilium Tridentinum, non fuit derogatum id quod regularibus erat conceſſum, nempè, quod ſemel admiſſos ad confeſſiones audiendas, ſemper eſt admiſſus.

28. Nec valet dicere lex poſterior derogat priorem, cum ergo lex Concilij ſit poſterior, Clementina dudum, &c. ergo per Concilium venit derogata, nam, illa approbatio Epiſcopi per examen poſt Concilium Tridentinum, ſtat loco præſentationis quæ ficbat ante Concilium dictum, mediante Clementina dudum, ergo talis approbatio, erit irrevocabilis, ſicut erat irrevocabilis illa præſentatio ab Epiſcopo, hoc probatur ſic. Approbatio Epiſcopi eſt irrevocabilis, quia requiritur, ut conditio, non autem ut cauſa dans formaliter iuriſdictionem ad Confeſſiones audiendas, etenim regularibus talis iuriſdictio non datur ab Epiſcopo, ſed à Summo Pontifice ergo, &c.

29. Probo deindè, quia quando in alijs multis cauſis conceditur Epiſcopis facultas aliqua circa regulares, & regulares virtute talis conceſſionis Epiſcopis ſubduntur, V. G. quando Epiſcopus debet explorare voluntatem novitiæ, quæ vult profiteri, vel requiritur eiusdem Epiſcopi aſſiſtentia in renunciatione facienda à novitio profeſſuro, intra duos menſes ante profeſſionem, non poteſt, hoc per plures vices facere, ergo ſic in caſu noſtro, in quo ſolum, ut conditio requiritur eius approbatio.

30. Tum

30. Tum quia talis approbatio eſt irrevocabilis negativè, quia nullum ius dicit quod ſit irrevocabilis, ad quod enim ſequitur illa conditio, ut approbatur, &c. ſi ſemper poteſt revocari ab Epiſcopo, nam in hac exemptione conceſſa regularibus à Papa, non ſolum reſpicitur favorem regularium, ſed etiam proprium Summi Pontificis, ut bene notat Cokier de iuriſdictione ordinarij in exemptos p. 1. q. 4. ergo non debemus exiſtimare velle ſibi Summum Pontificem præiudicare; quod utiquè faceret, ſi hæc approbatio eſſet ab Epiſcopo revocabilis, nam ſic eſſet, ac ſi a Papa nullam regulares haberent exemptionem, atquè adeò, quod eſſent ſub totali iuriſdictione Epiſcopi, quod non eſt dicendum ergo ſemel approbatus, debet ſemper eſſe approbatus; niſi forte ordinarius loci, vel numquam talem approbatum vidiſſet in ſua Diœceſi, vel quærelæ eſſent contra illum de incapacitate, ſed modo, non ſit ità, docti examinantur, & ignari, admittuntur, quare hoc? neſcio loqui, quia puer ſum.

31. Quæres 8. Poſſunt ne Epiſcopi erigere Baldachinum in locis exemptibus regularium, ipſis regularibus invitis? Reſpondeo cum diſtinctione; vel erit Archiepiſcopus, vel Epiſcopus Baldachinum, ad hoc ut tantum Pontificalia exerceat, vel ut, exerceat aliquam iuriſdictionem in illo loco exempto, ſi loquamur tantum de primo poteſt, ſi de ſecundo nequaquam; circa primum poteſt Archiep, vel Epiſ, dummodo ſint in propria Diœceſi compellere regulares ad hoc etiam cenſuris, non vero in ſecundo caſu, ita Ioannes Antonius Novarius in ſumma bullar. de Baldachino n. 4. Fuſcus de viſitatione cap. 8. lib 2. n. 5. & text. in Clement. 2. de Privilegijs regular. &c. Verum eſt quod non poteſt ille Diœceſanus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, alio extero Epiſcopo hoc concedere, & ſi ſit probabilis ſententia iuxtà Novarium, ita text. in C. aqua de conſecratione, & prout tradūt Azzorius, & Miranda, primus in iſtitut. moral. p. 1. lib. 11. cap. 26. q. 10. Secundus in manuali Prælator. tom. 2.

q. 38.

q. 38. art. 1. concl. 3. cum multis alijs apud Barboſam p. 2. de poteſtate Epiſcopi alleg. 27. n. 1. Oppoſita tamen ſententia non caret fundamento, quia Privilegium Epiſcopi in tali caſu eſt perſonale, ergo non poteſt alijs concedere, & quia Clementina quando dat authoritatem Epiſcopo erigendi Baldachinum in Eccleſijs regularium ad exercenda Pontificalia, limitat ei auctoritatem; hijs verbis; *ſic tamen, quod prætextu huiuſmodi conceſſionis in locis ipſis exemptis, vel circa hoc Privilegiatis nullam aliam iuriſdictionem, idem Archiepiſcopus, vel Epiſcopus exerceat*, ergo alijs concedere non poteſt.

32. Quæritur 9. an Clerici, vel alij ſubditi alicuius Epiſcopi delinquentes in Monaſterijs regularium, dum ibi exiſtunt, puniri poſſint à ſuo Epiſcopo? Non deſunt Doctores partem affirmativam defendentes, aſſignando rationem ſcilicet, quod ſi Epiſcopus non poſſet illos punire ibi, impunita manerent illorum delicta, tum quia dicunt illi monaſteria dicuntur exempta ratione perſonarum, non autem loci, ſic tenent Divus Antoninus 3. p. ſummæ tit. 24. cap 25. Suarez diſp. 5. ſect. 4. n. 5. de cenſ. Azorius p. 1. inſtit. lib. 6. cap. 25. q. 4. Salas de leg. diſp. 14. n. 84. Coninch. de cenſ. diſp. 12. n. 63. Alterius lib. 3. diſp. 9. cap. 5. Filiucc. tract. 11. n. 149. cum multis alis ut videre eſt, apud iſtos citatos, mihi tamen ratio perſuadet contrariam ſententiam defendere, undè ſic formo meam concluſionem.

33. Epiſcopus non poteſt punire ſuos Clericos delinquentes in Monaſterijs regularium, dum, ibidem degunt, ſicut nec alios ſubditos ſuos. Tenet Alphonſus de Leone de cenſuris recollect. 2. n. 323. Avila p. 2. cap. 3. diſp. 2. dub. 7. Bonaccina diſp. 1. de cenſ. q. 1. punct. 11. Megala p. 3. lib. 1. cap. 3. n. 3. & noviſſimè Paſqualigus de ieiunio dec. 196. n. 5. Ratio eſt, quia non ſolum regulares, quoad perſonas, ſed etiam quoad loca ſunt exempti, hoc modo videlicet, quod nequit Epiſcopus in eos exercere iuriſdictionem contentioſam, nec etiam in eorum locis, quapropter, ut ſuperius

dixi nequit per communem DD. ſententiam in eorum locis ponere tribunal, &c. deindè locus exemptus, & locus extra Diœceſim æquiparantur, ergo ſicut Epiſcopus non poteſt punire ſuos ſubditos extra ſuam Diœceſim exiſtentes, ita neo in loco regularium exempto, nec valet ratio adverſariorum adducta, nempè quod illa delicta remanerent impunita; etenim poſſunt illa punire, quando delinquentes redeunt in locum non exemptum ergo, &c. At quia etiam Superiores regulares, ut in ultima Rubrica dixi, etiam Prælati dicuntur, quia habent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem; videamus modo de eorum auctoritate, & quid poſſint facere, vel non, & ad quid teneantur, &c.

34. Quæres 10. Et primo, de Superioribus Ordinis mei Minimis nos Minimi habemus in regula noſtra, formulā noſtræ, profeſſionis, quæ eſt ſequentis tenoris; *ego F. N. vo veo, & promito, Deo, &c. ſtare, & perdurare toto tempore vitæ meæ ſub vita, & regula Fratrum Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, &c. perſeveranter vivendo ſub votis paupertatis, caſtitatis, ac obedientiæ, & Quadrageſimalis vitæ, iuxtà determinatione, &c.*

35. In regula poſtea meæ Religionis cap. 6. habentur ſequentia verba; *ſinguli Fratres huius ordinis à cibis carnalibus, omninò ſe abſtineant, & dignos pœnitentiæ fructus in cibo Quadrageſimali taliter agant, quod ipſi carnes, ac omnia ſementinam originem, à carnibus ipſis trahentia penitus vitent. Carnes igitur, & pinguedo, ova butirum, caſeus, & quævis latticinia, ex eiuſdem congeſta, & producta, quaqunque intus, ac extra [ſalvis modificationibus infraſcriptis] omnibus, ac ſingulis Fratribus ipſis, & oblatis, ſint omnino, & in refragrabiliter interdicta,*

36. Et quia tam in profeſſionis forma, quam in dicto Capitulo regulæ noſtræ citato n. 25 agitur de (modificationibus, & circunſtantijs) propterea, cum dictæ modificationes, & circunſtantiæ cadant ſuper infirmos, ideò in eodem cap.

cap. 5. ſub n. 26. Sanctus ſic pro ipſis infirmis ſancivit.

37 *Quam primum verò, quis eorum in ægritudinem inciderit, ad infirmariam Clauſtralem per infirmarium deducatur, & ibidem primitus de cibis Quadrageſimalibus, illius infirmitati (iuxtà medicinalem artem congruentioribus, prout loci ſuppetit facultas) diligenter, ac ſollicitè, ipſi per obedientiam ſubveniatur; ſi autem talis ægritudo ſic examinata invaluerit, medici conſilio deducatur talis ægrotus ad infirmariam exteriorem, intra conventus clauſuram ſitam, & inibi (iuxtà ordinationem dicti Medici) de correctoris iuſſione vigilanter, & charitativè illi ſuccuratur, de quibusvis cibarijs pro ſanitate celerius reſtauranda, & fiat hoc ſecundùm facultatem loci; &c. hæc ſunt verba regulæ Minimorum.*

38 Et ita ligat nos Minimos votum vitæ quadrageſimalis à nobis Minimis in profeſſione emiſſo ſecundùm Tannerum, & Peyrin. non datur parvitas materiæ; nam parvitas materiæ carnis in diebus ieiuniorum non excuſat à peccato M. multò magis non excuſabit nos in voto vitæ quadrageſimalis, ita Tanner. 2. 2. diſp. 3. q. 3. dub. 5. n. 93. & Peyrin. in comment. regul. c. 6. §. 25. q. 1. pag. mihi 510. hoc poſito.

39 An Prelatus Minimus abſque Medici conſilio poſſit diſpenſare ægrotum ſubditum, ut cibos paſchales comedat; & diſpenſare poſſit ſuper alias circumſtantias de modo comedendi dictos cibos ſine peccato mortali. Reſpondeo gradatim ad utramque partem dubij propoſiti, & ad illud, quod dicitur in Regula de medici conſilio, dico Prelatum neceſſariò debere expectare tale conſilium, aliàs ipſe diſpenſando infirmum peccat mortaliter; tenet Sanch. lib. 1. de matrim. d. 34. n. 24. quia ſumus in materia honeroſa, Bonac. de cenſur. in pract. d. 2. q. 8. punct. 8. n. 10. quia in hoc medicus eſt tamquam ſocius Prelati, ut benè notat Sanch. lib. 8. moral. c. 8. n. 82. quia ſuperior, qui debet ſuper hoc diſpenſare, & medicus, qui debet iudicare de ſufficientia

cauſæ ad diſpenſandum, ſunt in hac re velùti collegæ, & participes in officio; ut conſtat ex verbis Regulæ ſupra adductis n. 37. undè ſuperior debèt ſequi conſilium medici, quod tenet Peyrin. ſupra citat. c. 14. n. 22. Quare abſque fractione voti nos Minimi non poſſumus cibos paſchales comedere niſi in caſu gravioris infirmitatis, quod non poteſt iudicari niſi à medico, qui debet ſcire tenorem Regulæ; aliàs ſi in hoc cæcus cæcos ducendo, ambo in foveam culpæ læthalis incident. Ad ſecundam conditionem, nempe quod infirmus ducatur in infirmariam, &c. certum eſt prelatum ſuper hanc conditionem non poſſe diſpenſare abſque peccato mortali, nam conditio ex natura ſua ſuſpendit actum, atque adeo talis conditio ſpectat ad ſubſtantiam actus. Ergo prælatus non poteſt in hoc diſpenſare, niſi in parvitate materiæ: Sicut nec ſubditus abſque conſenſu prelati cum ſolo conſilio medici non poteſt comedere carnes in gravi infirmitate abſque licentia ſui prelati, &c. ita docti viri à me conſulti non ſolùm ex mea Religione, ſed etiam defendit Pelizar. de voto quadrageſ. Fratruum Minim. tract. 4. c. 5. ſect. 3. ſubſect. 1. pag. mihi 463. verum eſt, quod accedente conſilio medici, ſi ſuperior requiſitus de ſuo conſenſu debito, neget ſuperior, poteſt ſubditus abſque ullo ſcrupulo cibos paſchales comedere, quia tunc iniuſtè denegatur, dummodò iuſtè diſpenſatus ſit à medico, & cauſa neceſſaria iuxtà poſita in regula, &c. ut benè probat Henriq. lib. 6. c. 13. n. 4. & in terminis docet Pat. Laurent. de Peyrin. de R. S. q. 4. 6. q. 2.

40. Verum eſt, quod ſi medicus non adeſſet, & periculum eſt in mora, ſolus ſuperior tunc poteſt diſpenſare ægrotum Minimum ad cibos paſchales veſcendum; conſtat hoc ex ſtatuto facto in Capitulo Generali Genuen. 1. n. 33. An vero prelatus maior accedente morbo gravi, & medici conſilio poſſit diſpenſare ſe ipſum: Ego partem negativam tenerem, quia in illo caſu non eſt ſuperior ſed ſubditus. Exemplum habe-

mus

mus de votò ſimplici facto à prelatò; qui alios diſpenſare poſſit in hoc, non poteſt diſpenſare ſe ipſum, ergo à pari, qui ſi in minori, ergo neque in maiori, Sanch. lib. 4. moral. c. 24. n. 60. & de matrim. lib. 8. diſp. 3. n. 9. Fauſt. in theſaur. relig. lib. 2. q. 26. Sa. verb. religio n. 47. Baſleus verb. votum pag. 847. num. 8. & conſequenter debet petere conſenſum à ſuperiore conventus, ubi infirmatur, nam poteſt decipere ſe ipſum, atquè adeò nemo ſui ipſius iudex eſſe poteſt, & maximè ſi ſuperior Conventualis ſit præſens; nam cibi paſchales conceduntur nobis Minimis pro medicina, non ad ingluviem, nec ad ſanitatem conſervandam, & ſenſus rigoroſos retinendos; à qua re debent cavere Minimi ne ſtent in continua damnatione; Quare non licet Minimis ad cavendam infirmitatem ſe purgare, etiam Eccleſ. 18. dicat; *ante languorem adhibe medicinam*; nam habemus ex C. Barchinonenſi; Verum eſt, quod per uſum Religionis videtur hoc C. abrogatum fuiſſe, quoad omnem purgationem medicinalem, quando infirmitas ex aliquibus ſignis prævidetur, ſed ſolùm eſſe prohibitam illam purgationem, quæ inſtituitur potius ad carnes comedendas quàm ad morbos præcavendos; non credò quod de iſtis inveniantur, ſed ſi aliquis eſſet, putarem illum eſſe ſuſpectum in fide; ſicut quis Minimus diſpenſatus ad cibos paſchales comedendos, ut ſic, & comederet carnes in diebus vetitis ab Eccleſia abſque particulari diſpenſatione: Moveor ad hoc dicendum pluribus ex capitibus, & 1. quia comedentes carnes in diebus prohibitis ab Eccleſia abſque licentia medici bonæ famæ, ac bonæ conſcientiæ, & verè non requiret in rigore talem comeſtionem carnis ipſa infirmitas, ſunt ſuſpecti de hæreſi, & ratione comeſtionis, & ratione ſcandali, ut oſtendo in meo Opuſculo de Iudice Sanctæ Inquiſitionis c. 11. Ergo multò magis Religioſi Minimi ſe purgantes in diebus prohibitis comedant carnes, ſi infirmitas aliàs hoc, neceſſariſſimè non requiret cum ſpeciali diſpenſa-

tione medici, & prelati, ſunt de hæreſi ſuſpecti. 2. Quia ut plurimum infirmis morbo maximè gravatis non datur caro, cum ſit difficilis digeſtioni, ſed ad ſummum datur illi decoctus carnis, ut ſubſtententur, at puri convaleſcentes poſſunt comedere ova cum butirro. Atque adeò non poſſunt comedere carnes abſque ſuſpectione de hæreſi. 3. Quia ſi hoſpitationes hoſpitibus darent carnes in diebus prohibitis, puniuntur à Sancta Inquiſitione, ut ſuſpecti in fide, multo magis comedentes carnes ipſas in diebus vetitis ab Eccleſia Fratres Minimi etiam diſpenſati, ut ob aliquam infirmitatem, vel ad ſe purgandos ad evitandam maiorem infirmitatem, ſunt ſuſpecti de fide etiam in parva quantitate, tenet Tanner. 2. 2. diſp. 3. dub. 3. n. 95. & poſt ipſum Peyr. in commen. Regulæ Minim. c. 6. §. 25. q. 1. pag. mihi 511.

41. Nec valet dicere, quod diſpenſatus à maiori cenſetur diſpenſatus à minori, quia hoc valet quando unũ præceptũ ſubordinatur alteri, vel habent connexionem eſſentialem ad invicem, non verò quãdo præcepta ſunt diſparata, nõ connexa eſſentialiter, & unum non ſubordinatur alteri. Regula enim Minimorum interdicit omnimodè ſuis Fratribus paſchales cibos, & ſolùm illis permittit ægrotantibus valdè; undè dictio *penitus*, interdicit etiam partem carnis, Barboſ. de dictionib. dict. 249. n. 2. & 4. an verò potuerit S. P. hoc facere indubitatum eſt potuiſſe, quia erat ſupremus ſuperior, & inſtitutor, nam ſicut Aſſiſinates Franciſcus potuit prohibere ſub mortali Fratribus ſuis tactum pœcuniæ; ita meus P. S. Franc. à Paula poterat prohibere ſub mortal. parvam quantitatem carnis, &c. videatur Alphonſ. à Caſtro apud Sayr. in clavi regia lib. 3. c. 7. n. 14. & Palaus tract. 2. diſp. 2. punct. 7. n. 4. Non loquor de bellarijs, aut de illo pane, dicto vulgariter (Cantucci di Piſa) quia in iſta materia ſolum album ovi ponitur, quod ab igne reſolvitur; non ſic de alio pane, vulgariter dicto [Pan di Spagna] ſivè (Paſta reale) in quo multum ovorum imponitur. Certum eſt, quòd iſte panis frangit Quadrageſimam.

42. Quæ-

42. Quæres 12. an Prælatus minimorum poſſit diſpenſare ſuum ſubditum laborantem divino languore cælitus viſitatum a vita Quadrageſimali, ita ut continuo carnes, &c. cum conſilio medici. Reſponſio eſt negativa iuxtà regulam in correctorio, quod apud minimos pro regula habetur cap. 7. n. 32. ubi habentur hæc verba; *præterea, charitativè ſemper obſervetur, quod cuncti, diutino, ac naturali languore cælitus viſitati, ne dum in dictis Ieiunijs, ſed etiam in cunctis Vigilijs quibuſcunque ordinis huius oneribus, benignè ſupportentur, & cibis Quadrageſimalibus, abbundantius, quam ſani refocillentur, &c.* & adverte, quod regula loquitur de viſitatis cælitus aliqua infirmitate, non de acquiſita erroribus, & cælitus viſitati diſpenſantur à ieiunijs, &c. non autem à vita Quadrageſimali, quidquid dicat de voto vitæ Quadrageſimali Pellizarius, verb. votum vitæ Quadrageſimalis Fratrum Minimorum tract. 4. cap. 5. ſect. 111. ſub ſect. 1. n. 70. quæres 12. nam qui charitatem erga Religionem non habuit, & vere filius illius non fuit, nec Religio erga illum debet eſſet mater.

43. Queres 13. an Prælati Minimorum cum conſilio medici poſſint diſpenſare Fratres ſenes, ut ædant carnes, &c. *cum ſenectus ſit morbus*, prout ait Ariſtoteles lib. 5. de generatione animalium cap. 4. & Divus Auguſtinus lib. de Cathechizat. rud. (dicens) *quiſquis optat ſenectutem, quod ſibi petit niſi infirmitatem*, negativa eſt pro me reſponſio, ita aſſero cum Peyrino de Religioſo ſubdito q. 4. quæſit. 1. nam votum vitæ Quadrageſimalis inter minimos eſt ſolemne, atque adeo perpetuum nullam admictens exceptionem, niſi caſu infirmitatis incurabilis ſine cibis paſchalibus, quia ut ſupra dixi pro medicina dantur; ſenectus enim non eſt infirmitas de ſe, nam dantur ſenex vigoroſiſſimi, qui neſciunt quid ſit morbus: Ego vidi octogenarios in mea Religione, qui numquam aliquo morbo laborarunt, & numquam fregerunt tale votum, neque medicinam aliquam ſumpſerunt, quod ſi aliqui ſenex non tam fortis complexionis eſſet, Sanctus

ctus providit in cap. 6. correctorij; ut diſpenſentur à ieiunijs, & abundantius de cibarijs quadrageſimalibus provideantur.

44. Quæritur 13. an Generalis in tota Religione ſua in Capitulo generali cum maiori parte Capituli, cæteris renuentibus, poſſit nova ſtatuta edere, artantia ſingulos religioſos ad novam vitam auſteriorem, non promiſſam in profeſſione.

45. Negativa eſt reſponſio, quia Summus Pontifex Romanus non conceſſit Capitulo generali auſteriorem vitam inducendam (verum eſt, quod tenentur ad veram Regulam à Fratribus in ſua profeſſione conſervandam, & non conſervando illam peccant mortaliter, & tenentur ad omnia damna ſpiritualia, & temporalia) Væ illis, qui non ſolùm non faciunt regulam ſervare, ſed pro ſua ambitione regnandi inobſervantes protegunt, ut alios ad inobſervantiam inducant, virtuoſos deprimunt, & inſident, ſolùm aſinis ſellam portare faciunt; Væ væ iſtis, & illis, quia comparendo coram Deo neſcio quomodo reſpondere poſſint. Aſinus enim in lira non ſalvabit eos in illa die, quando iuſtus Iudex ſedebit, nam tunc morſus dulces, & cavalliculus non ſalvabit iumenta. Dixi quod ſummus Pontifex non dat Capitulo generali talem facultatem, &c. quia nova illa auſteritas, cum concernat Religioſos, ut ſingulos, & non quatenus unum corpus conſtituunt debet ab omnibus approbari, ut omnes obliget, regul. quoad omnes 29. de regul. iuris in 6. Tum quia, & maximè, quia non plus poteſt magis Prælatus regularis cum maiore parte capituli in præcipiendo perpetuò, & omnibus per ſtatutum, quam præcipiendo ad horam, huic vel illi oretenus; maximè, quia Religioſi non ita dederunt ſuam voluntatem Superiori, ut poſſit omnia illi iubere, ſed ſolum, quæ ſecundum regulam ſunt præſcripta; undè V. G. Provincialis, vel alius ſuperior præcipit, ſub pœna excommunicationis, ut nullus extrahat de quoquina plactus, ipſe, & amici eius extrahunt quotidiè, videndum eſt, an Reli-

gioſi teneantur obedire, dico nequàquam, quià hoc præceptum neque ſecundum regulam eſt, neque de regula ipſa, & puto quod nihil teneantur ſervare ſubditi de præceptis datis à ſuperiore, niſi de illis, quæ de regula ſunt, vel iuxtà regulam, vel in ordine ad regulam, videatur Cordub. in cap. 10. Regulæ S. Franc. q. 2. in puuct. 6. Syl. verb. religio 6. q. 6. Angel. verb. religioſus n. 29. Vaſq. 12. q. 95. art. 2. diſp. 154. cap. 4. n. 25. Felin. in C. cum omnes de conſtitut. Ratio eſt, quia, ut ait Evangelium, imponunt apparenter onera gravia, & importabilia, ut plurimum, nolunt tamen ipſiea digito movere, ſed putant dum liberè quidquid volunt, & appetunt bibendo, & manducando quod eorum auctoritas creſcat, immemores dicti Clementis VIII. in ſuis conſtitutionibus ſic loquentis: *omnes etiam Superiores quicunque illi ſint eodem pane, vino eodem, eodemque obſonio, ſivè eadem, ut aiunt pitantia, in communi menſa prima, vel ſecunda, niſi infirmitatis cauſa impediti fuerint, veſcantur*; Et in mea Regula Minimorum c. 9. n. 39. hæc verba habentur: *Huius Religionis, & vitæ regimini intendentes, cæteris in victu, & veſtitu iuxtà ſe poſſe conforment*, quod continent textus Regulæ cum conſtitutionibus Summi Pontificis. An verò iſti, qui talia non ſervant dicendi ſint ſuperiores, dum in hoc regulam non ſervant, nec ne iudicicio prudentium relinquo, ego dicerem non.

46. Quæres 14. an Prælati regulares poſſint reſervare abſolutionem excommunicationis à ſe latam. Dico cum ſententia probabiliori, quod non ut tenet Baſſeus verb. caſus reſervatus n. 43, cum Sanch. lib. 6. mor. c. 1. n. 16. Diana p. 3. tract. 2. reſol. 13. & 49. Sigiſm. à Bononia tract. de elect. p. 3. c. 4. dub. 123. n. 9. Pat. Leon. tract. de offic. & poteſt. confeſsor. tom. 1. reſol. 11. n. 5. Ioan. Lugo de pœnit. diſp. 20. ſect. 4. n. 47. Ratio meæ reſponſionis eſt, quia omnis reſervatio ipſis Prælatis regularibus eſt interdicta ratione autem cenſuræ appoſitæ, illud peccatum reſervatum mane-

Digitized by Google

ret, quia religioſus abſolvi non poteſt niſi ab ipſo ſuperiore, quod eſt contra Pontificis mentem; præterea modus ille reſervandi per excommunicationem, videtur inventus in fraudem legis pontificiæ. Ea autem, quæ in fraudem legis excogitantur, vim in iure habere non poſſunt, quare contraria ſententia, quæ ut plurimùm ab ignorantibus ponitur in uſu, nullo modo eſt practicanda. Adeſt etiam in favorem meæ ſententiæ declaratio Sac. Congregationis circà conſtitutionem Clementis VIII. huius tenoris: *Cum à nonnullis Regularibus dubitaretur an in Decreto felicis recordationis Clementis Papæ VIII. anno 1593. 26. Maij ſuper qualitate caſuum ab eorumdem Regularium ſuperioribus reſervandorum edito, cenſuræ etiam comprehenderentur, ita ut ijſdem ſuperioribus abſque Capituli generalis, aut provincialis conſenſu, aliquibus peccatis in Decreto huiuſmodi non contentis excommunicationem annectere, eiuſdemq; excommunicationem ſibi reſervare liceat? Sacra Congreg. Cardinalium negotijs regularium præpoſitorum, Illuſtriſs. Bandino referente cenſuras in ſupra Decreto comprehendi cenſuit. Romæ 7. Iulij 1617. A. M. Epiſ. Aſten. Card. Gallus.*

47. Quæres 15. an Prælatus ſimul cum medico poſſint denegare infirmo actualiter infirmitate gravi laboranti diſpenſationem à cibis paſchalibus; & ſtante tali denegatione iniuſta, infirmus abſque ulla culpa poſſit cibos paſchales comedere?

48. Videtur poſſe, ſecluſo periculo ſcandali. Ratio eſt quia quod non eſt in lege licitum, neceſſitas ipſa licitum facit, ut habetur per regulam Iuris; ſicut ob eamdem rationem poſſet comedere carnes, ſi medicus illum diſpenſet, & ſuperior contradicat iniuſtè: Quod idem valet de Minimo, qui in itinere infirmatur in loco, ubi neque medicus adeſt, neque ſuperior eiuſdem infirmi; ſi tamen habet ſocium tenetur petere diſpenſationem ab illo; ita Peyrin. in terminis, nam neceſſitas non ligatur legibus; & lex humana cum debeat eſſe accomodata fragilitati humanæ, non obligat cum tanto incommodo.

49. Quæ-

49. Quæres 16. an Prælatus Minimus, qui eſt ſæpè infirmus, & tenetur ſępiſſimè carnes comedere, poſſit retinere tuta conſcientia officium, & prælaturam? Reſpondeo non poſſe retinere officium, ſed tenetur illum renunciare; nam iſti ſicut ſunt ineligibiles, ut dixi, cum de electione prælatorum, ita electi officium retinere non poſſunt, quod idem dicendum eſt de omni alio prælato, qui ad ſuum officium exercendum incapax eſt; vide DD.

50. Quæres 17. quidam novitius, expleto totaliter probationis anno fuit approbatus, & deficentia ſui Superioris antequam emitteret profeſſionem, dimiſsit habitum; & ob ſua urgentiſſima neceſſitate adivit in aliam civitatem, quibus negocijs peractis in illa civitate, ubi reperiebatur, poſtulavit a Religioſis ex eiuſdem ordinis ibi exiſtentibus, ut ab eis fieret profeſſus, & profeſſionem emiſſit, quæritur modo an iſta profeſſio ſit valida nec ne?

51. Reſponſio eſt affirmativa, ſi nihil aliud obſtet valori dictæ profeſſionis, præterquam quod, non fuerit emiſſa immediate poſt completum annum dicti novitiatus, ſed mediantè egreſſu ex illo conventu, ubi novitiatum peregerat, profitendus ſuorum negociorum agendorum gratia, ita firmat gloſ. in regulam iuris 31. eum qui certus eſt, &c. referens Berbrix. in ſuis quæſtionibus. Ita etiam Lapus, Francus, & Antoninus Angelus Sylveſter, Tabiena, Armilla ac Gregorius Lopez relati, & citati a Sanchez in præceptis decalogi lib. 5. cap. 4. n. 31. & 34. ſpeculator a Sylveſtro, è Sanchez relatus? & Rodriquez tom. 2. ſum. cap. 8. n. 3. & 3. tom qq. regul. q. 15. art. 10. ad finem, ipſe Sanchez n. 34. Layman. l. 4. de ſtatu regularium tract. 5. cap. 5. n. 2. Bonacc. de clauſ. q. 2. punct. 10. §. 2. dificult. 2. n. 4. Pellizar. in manuali regular. tract. 2. cap. 1. n. 17. Lezana tom. 4. ſum. verb. profeſſio regularis n. 10.

52. Ratio fundamentalis eſt talis profeſſionis validitatis, quia hic verè, ac realiter adimplevit totum id quod erat

 neceſſa-

neceſſarium ad profeſſionem emittendam ; nam peregit totum annum novitiatus, in quo omnem auſteritatem Religionis expertus eſt, & conventus capitulum in quo fecit novitiatum, iudicavit recipiendum eſſe ad profeſſionem, quæ omnia nullo modo immutata fuere per habitus dimiſſionem, & egreſſum a Religione, ac acceſſum ad aliam civitatem, rationabili cauſa, quid ergo aliud deſiderari poterit, quod profeſſio illi conceſſa ab alio conventu valida fuerit? tanto magis quod in dubio de validitate profeſſionis, ſtandum ſit pro profeſſo Rota dec. 1361. coram Card. Seraphino, & dictum etiam fuit in una Romana profeſſionis 23. Iunij 1623. coram Rembaldo, & communiter DD. tam antiqui, quam moderni hoc concludunt, & ſpecialiter Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 37. n. 12. ad finem, Stephan. Gratian. tom. 3. diſcept. forenſ. cap. 413. n. 17. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 7. cap. 2. n. 6. Leſſ. lib. 2. cap. 41. dub. 7. n. 66. Sanctarell. variar. reſol. tom. 1. q. 48. n. 48.

53. Tanto magis quod adeſt clara deciſio Sacræ Congregat. Concilij data ſub die 20. Martij 1621. relata à Barb. in collect. bullar. verb. profeſſ. in tali forma; *profiteri poteſt in Religione ille, qui cum eſſet duodecim annorum, & permanſit per annum integrum in novitiatu, poſtmodum habitu retento fuit commoratus domui ſuæ uſquè ad tempus 16. annorum requiſitum ad profeſſionem emittendam, & cum fuerit reverſus ad Religionem petit admitti ad profeſſionem, ſi aliud illa non opponat*, eandem declarationem affert idem Barb. de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 42. n. 129. & in ſumm. apoſt. dec. 5. profeſſ. regular. n. 4. & ante illum, Sell. in ſelect. Canon. cap. 18. n. 51.

54. Poteſt ſumi aliud fundamentum, ex regula illa inter regulares iuris n. 31. videlicet; *eum qui certus eſt certiorari ulterius non poteſt*, quæ deſumitur ex l. 1. ff. de action. emption. tradunt gloſ. verb. cognoverunt in princ. & in C. cum inter 18. de elect. Tiraquell. de tract. lign. gloſſ. 2. §. 36. n. 24. Geminian. conſ. 33. n. 5. ubi ampliat in actibus de ſui na-

tura

tura prohibitis; cum ergo novitiatus introductus ſit in Eccleſia pro profeſſuris Religionem, ut, videlicèt illi experiantur Religionis auſteritatem, Religio vero, ut certioretur, ut ſibi conveniat habere tales perſonas in ſe ipſa, ut patet ex C. ad apoſtolicam de regul. C. non ſolum eod. tit. in 6. Rota dec. 175. n. 2. p. 1. recent. item dec. 121. n. 2. coram Seraph. Regulæ de Baſilijs, Seraphinis, Macarijs, Panuzijs, & aliorum, &c. ergo, &c.

55. Tum quia nullum ius extat, quod petat novitiatum continuari, cum profeſſione, aut quod vetet fieri profeſſionem, ſi inter novitiatum, & illam tempus aliquod vitæ ſæcularis intercedat, & ſi Concilium Trident. ſeſſ. 25. de regul. cap. 16. dicat; *finito tempore novitiatus, ſuperiores, novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut à monaſterio eos eiciant*; tamen Navarr. conſ. 29. in antiquis alias 30. in novis de regul. Sayr. in florib. dec. ſub illo tit. dec 35. Enriquez in ſumm. p. 2. cap. 8. n. 3. & qq. regul. tom. 3. q. 15. art. 10. in fin. & q. 17. art. 6. Bartholom. a S. Fauſto lib. 5. q. 168. Leſſ. de iuſt. lib. 2. cap. 41. dub. 7. Sanchez in præcept. decal. lib. 5. cap 4. n. 6. Hieronym. Rodriquez in compendio qq. regulat. reſol. 101. 83. aſſerunt uſquè ad 18. annum poſſe dilatari profeſſionem; quia per talem interruptionem numquam exiſtimari debet novitium ſuo iuri renunciaſſe, quia decretum Concilij eſt præceptivum, non irritativum profeſſionis, vide plura de hac re apud Lezzana, in conſultationibus eius in hac materia in conſultat. 8. pag. mihi 91. & 92.

56. Quæritur 8. an Prælati regulares poſſint diſpenſare ſuos ſubditos in omnibus irregularitatibus, ſuſpenſionibus ex delicto occulto provenientibus, ſicuti à caſibus occultis Papalibus ſanctæ ſedi reſervatis; ſivè per ſe ipſos immediatè, ſivè per ſuos Vicarios.

57. Reſpondetur affirmativè, dummodo irregularitas, &c. non proveniat ex homicidio voluntario, quod oſtenditur ex

Tri-

Trident. ſeſſ. 25. in decreto de reformat. cap. 6. ubi prædicta conceduntur Epiſcopis; ergo, & Prælatis regularibus habentibus in ſubditos ſuos quaſi auctoritatem Epiſcopalem, undè virtute dicti Concilij habent auctoritatem abſolvendi à prædictis; nec non abſolvendi à ſubſpenſione à divinis, quam incurrit regularis fœminam introducens intra clauſtra ad malum finem; quæ quidem facultas per nullum Ius novum, eſt ablatum Regularium Prælatis; verum eſt quod etiam Epiſcopus poteſt abſolvere; ſecundum aliquos dictos regulares à dictis pœnis occultis; ſed de licentia prælati Regularis, ita Duardus in Bullam cœnæ lib. 3. q. 11. §. 2. n. 27. Diana 7. p. tract. 2. reſolutione 6. ſed talem licentiam prælatus regularis, non poteſt concedere ſuddito ſuo, ſtantibus dictis à me ſupra, in quæres 2. & 3. in hac appendice, alias inferret Iniuriam ſummo Pontifici cui immediate regulares ſubiecti ſunt, undè Rodriquez tom. 1. q. 9. Regular. q. 24. n. 16. ait. *cum hoc Privilegium Iuris ſit beneficium principis, generaliter, & illimitatè loquens*, generaliter, & illimitatè debet explicari, & ſic Prælati regulares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos iure communi poſſunt, cum illis in ſupradictis diſpenſare in foro conſcientiæ, prout declaravit B. Pius V. fieri poſſe à Priori Conventuali, & ſuperioribus prælatis per ſeipſos, ut videre eſt in bulla. Romani Pontificis 21. Iunij 1571. ſicut Prælati regulares poſſunt abſolvere ſuos ſubditos à quibuſqunque peccatis, & cenſuris, ecceptis hæreticis relapſis, ſchiſmaticis, licterarum Apoſtolicarum falſificatoribus, ad infideles prohibita deferentibus, & in Summum Pontificem conſpirantibus, quia iſti ad Summum Pontificem ſunt deſtinandi ſicut poſſunt diſpenſare ſuper irregularitate etiam ex labe ſimoniæ contracta, nõ tamen a contracta in ſuſceptione ordinum nec cauſa homicidij, ut dixi; Bigamiæ, mutilationis membrorum.

58. Probatur hoc, quia prædicta omnia illis expreſsè conceſſit

ceſſit Iulius II. in Bulla *virtute conſpicuas*, Cal. Auguſti 1506. motu proprio, & ex certa ſcientia, & auctoritate Apoſtolica, quare non eſt neceſſe, ut hic ego referam congeriem illam privilegiorum relatam à Sorbo in addit. ad Caſarub. verb. abſolutio ordinaria quoad fratres, Rodriq. q. ſupra citata. Verum eſt quod Suar. ampliat hanc facultatem Prælatorum regularium, ut videre apud ipſum tom. 4. de relig. tract. 1. l. 2. c. 25. n. 5. ratione privilegij à Paulo 3. conceſſi, ita ut poſsint ab excommunicationibus, per quas ſubditus regularis eſſet denunciatus; vide dictum Suar. ego tamen hanc ſententiam Suarij non tenerem.

59. Quæres 19. quid dicendum ſit, ſi in uno conventu detur caſus in quo non ſunt niſi ſuperior, & alius unus Sacerdos, & ad invicem ſe percutiunt, & conſequenter incidunt in excommunicationem ambo, Prælatus maior multum diſtat, & ad illum accedere non poſſunt?

60. Reſpondeo quòd in hac re ſunt variæ DD. ſententiæ; aliqui enim dicunt, quòd accedere debeant ad Epiſcopum, & ab ipſo abſolutionem petere; alij hoc negant, prout Alphonſ. de Leon. teſtatur in tract. de cenſur. Reco recollect. 5. n. 590. Caſarrub. dicit poſſe ſe mutuo abſolvere, quia licèt excommunicatus maiori excommunicatione non poſſit de iure ordinario alium abſolvere; in neceſsitate tamen, quæ legem non habet, dicit hoc non valere; quam opinionem ſequntur Rodriq. tom. 1. qq. q. 20. art. ad fin. Peyr. de prælato regul. q. 1. cap. 4. n. 28.

61. Limitat tamen Suarius ad excommunicationem illam, quæ non eſt notoria, ſecus quando eſſet notoria quia tunc ſuperior debet eligere unum Confeſſarium, qui ipſum abſolvat, & deinde poſtea ipſe abſolvere alium debet, ita Bonacc. & Peyrin. citati ab Alphonſo de Leon.

62. Quæres 20. an Prælati Minimorum poſsint punire iuxta regulam ſuam ſuos Fratres pecuniam tangentes? In Regula Minimorum n. 24. dicitur; quòd ſub perpetua pau-

per-

pertate viventes, &c. omnes Clerici, & Laici pecunias nullatenùs tangant, nec illas ſcienter deferant; & in correctorio n. 40. habetur; *Siquis contra regulæ tenorem pecunias ſcienter tetigerit, vel eas ſuper ſe portaverit, duobus menſibus incarceretur, & capitulari voce per annum privetur, & ulteriùs ſi Prelatus ſit, ſtatim quod ſuper hoc convinctus fuerit ab officio deponatur*. Vndè videtur quod utique prelatus poſſit punire Fratres, &, unus prelatus alium prelatum, quia Textus Regulæ eſt clarus, & dicit, omnem, prout ſonat illa particula ſeu dictio (nullatenus) quæ excludit omnem caſum, Tuſch. verb. dictio concl. 315. Peyrin. tom. 1. privilegior. conſt. 26. Leonis X. n. 11. & hoc expreſſum eſt in C. Toloſano n. 45. ubi determinatur, quod nullus Minimus audeat pecuniam tangere, &c. & in C. Romano 2. n. 19. undè videtur quod ſiquis quocunque modo quis tangat pecuniam ex Miniminis, dictis pœnis ſubdatur, ut alibi dixi.

63. Actamen ego hanc rem limitarem, & dicerem, quòd dupliciter quis religioſus poteſt tangere pecuniam, nempè vel materialiter, ac naturaliter, ut ſolent tangi metalla, aurum .v. argentum, aut monetæ antiquæ, quæ non ſunt ampliùs in uſu, nec expenduntur, ſecundo formaliter, ac politicè in ordine ad expenſionem; quæ diſtinctio affertur à Corduba in Regula Minorum, in qua Fratribus Minoribus eſt eadem prohibitio ſub præcepto peccati lethalis c. 4. q. 4. Politio in d. regula c. 4. n. 5. Ximen. in ead. reg. c. 4. n. 4. pag. mihi 221. ubi tangere pecuniam, quæ eſt in menſa, vel alibi non eſt contra regulam, quia inquit huiuſmodi tactus eſt materialis, & naturalis, non politicus; non enim tangitur ut expendatur tamquam pecunia. Cum ergo apud Minimos non ſit peccatum mortale pecuniam tangere, nec veniale, ſi apud Minores taliter non peccat religioſus Minor pecuniam primo modo tangendo, nec Minimus eodem modo tangendo illam, non incidit in penas poſitas in Regula, & Correctorio Minimorum.

64. Exem-

64 Exemplum ſit de Patriarcha Minimorum; quando coram Ferdinando II. Rege Neapoli tetigit, ac fregit pæcuniam ex qua defluit ſanguis, vel aliàs quando pro fabricanda Eccleſia, & conventum Paulitanum pecunias recepit in eleemoſinam, non fecit contra regulam, nec valet ratio quod cum eſſet legiſlator, non tenebatur legi dictæ, verum eſt quoad viam coactivam; ſed tenebatur via directiva, & ad exemplum aliorum legem ſervare, quarè verba regulæ & correctorij non ſunt latè accipienda cum ſimus in odioſis, & pœnalibus, ſed ſtrictè, & in proprio ſignificato l. 1. §. ſi is qui novem ff. de exer. act. & C. in noſtra de iniur. ergo, &c. Religioſus minimus tangendo materialiter pecuniam, non incurrit in pœnas latas in ſua regula, & correctorio; undè puto quod ſi ſacriſta ſumeret à devotis elemoſinas miſſarum, ut ponat in capſa, vel procurator accipiat pecuniam ex redditibus conventus, ut capſæ quatuor clavium conſignet non incurrit pœnas, &c. etiam ſi ſint Sacerdotes, vel Clerici ambo.

65. Moveor ad hoc aſſerendum; quia ſecundum Ximen. in expoſitione regulæ Minorum cap. 4. n. 5. poſt alios quos refert pag. 222. non eſt contra regulam ſi aliquis Religioſus minorum in itinere periculoſo ferat ſuper ſe pecunias alicuius ob charitatem, & ſecuritatem; item ſi Religioſus in itinere inveniret crumenam, quæ alicui itineranti decidiſſet; poteſt eam ſumere, & quærere de domino illius crumenæ, ut illi reddat; ſi non eſſet alius, qui hoc fideliter agere poſſet. Item poſſet in cellam ſuam retinere depoſitam pecuniam. Adde, quod confeſſor, cui pænitens ſecreto dat pecuniam, ob tuendam famam alicui reſtituendam poteſt eam ſumere, & deferre illam cui debetur, quia tunc non tangeret pecuniam, ut formaliter pecuniam, ſed ſolum materialiter, & miniſterialiter, ſivè inſtrumentaliter, &c.

66. Probo intentum, eo quia in correctorio loco citato prohibetur tactus pecuniæ, non vero pecuniales elemoſinæ

verba autem legis ſunt attendenda l. 1. §. docerem ff. vi 60. rap. & ideo cum ponatur ut diſtincta, &c. & differentes pœna contra traſgreſſores pecunia non vendicabit ſibi locum contra tangentes elemoſinas pecuniales: pro quo facit text. in l. abſit C. de privat. d. argum. vel rei privat. lib. 11. Corſett. verb. pœna fol. mihi 179. & ſic eſt nam correctorium minim. n. 43. & 44. non loquitur de pecunia, ſed de pecunialibus elemoſinis, & ibi nullam, exprimit pœnam, nec abſolvit, prohibet admictere, vel tangere elemoſinas pecuniales; *ſed aliter quam in regula permictitur*, ſcilicet contra promiſſam paupertatem, vel proprietario iure, &c. ut in correctorio n. 42. & 43. & quod Sanctus Pater abſolute non prohibeat tactum elemoſinarijs peculijs Clericis, & Laicis, benè tamen tactum pecuniæ, & proindè tanquam diverſa poſuerit conſtat, nam in dicto n. 43. correctorij dicitur; *ſi quis vero contra promiſſam paupertatem*, ubi dictio; *ſi quis*, cum ſit univerſalis, & vaga extenditur etiam ad Clericos, & Laicos, qui conſequenter ſalvo paupertatis voto, ſupponitur poſſe tangere, vel admitere elemoſinas pecuniales, prout facit Bald. in l. 3. in principio ff. de inſt. actu ergo priv. ubi quod, ſi ſtatutum dicat in ſingulari, ſi quis dederit damnum in rem alterius, verificatur in plurali, ſivè maſculi, ſivè fæminæ; Everard. loco 54.

67. Nec obſtat ſi dicatur, quod Sanctus Pater Franciſcus de Paula legiſlator noſter in correctorio n. 44. iubet quod pecuniales elemoſinæ, per miniſterium oblatorum, vel amicorum ſpiritualium reducantur, in capſa quatuor clavium, & ſic quod ipſi Fratres Clerici, & Laici non poſſint tangere dictas pecuniales elemoſinas, ſed ad id debeant vocare, oblatum, vel amicum ſpiritualem non millalem. Sanguiſugam Sanguinis Religionis, ut quotidie videtur ab oculos habentibus. In hoc non debet admicti.

68. Non obſtat inquam Textus iſte Correctorij, quia dato caſu, ſicut dari poteſt, quod nullus ſit oblatus in conven-

tu,

tu, ſed ſint ad quæſturas, & nullus etiam amicus devotus? Non eſt decens, ut Corrector, vel Sacriſta pergat per vicos quærendo amicum devotum, ut illam, vel illas eleemoſinas pecuniales recipiat, cum urbanitatis iuribus hoc contrarium ſit; Ad quod facit Cardinalis Senigallenſis auctoritate Iulij II. apud Peyr. tom. 1. privileg. conſtit. 17. Iulij 2. §. 8. ubi quod Fratres neque ſoli, neque proprio nomine, præter quàm in itinere, defectu oblatorum, vel devotorum, pro quotidiano victu, vel vendere, aut emere poſsint, ſed benè per eorum procuratores, ac devotorum, & oblatos; & quatenùs etiam tenuiſſent, ſi tamen non fuiſſent, neceſsitas non habet legem, l. 1. ff. de offic. Proconſ. c. 2. de deſponſat. impuberum C. licet de fer. C. cum Apoſtolus de cenſ. Petr. Gerard. ſing. 100. ubi planè favet etiam gloſ. 1. C. contuliſti verb. ne honeſtatis, vel utilitatis, ſi dicta miſſa de die ſuperveniat, aliqua magna perſona celebrare non ommittatis miſſam non idoneas, vel aliàs ſuſpecti non tenetur vocare.

69. Vlteriùs probationibus ſtrictioribus accedo ad meam, concluſionem probandam; nempè etiam ſi eſſet oblatus, vel devotus fidelis, adhuc ſacerdos, vel laicus non incurreret in pœnas à Regula taxatas, nam pœna eſt contra audentes pecuniam tangere, vel præſumentes, quæ verba ſi non ſint in Regula n. 24. ſunt tamen in Capitulo Toloſano n. 45. & in Roman. 2. n. 19. Quæ Capitula ſunt declarativa Textus Regulæ, & cum Correctorio iurium ſit vitanda, & iura concordanda, dicendum eſt Textum Regulæ intelligendum eſſe eo modo, quo ipſa Capitula loquuntur, verbum autem audere temeritatem petit, & præſumptionem, ut poſt alios Peyrin. tom. 1. privilegior. conſt. 6. Iulij II. n. 16. Vndè qui hoc facit, vel inadvertenter, vel ignoranter etiam ignorantia craſsa, ut ibidem in ſimili Peyrin. quare non incurrit pœnas Minimus, qui pecuniam tangit ſine dolo, & in neceſsitate, ut benè apparet iuxtà doctrinam Rodriq. t. 1. q. 47. art. 2. Illud enim ſolùm poſſumus, quod commodè poſſu-

 mus,

Digitized by Google

mus, & illud dicitur non poſſe fieri; quod cum difficultate fieri poteſt, l. nepos Proculo ff. de verbor. ſignificat. inſtit. de actionibus §. pœnales verſ. innumerabiles.

70. Tum quia ſi Pat. Corrector, ſivè Prælatus conventualis poteſt diſpenſare cum alijs ſuper tactu pecuniæ, ut in terminis probat de Peyrin. in ſubdito q. 1. c. 8. §. 5. concl. 10. Ergo ſuperior poteſt ſecum diſpenſare, ut idem Peyr. concl. 6. quod poſsit diſpenſare patet, nam à iure ei conceditur poſſe in aliquibus diſpenſare, ut habet gloſ. C. monacum 20. q. 4. C. carnem de conſecrat. diſt. 5. C. cum ad Monaſterium §. in refecta de ſtatu monacorum; ut Peyrin. d. concl. 10. Et cum ſuper eſsentialibus religionis nullam habeat facultatem diſpenſandi, ut dicitur dicto C. cum ad monaſterium, & Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 1. & poſt alios Peyr. loc citato concl. 9. ſequitur quod poſsit in non eſsentialibus diſpenſare, quomodo eſt tactus pecuniarum, qui non eſt contra paupertatem, & proprietatem non inducit; nam exceptio firmat regulam in contrarium, ut Peyrin. d. concl. 10. Vndè in diebus ieiunorum regulæ abſque ulla culpa poteſt diſpenſare, ut poſt alios Diana p. 1. reſol. 29. Vndè cum pecunias non tangere non ſit de eſſentia Religionis, nequè talis tactus ad mortalem, neque venialem obligat; per Peyr. concluſ. dicta 10. undè iuſta cauſa Prælatum ſuadere poteſt, ut à tali tactu pecuniali fratres diſpenſare poſſit; inter iuſtas cauſas autẽ eſt neceſſitas; & utilitas, ut v. in caſu, quo quis deferret elemoſinam conventui, & non eſt, neque oblatus, neque quis devotus, qui illam recipiat; poteſt ſuperior in hoc cum ſacerdotibus, vel clericis; aut ſecum diſpenſare ſuper talium pecuniarum receptionem, abſquè eo quod dici poſſit regulæ transgreſſor, neque incidet in aliquam pœnam à Correctorio ſtatutam; idem poſt alios Peyrin. concluſ. 6. aliter eſſet ſuperior deterioris conditionis ſuorum ſubditorum; facit C. fin. de pœnit. & remiſſ. Vndè cum per diſpenſationem præceptum Regulæ, & Correctorij tollatur,

conſe-

conſequenter tollitur pœna impoſita tranſgreſſoribus. Ego quando viderem tantam ſubtilitatem in aliquo maiori prælato erga inferiorem, & præcipuè in caſu neceſsitatis, non vocarem illum prælatum, ſed ſtultum, & habentem naturam irrationalem more brutorum.

71. Vnum hic addo caſum cum Peyrino in ſubdit. q. 4. c. 8. concl. 2. verſ. Itaque aſſero, benignam eſſe legem Dei, benignas leges Inſtitutorum Religionum, & leges Summorum Pontificum; at hominum malignitas eas omnes reddit acerbas, & intollerabiles; non fuit autem mens Sancti Patris obligare nos Minimos ad nullo modo tangendam pecuniam, ſed ut ſupra dixi prohibuit tactum formalis pecuniæ, & quatenus eſt contra votum paupertatis, & proprietatem inducit; ait enim Sanctus in ſua Regula n. 24. *ſub paupertate Evangelica perpetuo militantes*: Ergo ſub paupertate Evangelicà poteſt quilibet prælatus à tali tactu ſecum, & cum alijs diſpenſare, ut habet Peyrin. in additam. privileg. c. 13. n. 18; nam ut alibi dixi, multa illicita neceſsitate licita fiunt.

72. Quæres 21. an prælatus regularis non exprimens in dimiſſorijs cauſam abſentiæ Epiſcopi, vel ordinationum non habendarum, officij adminiſtrationis, ſivè dignitatis, ac vocis activæ, & paſſivæ privationis, & aliàs arbitrio Papæ reſervatas incurrat.

73. Affirmativè reſponodetur, prout docent Miranda q. 38. art. 2. tom. 1. Diana reſol. 15. tract. 2. miſcellan. Barboſ alleg. 7. n. 18. apud Theſaur. 1. prax. verb. ordo c. 27. particula tamen] incurrat intelligitur ipſo iure; abſque alia ſententia, ſecundùm magis communem Tiraquell. in l. ſi umquam, ver. revocatur n. 145. & 147. Sayr. in clavi regia lib. 3. c. 8. n. 21. verſ. fallit, Barboſa de dictionib. dict. incurrat. Verum eſt quod alij non pauci contrarium tenent, qui citantur à Tiraquel. n. 146. & facit, quia non poteſt intelligi, quod ipſo facto incurrat alias pœnas arbitrio Papæ nondum determinatas; Ergo nequè pœnas illas priores,

res, quia unum, & idem verbum non debet ſimul iure diverſo cenſeri, ut ſimul habeat vim ſententiæ latæ, atque ferendæ, & hęc 2. ſententia in caſu dicto probabilis videtur Theſaur. in praxi verb. ordo d. c. 27.

74. Quæres 22. an Prælatus, quilibet, qui incurrit aliquam pœnam, quæ habet annexam privationem officij ipſo facto, poſſint eius ſubditi ſtatim expellere a gubernio dicti officij, & illi obedientiam derogare, etiam ſi manifeſte conſtet de delicto. Negativè, reſpondeo, etenim id pertinet, ad maiorem Prælatum ſi eſt regularis, ſi vero, Epiſcopus pertinet ad Summum Pontificem, ità Ioann. Valer. in diff. iuris diff. 20. n. 4. Diana var. tract. 17. reſol. 67. verſ. ex hijs deducitur, nam in quibuscunque pœnis etiam ſi dicatur in lege, quod incurratur abſquè ulla declaratione, requiritur ſemper iudicis ſententia declaratoria criminis antequam incurratur, ita conſuetudine approbante, videatur Sayr. verb. lex n. 10. alios citans DD. ubi quod lex privans ob peccatum re iure poſſeſſa, intelligitur poſt condemnationem, & licet in aliquibus caſibus, & legibus ſit appoſita illa particula; *qui contra fecerit tali ſtatuto, &c. ſtatim per capitulum privetur*, non tamen licet h[illegible] deputatis, ſuperiorem ſtatuto contrafacientem deponere; nam in pœnis non eſt facienda extenſio de uno caſu ad alium V. G. quis Prælatus regularis non curavit facere legere bullam de celebratione missarum in tempore debito, vel bullam S. Officij, &c. incurrit ſtatim, non ſic in alijs, quia non ſit extenſio cum ſimus in pœnalibus, & odioſis, de caſu ad caſum, & ſimiliter eadem ratio, ut multis probat Diana tract. 17. variar. reſol. 66.

75. Quæres 23. An Prælatus minimus, vel alius Religioſus eiuſdem Ordinis Minimitanæ familiæ, ad Epiſcopatum aſſumptum, & etiam ad Cardinalatum teneatur ſervare vitam Quadrageſimalem ſub pœna peccati lethalis tranſgrediendo.

76. Affir-

76. Affirmative reſpondeo; probat clariſſimè Peyrin. q. 4. de Religioſo ſubdit. cap. 2. & ultro DD. ibi ab eodem adductos addo Suarez tom. 4. de Religione tract. 1. lib. 3. cap. 17. n. 8. Caietanum 2. 2. q. 185. art. 8. dub. 1., nam Religioſus Minor factus Epiſcopus peccat mortaliter comedens carnes in die Natalis Domini quando venit talis feſtivitas in die veneris, vel ſabbati, ſi id erit illi per ſuam regulam prohibitum, ergo multo magis de religioſo minimo facto Epiſcopo vel Cardinali, valet conſequentia, quia Minimus debet obſervare quadrageſimalem vitam toto tempore vitæ ſuæ iuxtà modificationes, &c. in quibus, modificationibus eſt tantum infirmitas actualis, non autem aſſuntio ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, &c. Tenet hanc ſententiam ſive deducitur ab Angelico Doct. 2. 2. q. 185. art. 8. in corpore, qui habet ibi defendere quod Religioſus cuiuſvis ordinis tenetur ſervare omnia ea, quæ valent ad perfectionis cuſtodiam, ut continentiam, & paupertatem, &c. nullus autem eſt qui dubitet multum valere ad caſtitatem ſervandam vitam Quadreſimalem, ut bene probat Peyrin. de ſubd. R. cap. 7. ſentit Covarr. cap. 1. de teſtam. n. 18; & probatur contra Dianam [in expertum in voto minimorum quarto] auctoritate trium Pontificum, qui in facti contingentia, in hac mea aſſertione favere, primus fuit Paulus V. qui Duci de Abbuquerque legato Romæ pro Rege Hyſpaniarum, petenti diſpenſatione ſuper hoc quarto voto ordinis minimorum pro Reverendiſs. Patre Fratre Gondi ſalvo de Angulo ordinis noſtri Epiſcopo Valenſuelæ in Indijs, reſpondit Summus Pontifex, ego ſemper fui huius Religionis devotiſſimus & me abſtinui à promotione illorum ad dignitatem Epiſcopalem, ne cogerer eos diſpenſare ſuper votum vitæ Quadrageſimalis, & ſic, diſpenſationem petitam ab Albquerque concedere recuſavit. Gregorius XV. noluit diſpenſare Rev. Patrem Franciſcum a Maida Epiſcopum Lavelli. Vrbanus VIII. examinando Patrem Fratrem Franciſcum Caſtellanum,

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopum Caprulienſ. petijt ab eo: An conſecratus Epiſcopus teneretur ad vitam quadrageſimalem. Reſpondit ipſe Pater, non teneri, & Summus Pontifex illi dixit, erraſti, nec voluit eum diſpenſare; hinc fit, quòd malè intelligunt rigorem huius quarti voti, nempe vitæ quadrageſimalis, nam cuncti tenentur ad obſervantiam vitæ quadrageſimalis voti, ut probat ipſe Peyrin. tom. 1. relig. q. 1. c. 25. §. 1. concl. 4. & q. 4. c. 2. verſ. ad tertium & firmat expreſsè Bonac. loquens de electis tract. de clauſura q. 2. punct. 12. §. 3. n. 4. ratio eſt horum, quia ex propria malitia nemo debet reportare commodum, l. in fundo ff. de rei vendic. C. cognoſcentes de conſtit. C. ſedes C. plerumque de reſcriptis C. intelleximus de indicio. Ergò à fortiori de Epiſcópo Minimo, qui etiam tenetur habitum deferre, iuxta morem aliarum Religionum, eorum qui aſcendunt ad Epiſcopatum, & Cardinalatum; & non ſolùm ex debito, & honeſtate morali, ſed etiam ex debito legali; undè puto, quòd excommunicationem contrahat ſi habitum deponat; firmat Laym. lib. 4. tract. 5. c. 1 de ſtatu relig. n. 9. Vndè in hoc delinquens ſecundùm Laym. debet puniri à Prælato, quod idem eſt de obtinente beneficium curati. ſed quicquid ſit de hac re, iudicio aliorum relinquo.

RVBRICA DECIMA.

De Officio Archidiaconi.

DE officio Archidiaconi Textus agit in titulo 13 ubi explicat dignitatem, & eius officium; Auctor verò dividit dictum titulum in §§. quatuor, in quorum 1. oſtendit, quod Archidiaconus Cathedralis à Iure eſt Vicarius Epiſcopi. In 2. dicit quod ipſemet Archidiaconus cognoſcit inter Clericos. In 3. quod ardua deferre debet ad Epiſcopum. In 4. quod ipſe Archidiaconus de licentia Epi-

ſcopi

ſcopi viſitare, & excommunicare poteſt; De quibus breviter iuxtà veram doctrinam breviter diſcurram cum non ſit res magni momenti.

In §. quonam verò, cum tribus ſeqq.

1. In iſto § cum ſequentibus, quicquid ad officium Archidiaconatus pertineat, & de eius privilegijs dicam, explicando primitus tamen nomen Archidiaconi. Archidiaconi enim nomen iuxtà Textum noſtrum (oculus Epiſcopi) appellatur iure merito ad hoc, ut ſciat ipſe Archidiaconus, quod ſi aliquid deficit pro Dei honore in Eccleſia, in qua tale officium portat, tenetur reddere rationem Deo ſub gravi culpa, quia cum ipſe ſit oculus, claudit palpebras, ne videat, & ob reſpectum humanum Deũm relinquit inhonoratum, ut veneretur ipſe; Vndè ſi non coadiuvat Epiſcopum, ut tenetur, ad omnia damna & ſpiritualia, & temporalia obligatus eſt; ſunt enim Epiſcopi, & à Iure communi Vicarij Epiſcopi dicuntur. Ergo ad pondus Epiſcopi tenetur iuxta not. in c. 1. eod. not. 2. argument. officiales non eſſe multiplicandos, niſi cum cauſa. Cauſa autem quare hodie Archid. non ſint Vicarij Epiſcopi, ego intelligere non poſſum, cum hoc habeant a iure, ni fortaſſis adeſſet cauſa intrinſeca, nempe quia videlicet, vel non ſunt ſufficientes, & ſunt ſufficientes, & nolunt inſervire, quomodoqunque ſit, certum, eſt quod peccant mortaliter non coadiuvando Epiſcopum; nam ſi non ſunt ſufficientes tenentur renunciare officium, ſi ſunt ſufficientes graviter peccant, non ponendo ſuum talentum ad menſam, immò eſt tanta eorum cura, ut neque per Epiſcopum exerceri poſſit, & multo minus per aliud, facit Abbas in cap. 1. eod. dicitur namque Archidiaconus quaſi princeps miniſterij, & de omnibus curam habere debet S. Thomas in 4. ſentent. diſt. 25. cap. 1. ad quartum, & C. Diaconi 1. & 2. diſt. 93. C. ad hæc extra eod.

2. Hinc oritur caſus, cum Archidiaconus ſit Vicarius Epiſcopi non propterea in gravioribus ſine Epiſcopo poteſt decidere, ac terminare, ſed graviora Epiſcopo reſervantur, argum. in C. quod ſedem de officio legat. nec valet obiectio, nempè quod Archidiaconus eſt de ſe, & ſecundum iura iudex in omnibus, nam illa verba in omnibus intelligenda ſunt, iuxtà textum noſtrum, qui quidem textus inquit; *una cum Epiſcopo*, & cito quod latius poſſit accipi, intelligitur, præterquam in gravioribus argum. in cap. 1. de officio Vicarij, & in 6. not. 2. nam viſitare eſt actus iuriſdictionis exterioris, unde Epiſcopus etiam ſæculari committere poteſt, ut ait auctor hic.

3. Poteſt quidem Archidiaconus corrigere, ſed non imponere pœnas ſpirituales, nempè excommunicare, aut interdicere, vel ſuſpendere, niſi de mandato Epiſcopi, & ſub eius nomine, ità DD. in C. Archidiaconus extra eod. & facit Abbas in C. ad hæc in 4. q. eod.

Limita tamen ad pœnas inferiores, & non magni momenti, & ad modicum tempus, etiam ſuſpendere, etenim graviora pertinent ad Epiſcopum, argument. C. quoad ſedem, de officio legat. & in dubio, non intelliguntur à Iure demandata argum. in cap. 1. de officio Vicarij.

4. Quare adeſt differentia inter Vicarium Iuris, & Vicarium hominis, qui non vendicat ſibi talem correctionem C. licet, & C. fin. de officio Vicarij in 6. & per Abbat. in cap. 1. extra eod.

5. Item Archidiaconus cognoſcit inter Clericos, & prout ait Textus noſter in §. ea propter; debet audire Iurgia ſingulorum; & quæ corrigenda corrigere, & emendanda emendare, quare debet procurare, ut Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos officijs ſibi iniunctis exequantur, & quę per Epiſcopum, ratione impedimenti iuſti fieri non poſſunt, ipſe illis debet remedium ponere, favet C. ſuffraganeis de electione, undè etiam Clericos in minoribus conſtitutos poteſt de-

deponere, ut 15. q. 7. C. Epiſcopus; item ſuſpendere eos etiam ad longum tempus, ut in cap. 1. de exceſſibus prelatorum, & generaliter omnia, quæ non poſſunt per Epiſcopum expediri ſine capitulo, ut in cap. novit., & C. quanto; de hjs, quæ à Prælato, & per Abbat. in C. ad hæc eo, hæc de Iure conveniunt Archidiacono, ut Vicario Epiſcopi à Iure; nam in multis Eccleſijs, ut eſt in Bononienſi habet Privilegium conferendi gradum Doctoratus, ut habetur in C. mandamus, & in cap. 1. per Abbat. unde Archidiaconus, eſt ſecundum ſe vice Epiſcopus; uſquè modo dixi de Archidiacono tamquam de Vicario a Iure, uſque modo dictum eſt circa ſua aliqua privilegia; modo videndum eſt de eius auctoritate, &c.

Archidiaconus ipſo Iure, abſquè aliquo facto, Epiſcopis abſentibus, & eorum officialibus, Vicariorum munus exercet a Iure ſic præordinatus; facit pro ipſo Butrius, Hoſtienſ. Mandoſ. Francus, Manc. & alij citati a Sborz de Vicario Epiſcopi lib. 1 q. 2. n. 15. & q. 36. n. 10. dimiſſorias lictteras ad ſuſcipiendos ordines dare, poſſunt Cuch. inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. de offic. Archidiac n. 7. & monitoria concedere poteſt Pet. Lazar. de monitorijs ſect. 1. q. 6. n. 11. & miror quod Archidiaconi non conſervent hanc ſuam Iuriſdictionem.

6. Archidiaconus habens Canonicatum, & Parrochialem Eccleſiam in duobus Diœceſibus, & non reſidens in Parrochiali ex permiſſione Epiſcopi, ut tenetur per Bullam B. Pij V. cogendus eſt ad reſidentiam in illa Eccleſia, ubi habet Canonicatum, ita deciſum referunt Garcia cap. 2. n. 184. Armend. in addit. ad Recopil. legul. num. 13. Franciſcus Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 2. n. 11. & diſponit Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. præterea; de quo multa Navarr. Conſil. 2. de Clericis non reſidentibus. Azzor. inſtit. Moral. par. 3. lib. 7. cap. 3. colum. 916. & melius Nicolaus Garcia de Beneficijs par. 3. cap.

2. n. 180. cum multis alijs dictos ſequentibus.

7. Noto etiam, quod quamquam Archidiaconus à Iure ſit Vicarius Epiſcopi, limitatur tamen in ſede vacante per ſpatium octo dierum Capitulum habet totum Ius, nam a diverſis non fit illatio, quia illa prima regula loquitur de ſede repleta, ita reſolvit Quaranta verb. ſede vacante, §. 12. quæro, verſ 1. & Aloyſius Ricci poſt reſolut. 105. in notabil. de materia Vicarij, a Capitulo ſede vacante verſ. 1. unde ſequitur, quod in illo termino octo dierum non poteſt cohoartari Capitulum ad Vicarium Capitularem conſtituendum, undè Capitulum poteſt adminiſtrare, idem Quaranta ſupra loc. citat. verſ. terminum.

8. Verum eſt, quod terminus octo dierum currit à die notitiæ habitæ à Capitulo de Sede vacante, ſivè ſit vacans ſedes ratione mortis Epiſcopi, ſivè renunciationis, ſivè translationis, &c. idem Quaranta d. verſ. terminum.

9. Archidiaconi, Archipræsbiteri, & Plebani, & alij inferiores viſitandi ius habent ſi id in longam conſuetudinem præſcripſerint, C. ſuper eo, & C. cum Apoſtolus de cenſib. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione c. 3. & refert Felician. Comers in manual. viſit. lib. 1. tit. 3. verſ. Archidiaconi.

10. Poteſt etiam Archidiaconus abeſſe ultra tres menſes ratione viſitationis ei incumbentis, & ratione ſuæ dignitatis habere fructus ſui Archidiaconatus, dummodo dari conſueverint abſentibus ex legitima cauſa, non tamen lucrantur diſtributiones quotidianas, ita deciſum fuiſse referunt Gargia c. 2. n. 352. Armendar. in addit. ad Neap. legum, Navarr. lib. 1. tit. 6. l. 6. de viſitat. n. 51. ubi n. 52. limitat. Puto tamen, quomodo Archidiaconi parum, aut nihil agant in Cathedralibus, cum Epiſcopi omnia ſibi uſurpaverint; Ego quidquid dixi, locutus fui prout de iure, & prout ſacri Canones loquntur, & DD.

RV-

RVBRICA DECIMAPRIMA.

De officio Archipresbiteri.

IVxtà Textum noſtrum Archipresbiter eſt Vicarius Epiſcopi circa Divina; undè circà Divina ſublevare debet Epiſcopum, qui quidem Archipresbiteri ſunt in duplici differentia, alij dicuntur urbani, alij foranei; de quibus omnibus agendo Auctor, dividit hanc Rubricam, ſivè Titulum, in paragraphis quatuor, quod totum in unum ego reducam, cum parva in hac re ſint dicenda.

In §. non abſimiles.

1. Certum eſt quod Archipresbiter eſt maioris dignitatis, quàm ſit Archidiaconus, unde Archidiaconum ipſum præcedere debet, ut habetur in C. ſtatuimus, extra de maioritate, & obedientia, & cap. 1. dicto titulo, nec mirandum eſt quod prius textus noſter loquatur de Archidiacono, quàm de Archipresbitero, quia licèt in ratione Ordinis Archidiaconus ſit inferior, in dignitate tamen, & ad miniſtratione eſt maior, propter curam fori contentioſi, quam exercere deberet; Archipresbiter vero ſolum curam fori Pœnitentialis habet, ut inf. eod. in principio, & not. in C Officium, ext. eod., ita not. Cardinal. in Clement. 1. de prebendis in pr. cap. 7. & Arch., & Geminianus in C. perlect. 25. diſt. gloſ. & Abbas cap. 1. in eo; tamen in hoc debent obſervari conſuetudines Eccleſiarum, Hoſtien. quem, & Abb. refert in dicto cap. 1.

2. Quare hic ponitur caſus, quidam Epiſcopus volebat conſtituere Archipresbiteros tam in urbe quàm extra, ut curam haberent eiuſque vices gererent in ſpiritualibus, & dubitatum fuit, an dictus Epiſcopus hoc facere poſſet, cum Dioe-

Diœceſis ſit diſtincta in Paroc. cap. 1. 13. q. 1. per tot. titulo de Parrochiano videbatur hoc neceſſarium, quia Epiſcopus ubique non poteſt eſſe præſens, & conſequenter cum habeant vicinos Archipresbiteros ſolunt eſſe diligentiores in rebus Eccleſiæ, cum ad ipſos Archipræsbiteros pertineat curam animarum cap. 2. & ibi Gloſſ. not. 2. cum ſint etiam executores eorum, quæ ab Epiſcopo ordinata ſunt, in quibus nihil præterire debent C. fin. eod. unde convenienter in iure inſtituti ſunt; ſed hodie in aliquibus provincijs tot ſunt Archipresbiteri, quot ſunt curæ animarum, & ſolum inſerviunt ad habendum titulum coloratum.

3. Qui quidem Archipræsbiteri, cum ut dixi alij ſunt urbani, alij rurales, primi conveniunt cum ſecundis, & è contra, quia uterque ſunt Iuris Vicarius; Civiles in hijs quæ pertinent ad Curam animarum, debet reputari reus animæ illius C. ſi præsbit. 26. q. 6. diviſio autem iſtorum Archipræsbiterorum deſumitur ex C. officium extra eod. ubi agitur de Archipresbiteris Vrbanis, & ex C. fin. ubi de foraneis fit ſermo; quare primis convenit in diebus ſolemnibus dum Epiſcopus eſt iuſtè impeditus, ut ſupponitur, quia alias deberet ipſe carere, cantat tunc Archipræsbiter, ſicut in officio, ad Iube Domne benedicere, ipſe benedicere debet, ut not. in C. officium extra.

4. Poteſtas vero Archipræsbiterorum Foraneorum iuxtà textum noſtrum, habent Ius ſupra omnes Plebanos conſtitutos, & ſuper omnes Præsbiteros in minori titulo conſtitutos, unde debent vigilare, ut res, quæ ad ſervitium Dei concernunt, ſuis Plebibus, & pecoribus dent vera & proficua Paſqua, intra in §. exteri ſunt, non poſſunt tamen iuxtà ipſummet textum, contra ipſius Epiſcopi, nec ſine eius licentia aliquod decretum facere; & id quod dictum eſt in numero antecedenti de Archipræsbiteris civilibus, dicendum eſt de foraneis, & nihil minus, aut plus quia cum ſint coadiutores Epiſcopi in ſpiritualibus memores quod reddituri

ſunt

ſunt rationem de animabus ſibi concreditis.

5. An vero iſti Archipresbiteri, ſicut, & Prępoſiti, debeant eſſe ordinati Sacerdotes, nec ne multi negativè reſpondent, fundando ſuam rationem, quia cum talia officia dicant Prælaturam, quæ tantummodo iuriſdictionem reſpicit, non videtur quod ordo, & præcipuè præsbiteratus ordo requiratur, argument. C. quamvis de verborum ſignificatione; at quia poteſtas ordinis eſt unita cum poteſtate iuriſdictionis iuxtà notata per Caietan. in ſuis Opuſcul. tom. 2. tract. 7. q. 1. ideo obiectio adverſariorum non valet, nam hìc non agitur de qualibet iuriſdictione, ſed de illa, quæ reſpicit curam animarum; ergo requiritur quod tam Archipresbiter, quàm præpoſitus ordinati ſint, & ſint Sacerdotes, argument. in C. ſtatutum de reſcriptis in 6. & cap. 1. & ætate, ſic etiam textus noſter §. admonendi, unde iſtæ dignitates, requirunt, ut ſaltem infra annum, ordines habeant, verum, eſt quod ille, cui collata eſt aliqua ex hijs dignitatibus ſi infra annum eſt legittimè impeditus, ut ad ordines non poſſit promoveri, non debet dignitate privari, facit text. ut cap. 1. de Clericis ægrotis, niſi cauſa ſua, factum eſſet hoc impedimentum cap. 1. de Clericis ægrotis, ſed ſolum intelligitur gaudere beneficium temporis quando infirmitas non cauſa ſua facta: aliàs non gaudet, quia ſe debebat abſtinere ab his, à quibus ſciebat, vel ſaltem putabat, ſe in habilem reddi, hæc de Archipresbitero.

RVBRICA DECIMASECVNDA.

De Officio Vicarij.

1. COntinuatur titulus, & dividitur in tres partes. In prima habetur quid ſit Vicarij officium. In ſecunda, quis poſſit eſſe. In tertia, qualiter ab eo appellatur (intelligo hìc de Vicarijs conſtitutis ab homine, non de illis

à Iure

res, quia unum, & idem verbum non debet ſimul iure diverſo cenſeri, ut ſimul habeat vim ſententiæ latæ, atque ferendæ, & hęc 2. ſententia in caſu dicto probabilis videtur Theſaur. in praxi verb. ordo d. c. 27.

74. Quæres 22. an Prælatus, quilibet, qui incurrit aliquam pœnam, quæ habet annexam privationem officij ipſo facto, poſſint eius ſubditi ſtatim expellere a gubernio dicti officij, & illi obedientiam derogare, etiam ſi manifeſte conſtet de delicto. Negativè, reſpondeo, etenim id pertinet, ad maiorem Prælatum ſi eſt regularis, ſi vero, Epiſcopus pertinet ad Summum Pontificem, ità Ioann. Valer. in diff. iuris diff. 20. n. 4. Diana var. tract. 17. reſol. 67. verſ. ex hijs deducitur, nam in quibuscunque pœnis etiam ſi dicatur in lege, quod incurratur abſquè ulla declaratione, requiritur ſemper iudicis ſententia declaratoria criminis antequam incurratur, ita conſuetudine approbante, videatur Sayr. verb. lex n. 10. alios citans DD. ubi quod lex privans ob peccatum re iure poſſeſſa, intelligitur poſt condemnationem, & licet in aliquibus caſibus, & legibus ſit appoſita illa particula; *qui contra fecerit tali ſtatuto, &c. ſtatim per capitulum privetur*, non tamen licet hi̇̇s deputatis, ſuperiorem ſtatuto contrafacientem deponere; nam in pœnis non eſt facienda extenſio de uno caſu ad alium V. G. quis Prælatus regularis non curavit facere legere bullam de celebratione miſſarum in tempore debito, vel bullam S. Officij, &c. incurrit ſtatim, non ſic in alijs, quia non ſit extenſio cum ſimus in pœnalibus, & odioſis, de caſu ad caſum, & ſimiliter eadem ratio, ut multis probat Diana tract. 17. variar. reſol. 66.

75. Quæres 23. An Prælatus minimus, vel alius Religioſus eiuſdem Ordinis Minimitanæ familiæ, ad Epiſcopatum aſſumptum, & etiam ad Cardinalatum teneatur ſervare vitam Quadrageſimalem ſub pæna peccati lethalis tranſgrediendo.

76. Affir-

76. Affirmative reſpondeo; probat clariſſimè Peyrin. q. 4. de Religioſo ſubdit. cap. 2. & ultro DD. ibi ab eodem adductos addo Suarez tom. 4. de Religione tract. 1. lib. 3. cap. 17. n. 8. Caietanum 2. 2. q. 185. art. 8. dub. 1., nam Religioſus Minor factus Epiſcopus peccat mortaliter comedens carnes in die Natalis Domini quando venit talis feſtivitas in die veneris, vel sabbati, ſi id erit illi per ſuam regulam prohibitum, ergo multo magis de religioſo minimo facto Epiſcopo vel Cardinali, valet conſequentia, quia Minimus debet obſervare quadrageſimalem vitam toto tempore vitæ ſuæ iuxtà modificationes, &c. in quibus, modificationibus eſt tantum infirmitas actualis, non autem aſſuntio ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, &c. Tenet hanc ſententiam ſive deducitur ab Angelico Doct. 2. 2. q. 185. art. 8. in corpore, qui habet ibi defendere quod Religioſus cuiuſvis ordinis tenetur ſervare omnia ea, quæ valent ad perfectionis cuſtodiam, ut continentiam, & paupertatem, &c. nullus autem eſt qui dubitet multum valere ad caſtitatem ſervandam vitam Quadreſimalem, ut bene probat Peyrin. de ſubd. R. cap. 7. ſentit Covarr. cap. 1. de teſtam. n. 18; & probatur contra Dianam [in expertum in voto minimorum quarto] auctoritate trium Pontificum, qui in facti contingentia, in hac mea aſſertione favere, primus fuit Paulus V. qui Duci de Abbuquerque legato Romæ pro Rege Hyſpaniarum, petenti diſpenſatione ſuper hoc quarto voto ordinis minimorum pro Reverendiſs. Patre Fratre Gondi ſalvo de Angulo ordinis noſtri Epiſcopo Valenſuelæ in Indijs, reſpondit Summus Pontifex, ego ſemper fui huius Religionis devotiſſimus & me abſtinui à promotione illorum ad dignitatem Epiſcopalem, ne cogerer eos diſpenſare ſuper votum vitæ Quadrageſimalis, & ſic, diſpenſationem petitam ab Albquerque concedere recuſavit. Gregorius XV. noluit diſpenſare Rev. Patrem Franciſcum a Maida Epiſcopum Lavelli. Vrbanus VIII. examinando Patrem Fratrem Franciſcum Caſtellanum,

Epi-

Epiſcopum Caprulienſ. petijt ab eo: An conſecratus Epiſcopus teneretur ad vitam quadrageſimalem. Reſpondit ipſe Pater, non teneri, & Summus Pontifex illi dixit, erraſti, nec voluit eum diſpenſare; hinc fit, quòd malè intelligunt rigorem huius quarti voti, nempe vitæ quadrageſimalis, nam cuncti tenentur ad obſervantiam vitæ quadrageſimalis voti, ut probat ipſe Peyrin. tom. 1. relig. q. 1. c. 25. §. 1. concl. 4. & q. 4. c. 2. verſ. ad tertium & firmat expreſsè Bonac. loquens de eiectis tract. de clauſura q. 2. punct. 12. §. 3. n. 4. ratio eſt horum, quia ex propria malitia nemo debet reportare commodum, l. in fundo ff. de rei vendic. C. cognoſcentes de conſtit. C. ſedes C. plerumque de reſcriptis C. intelleximus de iudicio. Ergo à fortiori de Epiſcopo Minimo, qui etiam tenetur habitum deferre, iuxta morem aliarum Religionum, eorum qui aſcendunt ad Epiſcopatum, & Cardinalatum, & non ſolùm ex debito, & honeſtate morali, ſed etiam ex debito legali; undè puto, quòd excommunicationem contrahat ſi habitum deponat; firmat Laym. lib. 4. tract. 5. c. 1. de ſtatu relig. n. 9. Vndè in hoc delinquens ſecundùm Laym. debet puniri à Prælato; quod idem eſt de obtinente beneficium curati. ſed quicquid ſit de hac re, iudicio aliorum relinquo.

RVBRICA DECIMA.

De Officio Archidiaconi.

De officio Archidiaconi Textus agit in titulo 13 ubi explicat dignitatem, & eius officium; Auctor verò dividit dictum titulum in §§. quatuor, in quorum 1. oſtendit, quod Archidiaconus Cathedralis à Iure eſt Vicarius Epiſcopi. In 2. dicit quod ipſemet Archidiaconus cognoſcit inter Clericos. In 3. quod ardua deferre debet ad Epiſcopum. In 4. quod ipſe Archidiaconus de licentia Epi-
ſcopi

ſcopi viſitare, & excommunicare poteſt; De quibus breviter iuxtà veram doctrinam breviter diſcurram cum non ſit res magni momenti.

In §. quonam verò, cum tribus ſeqq.

1. In iſto § cum ſequentibus, quicquid ad officium Archidiaconatus pertineat, & de eius privilegijs dicam, explicando primitus tamen nomen Archidiaconi. Archidiaconi enim nomen iuxtà Textum noſtrum (oculus Epiſcopi) appellatur iure merito ad hoc, ut ſciat ipſe Archidiaconus, quod ſi aliquid deficit pro Dei honore in Eccleſia, in qua tale officium portat, tenetur reddere rationem Deo ſub gravi culpa, quia cum ipſe ſit oculus, claudit palpebras, ne videat, & ob reſpectum humanum Deum relinquit inhonoratum, ut veneretur ipſe; Vndè ſi non coadiuvat Epiſcopum, ut tenetur, ad omnia damna & ſpiritualia, & temporalia obligatus eſt; ſunt enim Epiſcopi, & à Iure communi Vicarij Epiſcopi dicuntur. Ergo ad pondus Epiſcopi tenetur iuxta not. in c. 1. eod. not. 2. argument. officiales non eſſe multiplicandos, niſi cum cauſa. Cauſa autem quarè hodie Archid. non ſint Vicarij Epiſcopi, ego intelligere non poſſum, cum hoc habeant a iure, ni fortaſſis adeſſet cauſa intrinſeca, nempe quia videlicet, vel non ſunt ſufficientes, & ſunt ſufficientes, & nolunt inſervire, quomodoqunque ſit, certum, eſt quod peccant mortaliter non coadiuvando Epiſcopum; nam ſi non ſunt ſufficientes tenentur renunciare officium, ſi ſunt ſufficientes graviter peccant, non ponendo ſuum talentum ad menſam, immò eſt tanta eorum cura, ut neque per Epiſcopum exerceri poſſit, & multo minus per aliud, facit Abbas in cap. 1. eod. dicitur namque Archidiaconus quaſi princeps miniſterij, & de omnibus curam habere debet S. Thomas in 4. ſentent. diſt. 25. cap. 1. ad quartum, & C. Diaconi 1. & 2. diſt. 93. C. ad hæc extra eod.

2. Hinc oritur caſus, cum Archidiaconus ſit Vicarius Epiſcopi non propterea in gravioribus ſine Epiſcopo poteſt decidere, ac terminare, ſed graviora Epiſcopo reſervantur, argum. in C. quod ſedem de officio legat. nec valet obiectio, nempè quod Archidiaconus eſt de ſe, & ſecundum iura iudex in omnibus, nam illa verba in omnibus intelligenda ſunt, iuxtà textum noſtrum, qui quidem textus inquit; *una cum Epiſcopo*, & eſto quod latius poſſit accipi, intelligitur, præterquam in gravioribus argum. in cap. 1. de officio Vicarij, & in 6. not. 2. nam viſitare eſt actus iuriſdictionis exterioris, unde Epiſcopus etiam ſæculari committere poteſt, ut ait auctor hic.

3. Poteſt quidem Archidiaconus corrigere, ſed non imponere pœnas ſpirituales, nempè excommunicare, aut interdicere, vel ſuſpendere, niſi de mandato Epiſcopi, & ſub eius nomine, ità DD. in C. Archidiaconus extra eod. & facit Abbas in C. ad hæc in 4. q. eod.

Limita tamen ad pœnas inferiores, & non magni momenti, & ad modicum tempus, etiam ſuſpendere, etenim graviora pertinent ad Epiſcopum, argument. C. quoad ſedem, de officio legat. & in dubio, non intelliguntur à Iure demandata argum. in cap. 1. de officio Vicarij.

4. Quare adeſt differentia inter Vicarium Iuris, & Vicarium hominis, qui non vendicat ſibi talem correctionem C. licet, & C. fin. de officio Vicarij in 6. & per Abbat. in cap. 1. extra eod.

5. Item Archidiaconus cognoſcit inter Clericos, & prout ait Textus noſter in §. ea propter; debet audire Iurgia ſingulorum; & quæ corrigenda corrigere, & emendanda emendare, quare debet procurare, ut Primicerius, Sacriſta, & Cuſtos officijs ſibi iniunctis exequantur, & quę per Epiſcopum, ratione impedimenti iuſti fieri non poſſunt, ipſe illis debet remedium ponere, favet, C. ſuffraganeis de electione, undè etiam Clericos in minoribus conſtitutos poteſt de-

deponere , ut 15. q. 7. C. Epiſcopus , item ſuſpendere eos etiam ad longum tempus , ut in cap. 1. de exceſſibus prelatorum , & generaliter omnia , quæ non poſſunt per Epiſcopum expediri ſine capitulo , ut in cap. novit., & C. quanto ; de hjs, quæ à Prælato , & per Abbat. in C. ad hæc eo, hæc de Iure conveniunt Archidiacono , ut Vicario Epiſcopi à Iure ; nam in multis Eccleſijs , ut eſt in Bononienſi habet Privilegium conferendi gradum Doctoratus , ut habetur in C. mandamus , & in cap. 1. per Abbat. unde Archidiaconus , eſt ſecundum ſe vice Epiſcopus ; uſquè modo dixi de Archidiacono tamquam de Vicario a Iure , uſque modo dictum eſt circa ſua aliqua privilegia , modo videndum eſt de eius auctoritate , &c.

Archidiaconus ipſo Iure, abſquè aliquo facto , Epiſcopis abſentibus , & eorum officialibus , Vicariorum munus exercet a Iure ſic præordinatus , facit pro ipſo Butrius , Hoſtienſ. Mandoſ. Francus , Manc. & alij citati a Sborz de Vicario Epiſcopi lib. 1 q. 2. n. 15. & q. 36. n. 10. dimiſſorias licteras ad ſuſcipiendos ordines dare poſſunt Cuch. inſtit. maior. lib. 2. tit. 9. de offic. Archidiac n. 7. & monitoria concedere poteſt Pet. Lazar. de monitorijs ſect. 1. q. 6. n. 11. & miror quod Archidiaconi non conſervent hanc ſuam Iuriſdictionem .

6. Archidiaconus habens Canonicatum , & Parrochialem Eccleſiam in duobus Diœceſibus , & non reſidens in Parrochiali ex permiſſione Epiſcopi , ut tenetur per Bullam B. Pij V. cogendus eſt ad reſidentiam in illa Eccleſia , ubi habet Canonicatum , ita deciſum referunt Garcia cap. 2. n. 184. Armend. in addit. ad Recopil. legul. num. 13. Franciſcus Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 2. n. 11. & diſponit Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 12. verſ. præterea ; de quo multa Navarr. Conſil. 2. de Clericis non reſidentibus . Azzor. inſtit. Moral. par. 3. lib. 7. cap. 3. colum. 916. & melius Nicolaus Garcia de Beneficijs par. 3. cap.

2. n. 180. cum multis alijs dictos ſequentibus.

7. Noto etiam, quod quamquam Archidiaconus à Iure ſit Vicarius Epiſcopi, limitatur tamen in ſede vacante per ſpatium octo dierum Capitulum habet totum Ius, nam à diverſis non fit illatio, quia illa prima regula loquitur de ſede repleta, ita reſolvit Quaranta verb. ſede vacante, §. 12. quæro, verſ. 1. & Aloyſius Ricci poſt reſolut. 105. in notabil. de materia Vicarij, a Capitulo ſede vacante verſ. 1. unde ſequitur, quod in illo termino octo dierum non poteſt cohoartari Capitulum ad Vicarium Capitularem conſtituendum, undè Capitulum poteſt adminiſtrare, idem Quaranta ſupra loc. citat. verſ. terminum.

8. Verum eſt, quod terminus octo dierum currit à die notitiæ habitæ à Capitulo de Sede vacante, ſivè ſit vacans ſedes ratione mortis Epiſcopi, ſivè renunciationis, ſivè tranſlationis, &c. idem Quaranta d. verſ. terminum.

9. Archidiaconi, Archipræsbiteri, & Plebani, & alij inferiores viſitandi ius habent ſi id in longam conſuetudinem præſcripſerint, C. ſuper eo, & C. cum Apoſtolus de cenſib. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformatione c. 3. & refert Felician. Comers in manual. viſit. lib. 1. tit. 3. verſ. Archidiaconi.

10. Poteſt etiam Archidiaconus abeſſe ultra tres menſes ratione viſitationis ei incumbentis, & ratione ſuæ dignitatis habere fructus ſui Archidiaconatus, dummodò dari conſueverint abſentibus ex legitima cauſa, non tamen lucrantur diſtributiones quotidianas, ita deciſum fuiſse referunt Gargia c. 2. n. 352. Armendar. in addit. ad Neap. legum, Navarr. lib. 1. tit. 6. l. 6. de viſitat. n. 51. ubi n. 52. limitat. Puto tamen, quomodo Archidiaconi parum, aut nihil agant in Cathedralibus, cum Epiſcopi omnia ſibi uſurpaverint; Ego quidquid dixi, locutus fui prout de iure, & prout ſacri Canones loquuntur, & DD.

RV-

RVBRICA DECIMAPRIMA.

De officio Archipresbiteri.

IVxtà Textum noſtrum Archipresbiter eſt Vicarius Epiſcopi circa Divina; undè circà Divina ſublevare debet Epiſcopum, qui quidem Archipresbiteri ſunt in duplici differentia, alij dicuntur urbani, alij foranei; de quibus omnibus agendo Auctor, dividit hanc Rubricam, ſivè Titulum, in paragraphis quatuor, quod totum in unum egò reducam, cum parva in hac re ſint dicenda.

In §. non abſimiles.

1. Certum eſt quod Archipresbiter eſt maioris dignitatis, quàm ſit Archidiaconus, unde Archidiaconum ipſum præcedere debet, ut habetur in C. ſtatuimus, extra de maioritate, & obedientia, & cap. 1. dicto titulo, nec mirandum eſt quod prius textus noſter loquatur de Archidiacono, quàm de Archipresbitero, quia licèt in ratione Ordinis Archidiaconus ſit inferior, in dignitate tamen, & ad miniſtratione eſt maior, propter curam fori contentioſi, quam exercere deberet; Archipresbiter vero ſolum curam fori Penitentialis habet, ut inf. eod. in principio, & not. in C Officium, ext. eod., ita not. Cardinal. in Clement. 1. de prebendis in pr. cap. 7. & Arch., & Geminianus in C. perlect. 25. diſt. gloſ. & Abbas cap. 1. in eo; tamen in hoc debent obſervari conſuetudines Eccleſiarum, Hoſtien. quem, & Abb. refert in dicto cap. 1.

2. Quare huc ponitur caſus, quidam Epiſcopus volebat conſtituere Archipresbiteros tam in urbe quàm extra, ut curam haberent eiuſque vices gererent in ſpiritualibus, & dubitatum fuit, an dictus Epiſcopus hoc facere poſſet, cum

Dioe-

ſunt rationem de animabus ſibi concreditis.

5. An vero iſti Archipresbiteri, ſicut, & Prepoſiti, debeant eſſe ordinati Sacerdotes, nec ne multi negativè reſpondent, fundando ſuam rationem, quia cum talia officia dicant Prælaturam, quæ tantummodo iuriſdictionem reſpicit, non videtur quod ordo, & præcipuè præsbiteratus ordo requiratur, argument. C. quamvis de verborum ſignificatione; at quia poteſtas ordinis eſt unita cum poteſtate iuriſdictionis iuxtà notata per Caietan. in ſuis Opuſcul. tom. 2. tract. 7. q. 1. ideo obiectio adverſariorum non valet, nam hìc non agitur de qualibet iuriſdictione, ſed de illa, quæ reſpicit curam animarum; ergo requiritur, quod tam Archipresbiter, quàm præpoſitus ordinati ſint, & ſint Sacerdotes, argument. in C. ſtatutum de reſcriptis in 6. & cap. 1. & ætate, ſic etiam textus noſter §. admonendi, unde iſtæ dignitates, requirunt, ut ſaltem infra annum, ordines habeant, verum, eſt quod ille, cui collata eſt aliqua ex hijs dignitatibus ſi infra annum eſt legittimè impeditus, ut ad ordines non poſſit promoveri, non debet dignitate privari, facit text. ut cap. 1. de Clericis ægrotis, niſi cauſa ſua, factum eſſet hoc impedimentum cap. 1. de Clericis ægrotis, ſed ſolum intelligitur gaudere beneficium temporis quando infirmitas non cauſa ſua facta: aliàs non gaudet, quia ſe debebat abſtinere ab his, à quibus ſciebat, vel ſaltem putabat, ſe in habilem reddi, hæc de Archipresbitero.

RVBRICA DECIMASECVNDA.

De Officio Vicarij.

1. Continuatur titulus, & dividitur in tres partes. In prima habetur quid ſit Vicarij officium. In ſecunda, quis poſſit eſſe. In tertia, qualiter ab eo appellatur (intelligo hìc de Vicarijs conſtitutis ab homine, non de illis

à iure

à Iure, quia iam de ipſis ſatis dictum eſt) Vndè Vicarij à Iure ſunt illi, qui deſerviunt Eccleſiæ; Vicarij ab homine, qui alieno nomine inſerviunt, pro ut notatur in Rubrica extra eod. Dividitur hæc Rubrica in paragraphis quatuor; In 1. agitur de eius poteſtate; In 2. de eius qualitate, ſicut in 3. In 4. ad quem detur appellatio de eius ſententia, de quibus gradatim ſuo ordine.

In §. & Vicarium.

2. Indubitatum eſt, Vicarium Epiſcopi non poſſe inquirere, nec punire, nec beneficijs privare, nec beneficia conferre, niſi hoc ſpecialiter ab Epiſcopo; ita text. noſter in d. §. poſito erga fin. Vndè non tenetur Epiſcopus Vicarium ſubſtituere, maximè quando Diœceſis eſt parva, cum tunc Epiſcopus poſſit omnia per ſe ipſum facere, etiam ſi contrarium videatur ſentire Abbas in C. quoniam de officio ordinis; Ratio Abbatis eſt, quia numquam ſupponitur Epiſcopum eſſe ſemper paratum in omnibus Eccleſiæ. Fallit tamen ut dixi, quando Diœceſis eſt parva, & Epiſcopus eſt in Iure expertus, & habet Archidiaconum, & Archipreſbiterum, quorum munus eſt officium Vicarij exercere; unus nempè in contentioſis, alter in ſpiritualibus, ut oſtendo in antecedenti Rubrica diſt. 23. C. quamquam, & de officio ordinis C. ſi Sacerdos, & facit C. licet eod. lib. 6.

In §. debet autem.

3. Advertere debet tamen Epiſcopus ne laicum Vicarium conſtituat, quod habetur in textu §. debet autem Epiſcopus, & ſi aliquandò aliqui ſæculares hoc prætendiſſent ex ea ratione, quia in utroque Iure Doctoratum obtinuere. At ſi DD. in utroque Iure fuiſſent, fuiſſent intelligentes de text noſtro prohibente, ſæculares poſſe Epiſcoporum eſſe Vica-

Vicarios favet Panorm. in cap. 2. de Clerico coniugato, & §. in decorum, & in C. innova 16. p. 7. & C. decenter diſt. 89. ratio eſt, quia non licitum eſt nec conveniens Laicum Eccleſiaſticos iudicare, ita textus noſter in fine, nam in uno, & eodemque officio debet diſpar eſſe profeſſio, ſic text. in §. cit. & patet etiam ex ſacra litera, dum Moyſes ordinavit; non Arabis in bovem, & Aſinam habetur in §. profeſſio 12. q. 2. & C. cognovimus, & in C. Deus qui extr. de vita, & honeſtate Cleric. in Clement. pro ut notat Ioannes Andreas, & ſi de reſervat. & per Archidiaconum in C. innova 16. q. 7. & de hoc per Doctorem in C. Ioannes, de ſtatu Monachorum, Sol. ut per Abbas in C. cum cauſa in fin. de electio n.

In §. inde, & Honoriana.

4. In §. præſenti non ſolum Epiſcopus non poteſt pro ut determinatur in textu noſtro eligere Vicarium, ſed electum non ordinatum, debet compellere, etiam cum ſubtractione Vicariæ, & proventus, ut ordines recipiat, & maximè, de Vicario in divinis non ſolum ſed etiam in civilibus, quando cauſæ, ut plurimum ſint, vel ab Eccleſiaſticis promotis, & intentatis, vel à ſæcularibus contra Eccleſiaſticos, undè non eſt decens, neque iuſtum, quod ſæculares iudicium ferant contra Eccleſiaſticos, maximè quia talis Vicarius debet perciperè portionem, quæ nullo modo ſæcularibus convenit in Eccleſia, facit C. ad hæc, extra eod. & de præsbiteris C. extirpandæ §. quia vero, & not. qui habet aliud beneficium curatum non poteſt prætendere Vicarium cap. 1. extra eod. ſed nec ad duos Vicarios, ut C. fin. extra eod.

In §. inter Vicarium.

5. In iſto §. quarto huius Rubricæ in tit. 15. quærit auctor, an à Vicario generali alicuius diœceſis poſſit fieri appel-

 latio

latio ad Epiſcopum, de ſententia lata ab ipſo Vicario; Reſponſio iuxtà textum noſtrum, dummodo non ſit de ſententia data ab Archidiacono, niſi aliàs alicuius Eccleſiæ eſſet conſuetudo; ratio eſt, quia iudex, a quo, & ad quem debent eſſe realiter realitate ſpecifica diſtinctos, & adeſt caſus ab auctore noſtro Lancellott. adducto in caſu explicationis huius §. ſupponit enim Doctor, ac magiſter noſter, quod cum lata eſſet ſententia à Vicario alicuius Epiſcopi contra Monaſterium S. Petri, & Sindacus dicti Monaſterij volebat appellare ad Epiſcopum, tanquam ad ſuperiorem proximum iuxtà leges quæ ordinant, ut appellationes gradatim fiant, niſi fiat ad ſupremum, & tunc licet, inter Eccleſiaſticos ad Papam, & inter ſæculares ad Regem, vel Principem, C. quoties Epiſcopi, C. ad Romanam, cl 1. & 2. 2. q. 6. C. ſi duobus, C. dilecti filij, cl 3. de appellat. Navarr lib. 2. conſ. de appellat. conſ. 2. n. 1. conſ. 4. n. 3. Pegna in directorio inquiſit. pag. 3. commen. 31. verſ. quod ſi Sebaſtian. Vanz. de nullitate §. de nullitate defectu iuriſdictionis n. 77. tom. 4. pag. 388. Barboſa C. dilecte filij, ut n. 3. Covarr. pract. q. cap. 4. n. 9. Bovadil. tom. 2. Polit. lib. 3. cap. 8. n. 219. nec facit caſus quod iudex à quo non deferat, deferant iura. Lege quoniam iudices, C. de apppellatione, l. ei cuius ff. de appellatione recipit, & iudex. qui non detulit puniri debet C. de Priori de appellatione, ita citatus Vant. loco ſuperius citatus.

6. Ad caſum ſuperius propoſitum de ſindaco Monaſterij S. Petri, qui à ſententia lata à Vicario Epiſcopi ad Epiſcopum cuius erat Vicarius ille, qui protulit ſententiam contra dictum Monaſterium volebat appellare, non fuit admiſſa, neque valida, quia Vicarius, & Epiſcopus ſunt unum Tribunal, neque obſtat l. Imperatores ff. de appellationibus, quia eſt idem Tribunal, cap. 2. de conſuetudine in 6. & eſto quod obſtaret talis lex non eſt verum in iure Canonico, iuxtà not. in C. antiqua de Privileg. not. in materia appella-

tionis

tionis iudicem à quo, & ad quem debere eſſe non ſolum realiter, phiſicè, & ſpecificè, metaphiſicè, ſed diversè iuriſditionis, & ſuperioritatis, ita quod unus ſit ſuperior, alter inferior in eodem ordine.

7. Limita tamen, quod quando cauſa non eſt delegata ab Epiſcopo, ad aliquam difficultatem, ſivè caſum particularem, nam quando Epiſcopus habet delegare aliquam cauſam particularem alicui iudici Synodali, qui habet ſententiam contrariam ab illo delegato poteſt appellare ad Epiſcopum, C. ſuper quæſtionum, de officio delegati, & C. dilecti de appellation. ubi nota (oh lector) qualis ſit diſparitas inter Vicarium Epiſcopi, & iudicem Synodalem cui delegata eſt aliqua cauſa particularis, nam Vicarius Generalis, & Archiepiſcopus ſunt idem Tribunal, non ſic delegatus, & Epiſcopus, ſicut, nec Archipresbiter, nec Archidiaconus reſpectu Epiſcopi, habetur in C. Romana in principio de Appellat. in *6.* & in cap. 2. de conſuetudine in *6.* & habetur infra de appellation. poſt principium; ratio eſt quia ſi de Vicario appellaretur ad Epiſcopum, idem eſſet Iudex à quo ac Iudex ad quem quod eſſe non poteſt, cap. 2. & C. Romana.

8. Verum eſt quod ſi quis haberet litem coram Vicario Epiſcopi, & Vicarius eſſet recuſatus tanquam ſuſpectus, ſuſpicionis cauſa coram Epiſcopo, probari debet C. ſi contra unum in fine de officio delegati, quod ſi quis dicat, appellatio, & recuſatio ſunt idem in paritate rationis prout habetur in C. ſuper eo 2. de appellat. & in cap. 2. de conſuet. in *6.* ergo, ſi Epiſcopus, vel coram eo debet probari ſuſpicio contra Vicarium, & appellatio de Vicario ad Epiſcopum valida erit.

9. Neque valet dicere, quod conſuetudo, & Privilegium ſunt idem, nam hoc eſt verum de conſuetudine quæ contingit de foro competenti C. Romana eod. titulo in *6.* & C. Romana, de officio ordinis, unde iſta conſuetudo cum

Privilegio currit parit. q. 9. C. conqueſtus, & cap. 2. §. debet de officio ordinis, & C. novit, verſ. non enim de Iudic. undè non valet conſequentia ergo valet appellatio de Vicario ad Epiſcopum, ſed ſolum dicta lex conſuetudo, ſolum loquitur de Appelatione interponenda, à ſententia Archidiaconi ad Archipiſcopum, quæ de conſuetudine poteſt induci cum non ſit idem tribunal, unde non inducitur in hoc conſuetudo, bene tamen appellando, ut dixi ab Archidiacono ad Archiepiſcopum, non autem, appellare de Vicario ad Archiepiſcopum, ut dixi, ut not. in cap. 2. de conſuetudine in 6. & in C. Romana de appellatione in 6. poteſt tamen appellari immediatè ad Pontificem, ab Epiſcopo ad Papam, pro ut colligi poteſt ex Doctoribus, & praxis docet, facit etiam textus quia Epiſcopus eſt Papę immediatè ſubiectus, Titulo de officio Vicarij §. inter Vicarium, etiam ommiſſo medio 2. q. 6. C. ad Romanum, & C. quiſquis, & eodem in legato valet, ut cap. 1. de officio legati, ubi de hac re agitur, & 2. q. 6. cap. 3. non ſic in Imperatore in Civilibus cauſis, lege Imperatores ff. de appellat.

10. Et cum locutus fuerim de Vicarij perſona, multa de ipſo poſſunt dubitari, & primo. An Vicarius capitularis, mortuo Epiſcopo, vel privato, aut excomunicato, dictus Vicarius Capitularis, dum exercet officium Vicarij habeatur pro preſente in Choro; & lucretur diſtributiones in abſentia. Affirmativa eſt Reſponſio cum Paccino de officio, & poteſtate Capituli ſede vacante q. 10. 2. par. n. 5. & Paulo Squillante de obbligationibus Clericorum par. 1. pag. mihi 48. n. 189. nam tunc Vicarius Capitularis cenſetur eſſe in ſervitio Eccleſiæ, cum magis commodum Eccleſiæ, ut deputetur unus, & non exerceatur Iuriſdictio per totum Capitulum, accedit Rota deciſ. 222. p. 2. diverſorum, non autem hoc valet de Canonico Vicario Epiſcopi, vt per eandem Rotam ibidem, & Cenedum q. 1. n. 3.

11. Reputatur tamen præſens in Choro Vicarius Generalis

lis Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, quando eſt abſens ob Eccleſiæ utilitatem evidentem, & ideo lucrari poteſt diſtributiones, & fructus, ita habetur ex C. ex parte ſecundo de Cleric. non reſident. in 6. & per Covarr. lib. 3. variar. cap. 13. n. 8. Zech. de Republic. & Eccleſia cap. 24 de Canonicis n. 6. Zerol. in praxi Epiſcopali p. 1. verſ. diſtributiones §. 3. ſi vero eſt abſens a loco non perciperet diſtributiones C. cum non dictat de electione in 6. Covarr. Zechus, & alij quam plurimi ita ſentiunt.

12. Limita tamen, quando aliàs conſuetudo non diſponat, ut tenet Moneta par. 2. q. 11. & Vivianus de Iure Patron. lib. 15. cap. 3. n. 133. ita cenſuit Sacra Congregatio Concilij cuius reſponſio ad dubium coram eam propoſitum in tali materia reperitur apud Gargiam p. 3. cap. 2. n. 362. his verbis, *ſtante conſuetudine, quod Canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſervitio ipſius Eccleſiæ ſeu Capituli, percipiat omnes fructus, & diſtributiones quotidianas Congregatio cenſuit eam eſſe obſervandam ſi Canonici abſint pro evidenti utilitate Eccleſiæ.*

13. Quod idem dicendum eſt ſiquis Canonicus officialis S. Inquiſitionis eſſet abſens pro negocijs S. Inquiſitionis, ita Moneta de diſtribut. quotidian. p. 2. q. 12. n. 111. Spina in Specul. teſtament. Gloſ. cap. 3. princip. n. 78. Vivian. de Iure patr. lib. 15. cap. 3. n. 135., & Sacra Congregatio, ut teſtatur Gargia p. 3. cap. 8. n. 356. & ſic obſervatur in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, & idem dicendum eſt de Collectore Cameræ Apoſtolicæ per Bullam Sixti V. datam ſub die 8. Maij 1590. Et idem dico de Auditore Rotæ per Bullam Clementis VII quæ incipit: Convenit.

14. De Canonico infirmo, qui non eius defectu infirmitatem incidit, ſicut de amente, & iniuſtè detentus in carcere non eſt dubitandum, quod illis & fructus, & diſtributiones debeantur, quia aliàs ſanus exiſtens, aut liber ſolitus erat frequentare chorum, & ſi infirmus ſit abſens à

loco

loco ubi eſt Eccleſia, quod idem valet de amente; firmat Haieda p. 1. c. 17. n. 15. & Moneta de diſtribut. p. 2. q. 6. n. 7. Fuſcus de viſit. lib. 1. c. 20. n. 26. Moneta d. q. 16. n. 12. Cened. q. 1. n. 8. idem Moneta n. 19. quem ſequitur Cened. loc. citat. n. 11. quod idem valet de infirmo ad balnea pergente cauſa ſanitatis recuperandæ. Ad Vicarium modò Epiſcopi redeo, de quo multæ faciendæ ſunt quæſtiones, & quia hoc nomen Vicarius eſt non univocum, ſed analogum, ideò tam de Vicario Epiſcopi, quàm de Vicario Parrochiali dubia ponenda reſolvam, & in primis.

15. Vt ſuprà dixi in §. & Vicarium. Vicarius Generalis Epiſcopi conſtitutus ab ipſomet Epiſcopo, ſivè Archiepiſcopo, ſi ſint in ſuis literis patentalibus ſolùm clauſulæ generales, ut alibi dixi dantes tibi N.N. omnimodam facultatem noſtram, &c. Non propterea omnia, quæ Epiſcopus poteſt facere, ipſe facere poteſt; Et circà iudicia, Collationes beneficiorum, privationes, &c. ſed requiritur expreſſum mandatum circa hoc, &c. facit Text. in l. procurator vi ff. de procurat. & C. qui generaliter de procurat. lib. 6. Vndè debet in dictis literis omnia particularia ſpecificari; Vndè ſi collatio beneficiorum, &c. ſpecialiter non ſit commiſsa, illa conferre non poteſt, & ſi conferat aliter conferentia eſt nulla, C. ultimo de officio Vicarij lib. 6. ubi DD. Petr. Gregor. in C. conquerente c. 11. n. 2. de officio ordinar. Franciſc. Marc. Delphin. deciſ. 86. n. 13. vol. 4. Marcheſan. de commiſſ. p. 1. c. 6. n. 68. at in memorab. verb. Vicarius in princip. Marant. conſ. 48. n. 6. Salas in rubr. de officio deleg. n. 8. Anaſtaſ. Germon. de indultis Cardinal. §. tibi quoad vixeris n. 86. & 87. praxis Epiſcoporum p. 1. verb. Vicarius §. 9. cum ſeqq. Covar. lib. 3. variar. c. 20. n. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ §. 4. proæm. n. 34. Flamin. de reſignat. lib. 7. q. 21. n. 9. & q. 24. n. 4. & 52. & lib. 9. q. 7. n. 32. Sanch. lib. 1. quæſt. 7. n. 11. & lib. 2. quæſt. 71. n. 1. Azzor. p. 2. lib. 3. c. 44. q. 1. & poſt ipſos Rebuff. Lambertin. Duaren. Cuch. & alij Vgolin. c. 4. §. 7. n. 2.

16. Vndè fit, quod ſi non poteſt conferre Vicarius Epiſcopi beneficia ſine ſpeciali facultate beneficia conferendi, nec Vicariam perpetuam concedere poteſt, nec ullam erigere, Gonzal. gloſ. 5. §. 3. n. 25. nec collationi conſentire, Steph. Gratian. diſcep. foren. c. 303. n. 1. Azzor. lib. 3. c. 44. q. 3.

17. Limita, quod etiam ſi Vicarius Generalis habeat facultatem conferendi beneficia in ſuis literis patentalibus ab Epiſcopo; non tamen poteſt conferre ea beneficia, quæ Epiſcopus iure ſpeciali, aut privilegio conferre poteſt, nec ea, quæ de iure devolvuntur Epiſcopo ob negligentiam, vel delictum inferiorum, quorum erat ius conferendi, ſivè eligendi, & in hoc caſu limitatur, quando videlicèt electio ad beneficium eſt devoluta ad Epiſcopum tanquam Sedis Apoſt. Delegatum, puta ob neglgentiam Regularium, Clement. 1. de ſupplendo negligentiam Prælati, vel Capituli Conventus, &c. praxis Epiſc. par. 1. verb. beneficia §. 3.

18. Indubitatum tamen eſt, quod quuando Epiſcopus concedit Vicario ſuo poteſtatem ſpecialem conferendi beneficia, ut ſic nihil reſervando, cum univerſalis propoſitio in aliquo genere iuxtà veram Philoſophiam in illo genere, nihil excludat, illa poteſtas eſt interpretanda latè, ita ut quælibet beneficia comprehendat, etiam quæ in Eccleſia Cathedrali ſunt aut curam animarum habent. Rebuffus ſtat pro me in hac concluſione tit. de Vicario à n. 118. Azzor. c. 44. q. 7. & 8. & firmat Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi p. 2. alleg. 54. pag. mihi 176. n. 63. idem dicunt iſti de dignitatibus; ac dè beneficijs; Non tamen eſt verum de inſtitutis poſt datam literarum patentialium Vicario, ut benè oſtendit dictus Azzor. q. 8.

19. Non propterea quod Epiſcopus talem, ac tantam facultatem ſuo Vicario dederit, ſequitur quod ipſe Epiſcopus non poſſit per ſe ipſum talia beneficia conferre ante quàm Vicarius conferat, Azzor. d. c. 44. q 12.

20. At ſi in eadem hora, & die Epiſcopus, & Vicarius

idem

idem beneficium duobus clericis conferrent; non poteſt Vicarius beneficiatum ab Epiſcopo beneficio privare, idem Azzor. ubi ſupra q. 13. & Barboſa cum ipſo loco ſupra citato ſub n. 18. in ordine meo ſcribendi p. 2. alleg. 54. pag. mihi 175. n. 65.

21. Ponam tamen caſum hìc pro mea Religione uſquè modo, pro ut vidi ab auctoribus meæ Religionis non prætactum, quamvis aſcendant ad numerum 600. Scriptorum, & eſt caſus deſumptus à me ex ſupra poſitus ſub numero 17. in ordine, difficultas etenim eſt, An noſter Vicarius Generalis Italiæ, qui gerere habet in tota Italia vices Generalis agere, dum in ſuis literis Patentalibus non eſt appoſita particula, quod electiones, &c, quæ fieri ſolent à Provincijs de Provincialibus, & Officialibus, &c. quæ ratione, vel negligentia vocalium, vel eorum defectu devolvuntur ad Generalem, cuius ſecundum noſtram Regulam, & Correctorium, eſt providere; poſſint per ipſum Vicarium Generalem Italiæ, provideri in Italia, ſicut de Correctoribus Confirmatione, poſſit ſe intromictere, extra Conventus Vrbis Romanæ, dum, Provincialis Provinciæ eſt in Provincia, & non eſt ſuſpenſus.

22. Certum eſt apud me, circa primam difficultatem, Vicarium Generalem prænominatum Italiæ, ſi hoc non habet in ſuis literis patentalibus expreſſum facere non poſſe, nam militat eadem ratio, de Vicario Generali Epiſcopi, circa collationem beneficiorum devolutorum ad ipſum Epiſcopum, ac de proviſionibus Provincialium, &c. devolutis ad Generalem ordinis, favent meam hanc opinionem Azzor. cap. 44. q. 2. Paccin. & Rebuffus Clementina 1. de ſepulturis, Verbo negligentia §. 3. etenim, non ſe habet diverſimodè Generalis Religionis in tota ſua Religione, ac Epiſcopus in ſua Diœceſi, ſicut, & Vicarius Epiſcopi, in Diœceſi ſui Epiſcopi, ac Vicarius Generalis, Minimus in tota illa natione ubi Vicarius Ordinarius à Generali inſtitu-

tus

tus eſt; ſed primus, devolutas beneficiorum conferendas, non poteſt conferre, ergo neque ſecundus devolutas electiones ad Generalem efficere poterit, nec de illis providere, colligo ex Rebuff. tit. forma Vicariæ n. 104. & 106. Sbroz. lib. 2. q. 71. n. 9. quia, in hoc requiritur ſpeciale mandatum expreſſum tenet Cardoſo in prax. iudicum verbo procurator n. 40. quem citat. Barb. in ſuis remiſſ. de dictione, & clauſulis clauſ. 17. n. 29. immò, ſi præſentatum à Patrono, Vicarius non poteſt talem præſentatum inſtituere, etiam ſi in ſuis literis ſint appoſita verba illa generalia, faciendi quod per nos ipſos facere poſſemus, etiam ſi ſpecialiſſimum, requireretur mandatum; eo quia iſtæ inſtitutiones, debent ſpecialiter exprimi, ergo à pari, dicendum eſt, quod Vicarius noſter generalis Italiæ, non poſſit providere de devolutis electionibus ad generalem, cum nulla ſit diſpar ratio, de uno, ac de alio; defendunt meum fundamentum Roland. conſ. 47. n. 45. volum. 1. & Rebuff. in prax. beneficiaria, tit. in forma Vicariæ, n. 126. & in additamentis ad regul. 23. Cancellariæ, verbo, aut Vicarias perpetuas verſ. item Vicarius Generalis.

23. Ad alium dubium dico nullo modo poſſe Vicarium Generalem extra urbem, in electionibus correctorum ſe intromittere, nec in confirmationibus eorum, nec immutationibus fratrum, ad effectum habendi correctores pro ſui voluntate, ad hoc ut pro ſuo intereſſe habeat Provinciales, iuxta ſuum beneplacitum; niſi forte quando dictus Vicarius Generalis, eſſet in Provincia aliqua viſitando actualiter. Illam ratio eſt quia, turbatur Religio, & ordinis tranquillitas; quando, quis ponit falcem in meſſem alienam; eſt enim hoc, munus Provincialis facere, cum ſit immediatus Prælatus, immò neque unus, neque alius debent diſponere capitula, ad talem, vel talem eligendum; ſed ad ſummum proponere aliquos poſſunt, ſinè aliorum excluſione, dummodo requiſita habeant, iuxtà Sacros Canones, alias ſine

 labe

labe ſimoniæ non facient, nam præces ſimoniam inducunt, & multo magis operationes, & mutationes prædictas, & propoſitiones, miſſiones præſidentis ad capitulum quando non timetur de diſcordia evidenter 1. q. 1. ſunt nonnulli, & 8. q. 1. Plerique, ut ibi notat gloſ. quæ in C. tuam extra, de etate, & qualitate; ita diſtinguit; *cum quis eligitur, aut ſuis præcibus interveniantibus, aut alienis, ſi ſuis quantumquumque ſit idoneus, ſimonia committitur*, argum. 8. q. 1. & 1. q. 1. nullus itaque, ſi vero præces ſunt alienæ, vel ſunt ſpirituales, vel carnales, quæ omnes prætio fiunt, ut plurimum 1. q. 1. ſunt nonulli, & ut plurimum pro indignis, certè ſimoniam inducunt [ſed de hoc non curant aliqui dummodo, ſivè per fas, ſivè per nefas dominium ſuum conſervent, ergo, &c.] melius alia occaſione de hac materia; ad Vicarium Epiſcopi modo redeo, & dico item quod

24. Vicarius Epiſcopi etiam ſi facultatem generalem habeat circa beneficia, non propterea ſinè ſpeciali mandato Epiſcopi poteſt beneficia ſupprimere, nec beneficia unire, de primo videatur Puteus dec. 53. lib. 3. Sbroz. lib. 2. q. 117. n. 5. Aloiſ. Ricci in collect. dec. p. 1. collect. 143. poſt princ. Sbroz. lib. 2. q. 115. ubi etiam invenies, quod dictus Vicarius non poteſt revocare uniones, nec Eccleſias dividere.

25. Vicarius Epiſcopi non poteſt imperitis rectoribus Vicarios aſſignare, niſi de ſpeciali commiſſione iuxta Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 6. favet pute dec. 239. n. 2. ſequitur ipſum Sbroz. lib. 2. q. 112. a n. 2.

26. Nec ius patronatus ex cauſa donationis, fundationis, vel conſtructionis alicui reſervare poteſt, nec etiam donationis Iuris patronatus decretum interponere poteſt. De primo videatur Hieronym de Monte q. 22. n. 7. & 25. prax. Epiſc. verb. Vicarius §. 13. Vivian. in pract. iur. patronat. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 24. Nicol. Garg. p. 5. c. 9. n. 43. De ſecundo aſſerto loquuntur, & firmant Rebuff. tit. de forma Vicarij n. 184. Ferrett. conſ. 343. n. 7. & conſ. 344. n. 1.

vol. 2.

vol. 2. prax. Epiſc. verb. Vicarius, §. 11. & 13. Sbroz. lib. 2. q. 197. Garg. c. 9. n. 76. Vgolin. c. 4. §. 7. n. 2. verſ. decimo non poteſt Azzor. lib. 3.

27. Vicarius non poteſt novam Parrochiam inſtituere, nec æconomum in aliqua Eccleſia abſque ſpeciali mandato ſui Epiſcopi conſtituere, nec penſiones ponere ſuper beneficijs, ubi Epiſcopi, & Archiepiſcopi poſſunt, & hoc ob iuſtam cauſam, & pro bono pacis, & concordiæ tantùm, Sbroz. lib. 2. q. 117. n. 2. & eod. lib. q. 71. n. 4. & q. 53. n. 2. Non poteſt nec dictus Vicarius ſine ſui Epiſcopi mandato ſpeciali beneficiatos à ſuis beneficijs amovere, ſeù deponere, facit C. licet de officio Vicarij lib. 6. Sbroz. lib. 2. citat. q. 111. n. 7. & q. 155. ſicut nec revocare poteſt Clericum ab exilio abſque ſui Epiſcopi ſpeciali mandato, Soar. de paz. d. præl. 3. & alij n. 9. Vgolin. n. 2. verſ. 7. inquirere.

28. Vicarius Epiſcopi, ſi Epiſcopus non ſit concedere alio Epiſcopo, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, non poteſt abſque ſpeciali mandato ſui Epiſcopi, Rebuff. tit. de forma Vicarij n. 171. prax. Epiſc. p. 2. verb. Vicarius §. 6. Sbroz. lib. 2. q. 12. n. 1. & ſeqq. nec cognoſcere de crimine hæreſi ſine particulari commiſſione, Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 5. c. 21. n. 7. Sbroz. lib. 1. q. 161. n. 4. & 5. Sicut non poteſt etiam ſubditos niſi facultate ſpeciali ſui Epiſcopi à crimine hæreſi abſolvere; favet Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. c. 6. cum ſolùm Epiſcopis, non autem eorum Vicarijs ſit permiſſum, ibidem Sbroz. lib. 2. q. 20. nec eis publicas pœnitentias imponere, nec publicæ pœnitentes abſolvere, ſivè reconciliare, Dominic. de S. Geminian. in c. 2. n. 8. de officio Vicarij lib. 6. Sbroz, lib. 2. q. 17. n. 2. cum ſeqq. & q. 18. n. 3. Marc. Ant. Genuen. in praxi Archiep. c. 43. in noviſs.

29. Nec poteſt à puella habente voluntatem ingrediendi Monaſterium, aut profitendi, explorare intentionem, ad hoc ut ſciat an liberè, vel coactè hoc faciat, &c. nec dare

aſſenſum pro fundatione Monaſterij pro primo puncto ſtat Concilium Trident. ſeſſ. 25. de Regul. cap. 17. Sborz. lib. 2. q. 208. pro ſecundo puncto firmat. Calder. conſil. 3. de officio Vicarij, quem refert Sborz. lib. 2. q. 199. n. 1.

30. Poteſt tamen Matrimoniales cauſas cognioſcere ex facultate Generali ſibi ab Epiſcopo conceſſa tenet Covarr. de ſponſalib. p. 2. cap. 8. §. 12. n. 1. Cuch. Titulo 8. n. 105. Antonius Gomez ſuper Bullam Cruciatę cap. 4. q. 4. n. 28. Sbroz lib. 2. q. 44. in fine Salzedo ad Bernard. in pract. cap. 73. ad finem Azzor. lib. 3. cap. 45. q. 2. Sanchez diſput. 29. a n. 18. poſt Gloſs. verbo miſſo in cap. 1. per textum ibi de frigidis, & in C. fin de cognatione ſpirituali; Non poteſt tamen ſine ſpeciali mandato relaxare interdicta. Sanch. lib. 2. q. 185. n. 2. cum ſequentibus, non poteſt etiam commendatitias ordinandis concedere, ſive dimiſſorias, ſi Epiſcopus non ſit in remotis partibus reperiatur, dicitur autem quod Epiſcopus in remotis partibus agat, quando eſt ultra montes, quia talis remotio eſt in conveniens ordinandis de hoc caſu plura afferuntur, & ab Luiſio Riccio in Praxi aurea reſolut. 18. Gloſſ. in Verb. remotis in cap. 3. de temporibus ordinat. lib. 6. ſequuntur Zabar. in Clementin. cauſam, in Verbo ex remotis de electione. Menoch. de Arbitrio caſu 222. num. 26.

31. Non poteſt tamen alium Vicarium ſubſtituere, niſi licentia ſpecialis Epiſcopi precedat firmat cap. Clericos de officio Vicarij Gloſ. verbo ipſius in cap. 1. eod. titulo lib. 6. ubi Anchar. n. 2. Domin. n. 11. Alphonſ. Alvarez. Guerrero cap. 27. Ripa Reſponſ. 24. a n. 1. Franciſcus Marchiſ. d... ſinus dec. 317. n. 4. volum. 1. Cuch. Tit. 8. n. 40. Rota deciſ. 4. de officio Vicarij in nouiſ. Guid. Papæ deciſ. 374. n. 6. Philip. Pontif. conſil. 87. n. 16. Aloyſius Ricc. in collect. deciſ. par. 1. Collectan. 143. in medio, Redoan. de rebus Eccleſiæ non alien. Rubric. de auctorit. Prælati n. 66. Lopez. de auctorit. Vicarij Epiſcopi §. 2. n. 4. verſ. 8. Aloyſius Ricci in

Praxi

Praxi aurea reſolut. 113. Maranta de ordine Iudic. par. 4. diſt. 5. n. 22. Azzevedo lib. 1. n. 8. tit. 9. lib. 3. cum multis alijs innumeris Auctoribus.

32. Limitatur tamen in caſu quo, Epiſcopus dediſſet Vicario ſuo facultatem ſubſtituendi, quia tunc utique poteſt ſubſtituere alium Vicarium uel plures ſecundum exigentiam. Puteus deciſ. 168.n.1.Sborz lib. 2. q. 66. n. 11.& 17.& Rot. in una Oriolanen. beneficiorum coram Domino Seraph.21. Maij 1593. teſte Aloyſio Ricc. reſolut. 113. verſo amplia, poteſt tamen ſubſtituere ad modicum tempus etiam ſi non habeat poteſtatem conſtituendi, Marant. firmat, Menochius, Azzevedus, Cuch. & Aloyſius Riccius locis citatis ſupra, ſicut, & poteſt unam, uel plures cauſas delegare. Gloſ. verbo ipſius in cap. 1. de officio Vicarij lib. 6. Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 7. n. 21.

33. Verum tamen, eſt quod non eſt, neceſſarium quod Epiſcopus in concedendo litteras Patentales alicui ſuo Vicario, ſicut, nec Generalis Religionis alicuius Vicario ſuo omnes caſus exprimat, ſed ſufficit ſi exprimat principaliores, addendo illam clauſulam generalem, & ad omnia alia communicabilia, etiam ſi requirant ſpecialem mandatum facit Textus, in C. qui ad agendum §. ſed ſi aliquis de procuratore lib. 6. Covarru. lib. 1. variar. cap. 6. n. 2. verſ. 4. & lib. 2. cap. 5. n. 8. Sborz. lib. 1. q. 65. n. 5. & q. 67. n. 3. Sanib. diſput. 29. n. 8.

34. Quando autem Epiſcopus eſt Zelator Iuſtitiæ, & Avaritiæ inimicus, ut debent omnes Prælati, & expeditionem cauſarum deſiderant (ut puto) & deſiderare deberent, & hoc omni diligentia quærere, non ſolum poſſunt, ſed debent ſaltem duos Vicarios conſtituere, & præcipuè, quando Diœceſis eſt magna, & Epiſcopus, ratione multorum negociorum non poteſt cauſis cuius vis generis ſint incumbere. Tenet Baldus in l. aliquando n. 1. in 4. oppoſitione ff. de officio Proconſulis Abbas in C. quoniam num. 3.

de officio Ordin. Boerius deciſ. 347. n. 6. Gabr. conſil. 32. n. 22. lib. 2. Coſm. in pragmatich. titulo de collation. verb. Vicarijs fol. 253. Azzorius in inſtitut. moral. p. 2. lib. 3. cap. 29. q. 3. verſ. quo locho, Lancellottus Auctor noſter in inſtit. Canonich. lib. 1. tit. de officio Vicarij, in Gloſ. verb. non poteſt, ut iam ego Superius dixi, Rebuff. in tractu alibi citato q. 4 n. 61. & ſi contrariam oppinionem amplexa ſit ſacra Rota Romana appud Pute deciſ. 43. lib. 2. Moedan. deciſ. 4. de officio Vicarij, & fuit dictum in una Colaguritana fructuum 18. Martij 1583. coram Bubalo, quæ eſt inter deciſiones diverſ. deciſ. 222. n. 5. p. 2. quos refert Aloyſius Riccius in collectaneis deciſ. p. 5. Collectan. 1602. & noviſſimè, quamquam antiqua poſſit dici, in una Viterbien. & Tuſcan. Vic. Veneris 3. Martij 1617. Corã R.P.D. Cavalerio, nec tenetur, nec poſſint petere manutentionem ab Epiſcopo in illo loco Vicarij Generalis eſt deciſum cap. q. 306. n. 3. p. 1. vide appud Auguſtinum Barboſam de officio Epiſcopi Allegat. 54. n. 125. pag. mihi 183. quilibet ſumat ex hijs duobus ſenteutijs, quem ſibi placeat.

35. Hinc magis conſtat veritas doctrinæ allatæ, nempè quod factus quis Epiſcopus Duarum Diœceſarum unitarum non tenetur dictus Epiſcopus tenere, ac inſtituere duos Vicarios generales, unum nempè in una illius, & alium in alia, nam tunc unam conſtitueret ubi ſedem non habet, quod eſt contra Iura, & DD. citatos ſupra, ſufficit, ut habeat Vicarium Generalem in loco, ubi reſidentiam tenent, quia ibi Vicarius Generalis conſtitutus ſupponitur conſtitutus in alia, ita Card. in Clement. 2. q. 2. de reſcript. quem citat Sbroz. lib. 1. q. 27. n. 10. nam quamquam utriuſque Diœceſis Iura integra remaneant, ut conſuluit Mandoſ. conſ. 27. quem refert Gonzal. ad regul. 8. cancellar. gloſ. 5. §. 7. n. 118. Reſpectu tamen Epiſcopi una Diœceſis reputatur, & in una reſidendo explere poteſt factum alterius, quando aliàs à Summo Pontifice determinatum non eſt, ut

inter-

Digitized by Google

in terminis locutus eſt Rebuff. in praxi tit. de unionibus benefic. n. 16. per doctrinam Innocent C.novit in fine de officio Legati, & Iacob. Rebuff. in l. unica C. de metropol. perito lib. 11. & facit text. in C. & temporis, iuncta gloſſ. in verb utramque 16. q. 1. videatur Auguſt. Barboſa p. 2. de officio & poteſt. Epiſc. alleg. 54. pag. mihi 184. n. 131. per tot.

36. Quapropter cum Vicarius Generalis Epiſcopi, vel Archiepiſcopi perſonam repræſentet, auctoritatem, eiuſque locum teneat; debetur illi aliquo modo eadem prærogativa; Vndè Vicarius præcedere debet Archidiaconum in Cathedrali, Rebuff. tit. de Vicario Epiſcopi n. 7. Abbas conſ. 21. vol. 1. Boer. in tract. de auctorit. magni conſilij n. 77. in fine Caſſan. in catalogo gloriæ mundi p. 4. conſider. 46. Anton. de Pratis de iuriſdict. Epiſc. c. 6. n. 41. quos refert Sbroz. lib. 2. q. 25. àn. 1. ubi n. 7. ampliare habet, & dicit quod primus locus convenit Vicario Generali Epiſcopi, ſivè Archiepiſcopi, etiam ſi Archidiaconus habeat privilegium obtinendi primam ſedem poſt Epiſcopum, immò n. 4. inquit, quod omnes poſt Epiſcopum debet præcedere, videte Barboſ. in hac materia de Vicario Epiſc. in quo auctore inveniuntur innumerabiles difficultates de hac materia, de quibus poſtea conſulite modernos DD. & uſus ſolùm hic.

37. Aliquos caſus ponam, & hanc Rubricam terminabo. Primus caſus eſt, an mortuo Epiſcopo, qui plures, & diverſas cauſas delegavit Vicario ſuo, tam ad literas iuſtitiæ, quàm gratiæ exequendas, expiret auctoritas in ipſo Vicario, privata auctoritate delegantis? Hæc eſt magna quæſtio inter ſcribentes, propterea explicatione inget dubium; undè pro ſolutione difficultatis poſitæ

38. Advertendum eſt vel res eſt integra quando delegans ſpirat, vel non; Certum eſt, quod ſi res manet integra, ſpirat delegatio cum morte delegantis; ſi non eſt integra, non ſpirat morte delegantis delegatio.

37. Quando autem res dicatur integra, & quando non, nunc

ſunc dicam. Canoniſtæ enim dicunt, quòd res dicitur non integra quando una ſola citatio eſt facta parti à conventore coram iudice delegato; at Legales Civiles dicunt, quod ad hoc, ut res non ſit integra requiritur conteſtatio litis. Fundant ſuam rationem in eo, quod dicitur à Gloſſ. in C. relatum verb. contextata de officio delegati; qui quidem Civiles DD. explicant illud textum, ſic expirare delegationem quando delegans moritur lite nondum conteſtata, & id tenet Gloſſ. in l. & quia verb. antequam ff. de iuriſdict. omn. iud. Alber. & Bellaper. in l. more ff. eod. titulo. Canoniſtæ verò dicunt, quod ſufficit quilibet actus iudicialis exercitus, V. G. electio Notarij, vel alia præparatoria, &c. immo aſſerunt non eſſe neceſſariam partis citationem, fundamentum Canoniſtarum eſt deductum, ex text. in l. quia ff. de iuriſdict. omn. iud. & ex C. penult. de officio delegati in 6. ita gloſ. in C. ne aliqui verbo cæpta deberet in 6. Anch. in C. quamvis de officio delegat. in 6. Sylvius, in verbo delegatus q. 6. n. 8.

39. Non obſtantibus hijs differentijs ſcriptorum, aliqui tamen tenent, quod de iure Civili, & Canonico, ad hoc ut res dicatur non integra, ſuficiat unica citatio, & perpetuetur delegata iuriſdictio, moventur ex text. in C. gratum de officio delegati, cum citatione facta negotium ſit quaſi cæptum; unde dum in C. relatum, eod. tit. dicitur rem deſinere eſſe integram per litis conteſtationem; eſt ſupplendum maximè, cum etiam per citationem deſinat eſſe integram ut dixi ſupra iuxtà text. in dicto C. gratum, nec eſt mirum unum textum per alium ſuppleri, prout exponunt, Innocent. Ioann. Andr. Hoſtien. & alij non pauci, ut per Sanchez. lib. 8. diſp. 28. n. 10. qui putat cum Cardinal. in C. licet undique q. 6. de officio delegati; immo ſufficeret quod quando litteræ delegatoriæ præſentantur delegato quod pars ſit preſens, nam illa præſentia æquivalet citationi.

40. Sed ego ne in longum protraham ſermonem, ad deciſionem

ciſionem difficultatis devenio, & diſtinguo de poteſtate delegata ad exequendas literas iuſtitiæ, vel literas gratiæ, vel ad diſpenſandum in impedimentis matrimonij, pro ut commiſſiones, quæ ſunt ordinario loci.

42. Quantum ad primum, ſi loquimur de poteſtate delegata ad exequendas literas iuſtitiæ, certùm eſt, quod tunc expirat, ſi re integra concedens moriatur, ſecùs ſi in ſe res integra non erat, ut expreſsè habetur in Textu in C. gratum, C. relatum, & C. licet undiquè de officio delegati, & in l. & quia ff. de iuriſd. iud. Ratio verò huius rei eſt, quia eo caſu non fit gratia, aut favor, ſed mandatum quoddam de iuſtitia facienda. Mandatum autem morte concedentis re integra expirat, l. mandatum C. mand. nec per actum delegationis transfertur efficaciter iuriſdictio in delegatum, donec tali delegatione uti cæperit iuxtà Text. expreſſum in C. quamvis de offic. deleg. in 6. Quapropter cum iuriſdictio re integra ſit cum effectu penès delegantem, & per eius mortem extinguatur iuriſdictio ſua, etiam iuriſdictio delegata extinguitur; Econtra verò ſi res non eſt integra, & delegans moriatur, iuriſdictio delegati non extinguitur, etenim per exercitium delegationis ante mortem delegantis fuit radicata iuriſdictio in perſonam delegati, itaut efficaciter in eum tranſierit, ut à conrario ſenſu colligitur ex d. C. quamvis, ita Salas diſp. 20. ſect. 17. n. 125. Suar. de legib. lib. 8. c. 31. n. 5. & alij apud Bonac. eod. tract. diſp. 1. q. 3. punct. 8. §. 1. n. 24. ut videre eſt apud dictos Auctores.

43. Quod autem dictum eſt de morte delegantis re integra, dicendum eſt etiam finito officio delegantis re integra cum militet eadem ratio, ita Gloſſ. in C. licet undique de offic. deleg.

44. Eſt tamen hic obſervandum, hanc iuriſdictionem non extingui, ſi delgans fuerit cenſuris innodatus, & denunciatus, vel publicus percuſſor clerici iuxtà Extravag. ad evitanda; ſed ſecundũm aliquos ſuſpendi ſi res integra fuerit,

 donec

donec delegans ſit abſolutus . Quanquam aliqui aliter ſentiant , cum non ſit idem tribunal . Secùs ſi res non fuerit integra , quia neque ſuſpenditur ; Et in hoc differt Vicarius Epiſcopi prædictis cenſuris ligati, cuius iuriſdictio tam quoad negocia cæpta , vel non cæpta , eſt ſuſpenſa donec Epiſcopus abſolvatur . Ratio huius differentiæ eſt , quia Epiſcopi , & Vicarij eſt unum tribunal, cap. de officio Vicarij in 6. & ibi Gloſſ. verb. ipſius ; Non ſic autem delegantis , & delegati , ita Sayr. de cenſur. lib. 1. c. 6. n. 28. Sbroz. de officio Vic. lib. 3. q. 17. & alij , quos refert , & ſequitur Sanch. lib. 3. d. 30. n. 3. & poſt illum Bonac. de cenſ. diſp. 2. q. 2. punct. 5. n. 12. Quare quamvis auctoritas Vicarij per excommunicationem Epiſcopi ſuſpendatur ; Adhuc tamen verus Vicarius remanet , & habitualem retinet iuriſdictionem , ſicut & ipſe Epiſcopus . Vndè ſi ab alio illi delegetur aliqua cauſa , nempè Vicario Epiſcopi excommunicati, non ſuſpenditur talis cauſæ cognitio per Epiſcopi excommunicationem ; eo quia ex una parte iam eſt Vicarius verus , & ex altera parte actio non dimanat ullo modo ab Epiſcopo cenſuris innodato , cum dictus Epiſcopus in hac re nullam habeat iuriſdictionem , ita Sbroz. n. 10. & alij DD. ſupra citati .

45. An verò ſuſpenſa Epiſcopi iuriſdictione , eo quia eſt cenſuris ligatus Vicarius eius validè intereſſe matrimonio , vel alijs id committere ? Affirmativè reſpondeo , quia neutrum eſt actus iuriſdictionis ; Non ſic ſi Epiſcopus eſſet excommunicatus , vel ſuſpenſus vitandus , Vicarium, aut Curatum inſtitueret , cum talis inſtitutio ſit actus iuriſdictionis , ita Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 30. n. 10. & Barboſa p. 2. alleg. 32. n. 119. Marius Alter. de cenſ. tom. 1. lib. 1. diſp. 8. c. 6. verſ. ex dictis. Non tamen ſic ſuccedit quando Epiſcopus eſt ſolùm à Pontificalibus ſuſpenſus , quia tunc non prohibetur illi exercitium iuriſdictionis Epiſcopalis , Gloſſ. in Extravag. ſuſcepti regiminis de elect. verb. pontificalibus , Avila de cenſ. p. 3. diſp. 2. dub. 2. concl. 10. Henriq. l. 13. c. 32.

n. 2.

n. 2. Ric. in praxi rer. quot. reſol. 440. & p. 4. deciſ. 30.

46. Si autem mors delegantis, vel eius excommunicatio, aut ſuſpenſio ignoretur, an ſententia data à delegato, vel à Vicario Epiſcopi poſt eius mortem, aut excommunicationem teneret, vel eſſet irrita? Dico non fuiſſet irrita, ſed valida, quia ſupponitur probabilis ignorantia, & communis error, l. Barbarius ff. de officio Prætoris, tenet etiam Sanch. lib. 2. diſp. 22. n. 59. & diſp. 30. n. 4. & Bonacc. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1. n. 2. Sbroz. lib. 3. de officio Vic. q. 36. n. 9. quod idem valet ſi fuiſſet lata ſententia à Vicario, vel delegato, quando iam erat revocata delegatio, vel eiuſdem Vicarij auctoritas, de hac re tamen nihil iſti ſciebant, neque illi intimata erat, &c. Sbroz. & alij per ipſum relati q. 36. n. 6. Flam. Pariſien. de reſignat. q. 24. n. 4. & poſt eos Bonac. loc. ſup. cit. n. 2. & quia ſuperiùs n. 42. & in ſeqq. tetigi excommunicationem. Ad ergo huius materiæ excommunicationis intelligentiam, quæ pro confeſſarij, & alij neceſſaria eſt; Appendicem ſequentem pono.

APPENDIX DE EXCOMMVNICATIONE.

1. EXcõmunicatio in iure multis nominibus ſolet nuncupari, nam primo dicitur anathema, nempè execratio, maledictio, & ab alijs ſeparatio. Secundo vocatur anathema manaratha, quæ eſt excõmunicatio maior latæ ſententiæ, uſque ad Domini Adventum. Tertio eſt illa quę dicitur Epiſcopi mucrum, quæ eſt ſpiritualis gladius. Quarto virga ferrea vocatur, nam per illam peccatoris audaciam comprimitur. Quinto, & ultimo mors appellatur, etenim per illam homo privatur alimentis vitæ ſpiritualis. Suar. vocat illam neruum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, videatur Suar. tom. 5. diſp. 8. ſect. 1. Sayrus de cenſ. l. 1. cap. 3. Vgolin. tab. 2. cap. 33. §. 1. Coninch. d. 14. dub. 1.

2. Definitur, ſivè deſcribitur ſic excommunicatio à Canoniſtis,

5. Dividitur iterum excommunicatio in illam, quæ eſt à iure, & alteram quæ eſt ab homine. A iure eſt illa, quæ per aliquem Canonem, vel ſtatutum, aut per aliquam conſtitutionem fulminatur, ab homine verò, eſt illa quæ per aliquem iudicem fertur; & utraquè tam à iure quàm ab homine, vel eſt latæ ſententiæ, vel ferendæ, nempe, aut ipſo iure, vel ipſo facto incurritur, ſine expectatione ſententiæ, vel eſt tantum comminatoria, quæ non ſtatim ligat ſed deſideratur ſententia per quam eſt fulminanda, excommunicatio, & tunc eſt latæ ſententiæ quando ponitur verbum præteriti, ut quando dicitur, ſit excommunicatus; habeatur pro excommunicato, ipſo iure, ipſo factò, comminatoria erit excommunicatio. Si vero ponatur aliquod verbum futuri, nempè excommunicetur, vel ſub pœna excommunicationis, ſententiam expectat, Tolet ita Filiucc. Navar. & Sayr de cenſ. lib. 1. cap. 4. n. 22. & poſt ipſos Baſſ. verbo excommunic. n. 4. pag. mihi 338. & 339.

6. Doctores tamen aliam differentiam ponunt inter excommunicationem, à iure, & excommunicationem, ab homine, nam iuris excommunicatio, ſemper eſt generalis, & determinatè fertur contra facientes, vel non facientes hoc, vel illud, non ſic ab homine dicunt Canoniſtæ, ſed hæc aliquandò eſt generalis, aliquandò particularis contra determinatam perſonam, deindè illa ab homine ceſſat iudice ceſſante vel morte, ſcilicet Iudicis, vel eius privatione; econtra verò excommunicatio à Iure, C. ut animarum §. ſtatuto, de conſt. lib. *6.*

7. Cauſæ verò excõmunicationis plures ſunt Iuxtà divum Thomam in ſupplemento q. 22. art. 1. tam maioris, quàm minoris, nam cauſa efficiens eſt homo, ſed non quilibet, ſed vir Eccleſiaſticus, & non quilibet Eccleſiaſticus ſed ſolum ille, qui habet poteſtatem fori exterioris, ſive ſit ordinaria, ſive delegata, non impedita tamen, undè ſi pronunciatur ſecundum Iura, dicitur excommunicatio à Iuræ, ſi

media

media ſententia dicitur excomunicatio ab homine.

8. Adeſt etiam cauſa materialis excomunicationis, quæ duplex eſt, nempè proxima, & remota, proxima eſt peccatum mortale externum, quia internum non ſufficit, nam Eccleſia non iudicat de internis, niſi indirectè, ſolus Cordium eſt ſcrutator Deus, & ſi Eccleſia poſſit prohibere actum internum, hoc preciſè non facit; ſed in ordine, ad actum externum, quem informat, vndè faciens actum externum ſinè interno incurrit excomunicationem, & quando actus externus poteſt ſubſiſtere ſinè actu interno, at quando, verò deficit actus internus, qui eſt de ſubſtantia actus externi præcepti, qualis eſt attenctio reſpectu divini officij recitandi, quando autem ſubſtantia actus externi poteſt ſubſiſtere abſquè actu interno non iucurrit excomunicationem; quam vis cum actus externus adimpletur, alias poſſit committi peccatum contra Ius naturæ, & divinum V. G. indigne communicans in Paſcate non in currit excommunicationem latam contra non communicantes eo tempore; quià indigne communicans adimplet præcepti Eccleſiaſtici ſubſtantiam, præcipientem externam communionem. peccat tamen contra Ius divinum communicando, ita Toletus cap. 8. Sayrus lib. 1. cap. 9. n. 19. & 24. Conirch. diſput. 13 dubio 8. Filuc. tract. 11. n. 158. 162. & ſequent. Rodriquez in ſumma 2. p. cap. 67. Suarez d. 4. ſect. 2. Navarrus in Manu cap. 27. num. 9. Covarru. in C. Alma p. 1. §. 9.

9. Cauſa materialis remota excommunicationis eſt homo viator, determinatus, Baptizatus, inferior ſubditus; hoc eſt ſolus homo, tam maſculus, quàm fęmina excumunicari poteſt, quapropter defunctus, Dæmon, & animalia, irrationalia non poſſunt excommunicatione ligari, non enim capaces ſunt effectus excommunicationis [dixi homo determinatus] quoniam tota univerſitas excommunicari non poteſt per ſententiam, niſi in particulari excommunicandi diſtinguantur; aliàs multotics innocentes punirentur. Dæmones,

Iudei,

Iudei, Cathecumeni, &c. cum non ſint membra Eccleſiæ Excommunicari non poſſunt. (Dixi inferior) quia nemo ſe ipſum, neque Superiorem ſuum excommunicare poteſt, neque non ſubditum ſuum quis excommunicare poteſt.

10. Formalis Cauſa excommunicationis ſiue à Iure, ſiuè ab homine non eſt determinata quoad verba, ſed ſufficiunt quęcumque verba, aut etiam ſcriptura, qua intentio Iudicis ſufficienter exprimatur, dummodò ſint determinata ad aliquam perſonam, eam Iudex nominando, ſi cognoſcitur, vel aliquo modo illam deſcribendo, vel illam deſignando per ordinem ad delictum, quoniam verba in cenſuris faciunt, quod ſignificant, ergo quando nullam perſonam ſignificant, nullum officiunt; undè verba, quibus quis excommunicatur debent ſignificare de præſenti, & practicè effectum, quia ſi ſignificent, de futuro, V. G. excommunicabo, &c. non infertur cenſura, & inſuper debent continere executionem, & non ſolum præceptionem. Navarrus cap. 27. n. 12. & 37. Sayrus lib. 1. c. 11. Reginald. lib. 9. n. 133. Filiuc. tract. 11. n. 53. 56. & 57. Toletus lib. 1. cap. 9. Coninch. d. 13. dubio 2. n. 23. Reginald lib. 9. n. 194. Suarez diſp. 18. ſect. 4.

11. Debent tamen in excõmunicatione ferenda præcedere monitiones, quæ quidem monitiones eſſe debent tres, ſi non urget neceſſitas, urgente vero neceſſitate, ſufficit una, tempus autem inter unam, & aliam monitionem ponendam, pertinet ad Iudicis prudentiam, debet tamen in ferenda excommunicatione Iudex exprimere cauſam, & de dicta ſententia debent infra menſem excommunicato copiam dare, ſub pæna peccati mortalis ſi ab ipſo petatur, nec non ſubſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, C. conſtitutionem de ſententia excõmunicationis, Suarez diſp. ſect. 12. Diana p. 5. tract. 9. reſol. 18. 19. Sayrus lib. 1. cap. 12. Navarr. cap. 27. n. 11. Vgolinus tab. 2. cap. 18. §. 2. n. 4. Regin. lib. 9. num. 181. Sylvius in ſupplement. q. 22. art. 4. & facit C. cum medicinalis, de ſententia excommunicationis, de quare multi Auctores infinita dicunt.

12. Ex

12. Ex dictis uſquè modo in hac appendice multa, & fere infinita dubia oriuntur, & primo an excommunicatio vel alia cenſura lata à Superiore contra ſuos ſubditos delinquentes, & exiſtentes in alio Territorio, liget. Non ligat, ratio eſt quia, *extra Territorium, Ius dicenti non paretur in punè:* cap. 2. de conſtitutione in 6. Suarius d. 5. ſect. 4. n. 4. Filiucc. tom. 11. n. 148. & 149. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 25. q. 4. Diana tract. 5. Miſcel. reſolut. 74. & tract. 6. Miſcel. reſol. 78. p. 3. quando autem excommunicatio eſt lata per modum ſententiæ, previjs citationibus ligat perſonam ſubditam, ubicunque ſit, nam ſtatutum reſpicit directè Territorium. Hinc tranſgrediens ſtatutum proprij Epiſcopi in locis, & Parrochijs exemptis exiſtentibus tamen in Diœceſi propria ipſius Epiſcopi proprij, non incurrit cenſuram latam contra violantes ſtatutum Epiſcopi, quia huiuſmodi locus cenſetur extra ipſius Epiſcopi Iuriſdictionem, & delinquens dicitur tantummodo eſſe in Diœceſi materialiter non formaliter, ita firmant ſuperius citati Auctores.

13. In ferenda excommunicatione, ſolet obſeruari etiam circumſtantia temporis, nempè, ut non feratur in die feriato, quia hoc tempus ex conſuetudine Eccleſiæ dicatum, eſt Deo, & cultui eiuſdem, ſi tamen lata ſit in dicto tempore tenet. C. final. de ferijs, Vgolinus tab. 1. C. vlt. §. 2. n. 3. Sayrus l. cap. 14. n. 8. & cap. 7. n. 17. & facit argument. cap. veniens de ſententia excommunicationis.

14. Cauſa autem finalis excommunicationis debet eſſe bonitas, & utilitas hominis, ut reſpiciat, & ad bonum ſe convertat, vel, ut à malo perpetrando retrahatur, iuxtà illud 1. Corinth. 1. ut reſurgat à peccato, & Salvus fiat in die Domini.

15. Effectus autem excommunicationis, multi ſunt, & precipuè in Clericis, primus eſt, ut Clericis excommunicatis prohibentur Eccleſiæ Sacramenta miniſtrare, aut in ordine ſolemniter, vel Sacrificium Miſſæ offerre, aliàs pec-

cant

cant mortaliter, & fiunt irregulares C. ſi quis 3. C. ſi quis 4. 11. q. 3. & eſt communis omnium ſententia.

16. Sed dubitatur: An in extrema neceſſitate prohibeatur illis ita excommunicatis Sacramentum Baptiſmi miniſtrare. Non prohibetur, etiam ſi eſſet excommunicatus Vitandus, tamen, talis adminiſtratio Sacramenti, debet eſſe ſine ſolemnitate, ita diuus Thomas in 4. diſt. 5. q. 2. art. 2. quæſtiun. 5. Sotus in 4. diſt. 1. q. 5. art. 6. Tolet. lib. 2. cap. 20. n. 7. Emanuel in verbo Baptiſmus, & alij.

17. Adverte tamen, ſi non eſt alius, qui Baptizare poſſit nam ſi eſſet ibi laicus non Excommuniatus, eſt præferendus clerico excommunicato, quia tunc non eſſet neceſſitas; quando in tali caſu Sacramentum Baptiſmi, poteſt conferri per Laicum; vide Sylveſtrum verbo Baptiſmus 3. n. 1. Nauar. cap. 22. n. 7.

18. An verò à Sacerdote excommunicato Vitando; & contrito tamen in articolo mortis poſſit miniſtrari Sacramentum pænitentiæ; Affirmatiuè eſt reſpondendum, ratio, eſt quia in illo caſu non deficit Iuriſditio ad abſolvendum; dummodo non ſit ibi, vel alius Sacerdos non poſſit haberi, ita firmat Paludanus in 4. diſt. 24. q. 6. art. 2. Sil. V. Confeſs. 1. n. 16. Victoria tractatu de Clavibus n. 14. & alij, & probat Concilium Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. verum, eſt quod ſi ibi adeſſet, proprius Parochus, excommunicatus, & alius ſimplex Sacerdos, ille ſimplex Sacerdos præferendus, eſt Parrocho illi, quia tunc non eſt extrema neceſſitas Suarez tom. 5. diſp. 11. ſect. 1. n. 12. immò ego addo, quod ſi extra extremam neceſſitatem, Sacramentum pænitentiæ collatum alicui eſſet, foret invalidum, facit C. omnis utriuſque ſexus, de pęnitentia, & remiſſione, & in Concilio Tridentino ſeſſ. 14. cap. 7. firmatur.

19. At ſi ignoranter quis confitetur excommunicato vitando eſt ne, valida illa confeſſio, vel Irrita? diſtingue; ſi talis Sacerdos excommunicatus vitandus in uno loco V. G.

 Flo-

Florentię, & in longinquam partem ſe tranſtulit, V.G. Panormi, & ibi de licentia illius Archiepiſcopi ſe expoſuit ad hoc miniſterium, & in dicta Ciuitate Panormi omnimode ignoratur talem Sacerdotem eſſe excommunicatum evitandum, certè valida erit abſolutio à penitente bona fide ſuſcepta, cum Eccleſia tunc conferat Iuriſdictionem ob commune bonum, & illa ſuppleat, facit argumentum l. Barbarius ff. de officio Prętorij, at ſi penitens invincibiliter ignorabat tantum illum eſſe excommunicatum, & ab alijs communiter in ignorabatur, Sacramentum erit in validum ex defectu Iuriſdictionis, nam tunc ceſſat ratio communis boni, qua ceſſante Eccleſia non ſupplet defectum, quam vis tunc pænitens non peccet ullo modo, ita Covarru. C. Alma p. 1 §. 6. n. 7 Vgol. de Cenſuris Eccleſ. Tab. 1. cap. 13. §. 16. n. 12. Sayrus lib. 2. cap. 2. n. 10. & alij.

20. Vtrum ſacerdos excommunicatus poſſit dari caſus in quo poſſit celebrare, vel miniſtrare Sacramenta, & ſimilia ad evitandum ſcandalum, gravem iacturam, aut alia incommoda, abſque eo quod in currant in peccatum mortale, & irregularitatem. Reſpondere affirmatiuè libenter, ſi prius non poſſunt abſolutionem petere à cenſura, dummodò cum contritione adminiſtrent, fundo meam rationem in doctrina Azzorij l. 10. inſtit. Moral. cap. 31. q. 6. Suarij diſput. 11. ſect. 1. n. 4. Sayr. lib. 2. cap. 3. n. 28. & firmat Emanuel ſa verbo excommunicatio cap. 17. verũ eſt, quod ſi ſine conſtitutione celebrarent M. P. non tamen incurrerent in irregularitatem, quia non faceret contra cenſuram; ſed contra aliud præceptum naturale, quod ſaltem tenetur celebrare cum conſtrictione.

21. Singularis difficultas, & non parva eſt inter DD. de pænitentiæ Sacramento, nempè, an ſubſiſtere poſſit non ſolum, quoad fructum, verum etiam quoad ſubſtantiam ſuſceptum ab excomunicato, qui petunt abſolutionem à peccatis, antequam abſolvatur ab excommunicatione, ſivè in-

vinci-

vincibiliter ignoret ſe eſſe excommunicatum, ſivè vincibiliter, & culpabiliter; pro qua difficultate reſolvenda, communiter dicendum eſt probabiliorem ſententiam, eſſe illam Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 11. punct. 3. Vaſq. C. dub. 4. Suar. d. 10. ſect. 3. n. 9. Sayr. lib. 2. cap. 2. n. 5. Coninch. d. 14. d. 5. n. 16. Sylv. in ſupplement. q. 21. art. 4. quod quando quis inculpabiliter ignorat ſe eſſe excommunicatum, vel ſi ſcit quidem eſſe excommunicatum; ignorat tamen eſſe peccatum mortale, accedere ad Sacramentum pænitentiæ ſuſcipiendum, cum excommunicatione, talis validè accipit Sacramentum pænitentiæ, non ſolum quoad ſubſtantiam; verum, quoad effectum, eo quia adſunt omnia quoad ſubſtantia de Sacramento pœnitentiæ, V. G. materia, forma, & intentio, & iuriſdictio, quando ponitur Sacramentum, quoad ſubſtantiam, & non ponitur obex ad Gratiam per peccatum recipitur effectus Sacramenti penitentię, qui eſt gratia, & remiſſio peccatorum, quando autem culpabiliter moraliter ignorat quis ſe eſſe excommunicatum, pęnitentię Sacramentum non recipit, quia ſcat accedendo ad eum excōmunicationē, facere nouum peccatum; ita Vgolinus Tab. 2. cap. 7. §. 21. Henriquez lib. 13. cap. 12. n. 2.

22. An excommunicatus, & denunciatus poſſit communicari in foro exteriori, niſi probet, duobus ſaltem teſtibus ſe eſſe abſolutum. Reſponſio eſt, quod ad hoc, ut poſſit communicari in foro externo debet probare per duos teſtes ſaltem fuiſſe abſolutum, C. ſicut 39. de ſententia excommunicationis, non ſic, ut poſſit, communicare in divinis, quia in hoc caſu ſufficit, ut dicat ſe iam eſſe abſolutum, per gloſ. celebrem in Clement. 1. Verbo; non habita de Privil. quam valdè ibi commendat Raven. ubi Card. q. 15. eam ſequitur, & dicit ſingularem, Navarr. in C. placuit n. 153. de pænitentia diſt. 6. conſ. 1. n. 5. de conſtitut. ad hoc, quod in foro conſcientiæ ſtatur dicto pænitenti; vide ſimilem gloſ. in C. penult. verbo elect. de re iudic. lib. 6. & in C. ſignifi-

caſti 1. & 2. de homicidio; idem docet hoſtienſis, & Abbas in C. cum illorum n. 15. de ſent. excommunic. & in C. ſicut n. 4. eod. tit. ratio eſt quia non eſt veriſimile, aliquem eſſe immemorem ſuæ ſalutis, C. Sancimus 1. q. 7. & licet prædictæ gloſſæ loquantur de Sacramento pænitentiæ, idem dicendum eſt extra ipſum, cum non ſimus in contradictorio iudicio, nec ſit in præiudicium alicuius, cum in tali caſu ſolum agatur Principaliter de intereſſe ipſius abſoluti, undè non mirum, ſi ſolum eius dicto credatur, etiam extra Sacramentum pænitentiæ.

23. Dubitatur ab aliquibus, an excomunicatus tolleratus licitè poſſit Sacrum facere, & ſacramenta miniſtrare, eſt in hac difficultate geminata ſententia, quidam exiſtimant licere fidelibus Sacramenta ſuſcipere ab huiuſmodi excommunicato, ipſi verò excommunicato non licere ea dare, aliqui alij aſſerunt, illum poſſe celebrare, & Sacramenta miniſtrare, dummodo ipſe excommunicatus non ſe ingerat, ſed alij ab ipſo petant, & ſacrificium, vel ſacramenta requirant, etenim cum Concilium conſtantienſe indulſit fidelibus, ut participare valeant cum excomunicatis, nec in adminiſtratione Sacramentorum eos vitare tenerentur, indulſit indirectè, & ex conſequenti, ipſis excommunicatis, ut tunc licitè poſſint miniſtrare, non enim ſtatutū me non teneri vitare hunc excommunicatum, & ipſum peccare mecum participando, undè cum in dicto decreto Concilij Coſtantienſis dicitur non relevari per illud excommonicatum, intelligendum videtur directè, & ex intentione, ſecus Indirectè, & quatenus eſt neceſſarium, ut fideles tutè, & plenè valeant frui Privilegio cum ipſo excōmunicato participando; ita Sotus diſt. 22. p. 1. art. 4. col. 3. verſ. ait vero, Covarr. cap. alm. p. 7. §. 2. & 6. n. 8. Sanchez lib. 7. diſp. 9. n. 8. & alij non parvi momenti Doctores, in hoc conſentientes.

24. An Sacerdos excommunicatus matrimonio aſſiſtens prout mandat Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform.

fiat

fiat irregularis, ex vi illius actus. Reſpondeo nequaquam, cum non ſit actus Ordinis Sacerdotalis, ſed ſolum requiritur ad maiorem fidem faciendam, & cum ille Sacerdos non ſit miniſter, ſed ipſi contrahentes, & tale matrimonium validum erit, eſt communis opinio; dando tamen benedictionem ſolemnem in matrimonio peccat mortaliter, & fit irregularis, ſecundum omnes DD. cum talis benedictio ſit proprium Miniſterium Ordinis Sacerdotalis, ratio eſt, quia Concil. Trident. ſolum requirit præſentiam Parochi, abſque conſideratione, an ſit excommunicatus, &c. nam hæc eſt ſolum aſſiſtentia auctoritativa, non vero iuriſdictionis, ita ut non poſſit excommunicatus, &c. aſſiſtere, &c. ſic Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 21. Coninch. diſp. 27. n. 24. Gutier. de Matrim. cap. 62. n. 23. D. Ricc. in prax. fori Eccleſiaſt. reſol. 213. & poſt alios Barb. de officio, & poteſtate Epiſc. p. 2. alleg. 32. n. 90. immò ſi Epiſcopus prohibeat Parocho alicui, ut non coniungat aliquos in Matrimonio, & coniungat, Matrimonium eſt validum. Sanchez dict. lib. 3. diſp. 32. Ricc. in prax. fori Eccl. reſol. 213. Coninch. & Gutier. ſupra cit. cum alijs innumeris citatis ab ipſis.

25. Vtrum Sacerdos excommunicatus poſſit miniſtrare ſolemnitatem Baptiſmi, abſque ſubſtantia eius ex quo fuit privatim data, dico non, aliàs peccaret mortaliter, & non effugeret irregularitatem, cum huiuſmodi Miniſterium Sacerdoti competat, & Diacono in caſu neceſſariſſimo per delegationem, ita Suarez 3. tom. diſp. 23. ſect. 2. & alij non pauci.

26. Quæres an excommunicatus non denunciatus, repellatur à Iudicio contentioſo, cui dubio reſpondeo, quod excommunicatus non denunciatus non debet repelli à Iudicio contentioſo cum non teneatur vitari per extravagant; ad evitanda ſcandala de qua re Navarr. cap. 27. n. 35. Repellitur tamen à Iudicio pænitentiali, quia aliàs Sacrilegium committit, qui ſcit ſe eſſe excommunicatum, & nolens abſolvi,

abſolvià Confeſſario ad Sacramentum pænitentiæ accedit ut idem Navarrus docet cap. 9. n. 3. verum eſt quod poteſt excipi contra ipſum in Iudicio contentioſo , & etiam repelli à Iudicio , poteſt tamen à parte admiti , non ſic in foro pænitentiali ; quia Confeſſarius tenetur illum repellere ne ambo incidant in Sacrilegium .

27. Excommunicatus non poteſt in Iudicio petere debitum , ſecus in foro conſcientiæ C. intelleximus de Iudicio , in foro conſcientiæ , & privatim petere poteſt , & hoc abſque peccato , docet Caietanus verbo excommunicatio in C. de hijs quæ excommunicato illicita ſunt in fine , quem ſequitur Suarez quinto tom. de cenſuris diſp. 15. ſect. 8. n. 3. pag. 299.

28. An Excommunicatio Papę excuſet in foro exteriori infra duos menſes à die publicationis , non vero poſt , ſicut in foro interiori : Reſponſio eſt , quod excommunicatio lata in extravagantibus , ſivè motibus proprijs , qui quotidiè in Curia eduntur , ac in acie Campi flore , &c. publicantur , ſolum excuſat infra duos menſes , à dicta publicatione , Romæ facta in conſuetis locis , nequè admictitur ignorantia ultra dictum tempus in foro exteriori loquendo , undè vltro dictos duos menſes incipit ligare , omnis nova conſtitutio cum ſua pæna , ſi eſt novi Iuris promulgatoria , non veteris Iuris declaratoria ; ità Gloſs. fin. in data lib. 6. Iaſson. in l. ſi eum n. 8. ff. de In ius vocand. Navarr. latiſſim. Conſ. 1. de conſtitut. in 4. q. 2 n. 15. At in foro interno excuſat ſemper ignorantem , nec incurritur excommunicatio in eis lata ; etiam ſi ſint ſuper actibus alioquin prohibitis , & illicitis , ut commune , & practicandum dicit Felinus in C. a nobis 1. de ſententia excommunicationis n. 1. Navarr. cap. 27. n. 16. Iulius Clarus q. 85. n. 1. Cont. Vict. de excomunicat n. 8. ubi dicit contrariam tutiorem , & uſu Eccleſiæ receptam , quam latè defendit Covarru. in C. almo mater. 1. p. §. 10. n. 8. cum ſequentibus , de ſent. excommunicationis lib. 6.

Sed

Digitized by Google

Sed ego puto quòd loquantur victoria cum alijs de ignorantia facti, non vero Iuris.

29. An excommunicatus poſſit diſtribuere Euchariſtiam in Eccleſia, vel eam deferre ad infirmos, Negatur, & contraveniendo peccat mortaliter, & fit irregularis, cum ſit Sacrum, & proprium miniſterium ſui ordinis. Limita tamen in caſu extremo neceſſitatis, quia tunc contritus poteſt indigenti miniſtrare, quando ſcilicet non poſſit haberi alius miniſter; nam poteſt eſſe quod per illud Sacramentum recipiat primam gratiam; quam anteà non habebat infirmus. Navarrus in ſumma à cap. 22. n. 4. & Suarius tom. 5. diſp. 11. ſect. 1. n. 17. poteſt etiam excommunicatus comitari Euchariſtiam ad infirmos delatam; dummodò non recitentur pſalmi Saytr. lib. 2. cap. 3. n. 13. Paulus ſquillant. de privilegijs Clericorum p. 3. pagina mihi 181. n. 22. & Cred. quod hæc oppinio indubitata ſit apud omnes Auctores, nam fundata eſt.

30. Dubitatur tamen, An Epiſcopus maiori excommunicatione ligatus (de qua excommunicatione, uſquè modo locutus fui) an poſſit ordinis Sacramentum conferre? & nega ſiuè reſpondeo, aliàs peccaret mortaliter, & fieret irregularis, ordinatus vero remaneret, ſubſpenſus ab executione ordinum, dummodo eſſet ordinatus ab excommunicato vitando, ſi vero ordinans non ſit vitandus, ordinatus Characterem, & executionem ordinis recipiet per favorem ei conceſſum per dictam extravagant ad evitanda ita Toletus lib. 1. cap. 14. n. 5.

31. Epiſcopus vero excõmunicatus non poteſt miniſtrare Sacramentum confirmationis, & receptum, ab eo eſt validum. Et in caſu neceſſitatis etiam ipſe poterit miniſtrare; ut dixi ſupra n. 29. in hac appendice de Sacramento Euchariſtiæ, dummodo infirmus ſit contritus, & incapas alterius Sacramenti, & excomunicatus etiam contrictionem habeat, vel penitens ſaltem ſit actritus, quia ratione illius Sacramenti

poſſet

poſſet fieri contritus, ita Suarius diſp. 11. ſec. 1. n. 13. Paulus ſquillant. p. 3. de obbligationibus Cleric. pag. 182. n. 25.

32. Excõmunicatus vitandus quamvndum abſolutionem obtinuit in vita, aut poſt mortem quamquam ſigna magnæ contrictionis dederit; privatur ſepultura Eccleſiaſtica, quia hęc eſt quædã cõmunicatio in divinis, quæ fieri nõ poteſt poſt mortẽ excommunicati cum ſuo corpore, & ſæpellientes excomunicatum vitandum in loco ſacro, nempè in Eccleſia, Cęmeterio, vel in alio quodqunque loco ad ſepulturam, vel ad divina officia peragenda deſtinato auctoritate Epiſcopi vel ex conſuetudine peccant mortaliter ſeppellientes, & ordinantes talem ſepulturam, & incurrunt maiorem excommunicationem à qua nequeunt abſolvi, donec ſatisfactionem dederint ad Epiſcopi arbitrium, non tamen comprehenduntur comitantes & deferentes Crucem, ac luminaria, nec cantantes, &c. Diana p. 5. tract. 9. reſol. 98.

33. An collatio facta alicui excommunicato, de aliquo beneficio, vel penſione ſit valida, & quatenus invalida ſit detur modus revalidandi talem collationem. duplicem difficultatem continet præſens dubium, prima eſt de beneficio. Secunda de penſione, quoad primam ſivè excommunicatus, ſit evitandus, ſivè tolleratus eſt incapax eligendi, & elegi ad beneficia Eccleſiaſtica, & ad fructus, ſicut ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica, & collatio beneficij facta excommunicato, per electionem, præſentationem, confirmationem, inſtitutionem, commendam, vel penſionem, eſt ipſo iure invalida, quamvis invincibiliter ignoret excommunicatus ſuam excommunicationem, quia, & ſi ignorantia excuſet à nova culpa, à nova pœna, à nova cenſura, non tamen facit actum validum, quia alias erat invalidus; ita in C. poſtulaſtis, de Cler. excom. miniſt. Suar. diſp. 13. ſect. 1. n. 2. Sayr. lib. 2. cap. 5. n. 1. Navarr. cap. 27. n. 21. Leſſ. lib. 2. cap. 34. d. 22. Diana p. 5. tract. 9. reſol. 99. quod idem dicendum eſt de penſionis collatione, dummodo ſit penſio

tituli

tituli Clericalis, & non ſæcularis, nam penſio tituli Clericalis eſt ex fructibus Eccleſiaſtici beneficij, & propterea quid Eccleſiaſticum, undè ſicut excommunicatus eſt incapax aliorum Privilegiorum; ità videtur eſſe incapax penſionum, & ſi Coninch. d. 14. dub. 9. Avila 2. p. cap. 6. d. 5. dub. 5. contrarium aſſerat eò quia inquit ipſe valida, & collatio penſionis, iura irritant collationem beneficij, penſio autem beneficium non eſt, & odioſa ſunt reſtringenda, non amplianda; Remedium vero ad revalidandam talem electionem, vel collationem, eſt, ut iterum; poſt abſolutionem à tali excommunicatione, fiat nova collatio, &c. ab eo, ad quem pertinebat.

34. Limita tamen, quando talis, excommunicatio, &c. erat occulta, quia tunc ſecundum probabilem ſententiam habita abſolutione, poteſt beneficium, vel penſionem, abſquè nova collatione retinere, ita Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 7. n. 12. Speculator tit. de diſpenſatione §. nunc, Innocent. C. innotuit n. 2. de elect. Hoſtienſ. ibid. n. 2. Ioann. Andr. n. 5. Ancharan. n. 2. notabil. 2 Leſſ. lib. 2. cap. 34. dub. 22. n. 119. Coninch. diſp. 14. dub. 9. n. 73. & poſt alios Diana p. 5. tract. 9. reſol. 101. & Baſſ. verbo excommunicat. pag. 345. n. 16. & 17.

35. Quæritur an frangentes parietes Eccleſiæ, & ipſam expoliare habent, ſicut aperientes portas Eccleſiæ cum clavis falſis, & Eccleſiam argentis ſpoliantes, aut alias paramentis, ſivè Sacris, ſivè non, incidant in excommunicationem, Papæ reſervatam. Per me eſt affirmativa ſententia, nam hoc eſt Privilegium Eccleſiæ, quod quidem Privilegium facit extentionem, nec valet dicere quod ſolum enumerat frangentes Eccleſiam, quia ſatis frangit Eccleſiam, qui clavibus falſis illius portas aperit, & depredare eam, vel eaquæ ſui iuris ſunt facit text. C. conqueſt. 22. de ſententia excommunicationis Clar. lib. 5. §. fin. q. 77. n. 20. Divus Antonin. p. 3. tit. 24. cap. 12. Navarr. cap. 27. n. 94. §. 8.

Tolet. lib. 1. cap. 35. n. 6. Suar. diſp. 22. ſect. 22. n. 4. memor. Clericor. cap. 9. exconum. 4. & optime Sayr. lib. 3. cap. 29. n. 13. cum ſeqq. n. 14. Reſolvit Eccleſiam frangentes, & expoliantes ipſo iure excommunicationem incurrere, et dummodo ſint denunciati, ſolus Papa eos abſolvere poteſt, quod eſt intelligendum, etiam aperiendo portas Eccleſiæ clavibus falſis.

36. Verum eſt, quod ante denunciationem poſſunt abſolvi ab Epiſcopo, dummodo ſatisfaciant iniuriæ; verum eſt quod ſi aperit Eccleſiam clavibus falſis, vel proprijs deprædatis, ad effectum ſpoliandi dictam Eccleſiam, & effectus ſpoliationis non eſt ſecutus non incurrit, cum actus ſit pœnalis, & pœnæ ſunt reſtringendæ penes actus conſumatus.

37. Nomine autem Eccleſiæ veniunt hoſpitalia monaſteria & alia loca pia. Prout tradunt Frater Eman. qq. regul. tom. 2. q. 38. art. 2. & q. 50. art. 2. Azzor. inſtit. moral. p. 1. lib. 9. cap. 27. q. 12. Valer. Reginal. in prax. fori pœnitentialis lib. 19. n. 160. ubi etiam cum Suar. de cenſ. diſp. 22. ſect. 2. nu. 11. reſolvit efringentem ſeu eſpoliantem ſacriſtiam, ſi ipſa ſit Eccleſiæ coniuncta, in excommunicationem text. cit. incurrere.

38. Anſiquis etiam rex inponeret taliam contra Clericum, & illa ſolventes contra eundem Clericum incidant in excommunicationem Papæ reſervatam Affirmativè reſpondendum eſt quemadmodum ego reſpondeo prout habetur in C. Clericis de immunitate Eccleſiaſt. lib. 6. verum eſt quod quoad Clericos ſolventes, eſt ſublata hæc lex in Clement. quoniam eod. tit. quoad vero imponentes talia onera Clericis, & ipſorum bonis, non ſolum non eſt ſublata, ſed relata in Bulla cænæ caſ. 18. item contra omnes habentes dominium temporale, qui prohibent ſubditis, nequidpiam vendant perſonis Eccleſiaſticis, neque eorum frumenta molant, aut panem coquant, &c. prout in C. fin. de immunit. Eccleſiaſt.

in 6. Navarr. cap. 27. n. 130. Soar. tom. 5. diſp. 23. ſect. 4. n. 24. Sayrus lib. 3. cap. 34. n. 16. mem. Clericor. cap. 7. Excomunic. 3.

39. Quæritur etiam hic unum, quod non eſt parvę conſiderationis, an videlicet Inquiſitores alicui Crimen hæreſis falſo imponerent [quod nunquam contigiſſe credendum eſt Moraliter, cum omnes perſonæ Dei timoratæ cenſendæ ſint) ultro alias pœnas, in excommunicationem Incurrant, Reſponſio eſt affirmativa, & loquor de maiori excomunicatione, nequè ab aliò abſolvi poſſunt, quam à Summo Pontifice, præter quam in mortis Articulo, & tunc debent debitam ſatisfactionem offerre. Clement. 1. §. verum de hæret. Covar. Pract. cap. 36. n. 21. Navar. cap. 27. num. 100. Suarez tom. 5. diſput. 22. ſect. 3. Sayr. lib. 3. cap. 29. n. 25. Toletus lib. 1. cap. 36. n. 1. memor. Clericor. cap. 7. excommunicat. 1. Verum eſt, quod ad hoc ut inquiſitores prædicti contrahant hanc excommunicationem; primò, ut faciant contra Iuſtitiam; ſecundo, ut faciant ſcienter, & contra propriam conſcientiam; tertio quod odio, vel alio intereſſę mundano, &c. pro ut in textu vno horum deſſiciente non incurrent in talem cenſuram gloſs. verbo obtentu in verſ. utrum. Hæc de maiori excommunicatione. Videamus modo de minori excommunicatione aliqua Pauca nempè de eius effectibus.

40. Excommunicatus minori excommunicatione poteſt ordines, & omnia alia Sacramenta, verum, eſt quod Sacramentum ordinis validè ſuſcipit; peccat tamen mortaliter. C. ultimo, de Cleric. excom. miniſtr. ſed irregularitatem non incurrit cum non ſit in Iure expreſſa, dicto C. ultimo, & eſt communis ſententia.

41. Sed hic dubitatur, an ſacerdos minori excommunicatione ligatus peccet miniſtrando Sacramenta; dico ſolum venialiter peccare; ob quandam Irreverentiam, quando non ſit in hoc contemptus, aliàs commicteret Sacrilegium;

 ita

ita Caietanus verbo excommunicatio minor; & Toletus lib. 1. cap. 18. & ſi alij dicant talẽ excommunicatum nullo modo peccare, & præcipuè ſecundum Navarrum in Manual. cap. 27. n. 24. Io. di Lignano tract. de cenſ. §. 13. & Suarium diſp. 24. ſect. 2. n. 7. & adducunt rationem ſcilicet, quia per talem cenſuram non removetur à collatione Sacramentorum, undè non illi prohibita, atque adeo nullo modo peccabit illam conferendo, nec obſtat textus in C. ultimo de Cleric. excom. miniſt. ubi dicit peccat conferendo Eccleſiaſtica Sacramenta; quia ibi non loquitur Pontifex de quolibet Sacerdote, ſed de celebrante, & ipſi ſibi miniſtrante Sacramento, ita Suar. loco ſupra cit.

42. An vero poſſit eligere excommunicare, & alia quæ ſunt iuriſdictionis activè exercere; non eſt error partem affirmativam defendere, quia non deficit illi iuriſdictio, nec uſus eius, ut clarè colligitur ex C. duobus de ſententia excommunicationis, ita Atchidiac. q. 3. de Clavibus, non poteſt tamen eligi ad dignitatem Eccleſiaſticam; ut habetur in C. ſi celebrat, de Cleric. excomm. miniſtr. & contra veniendo peccat mortaliter, cum ſit etiam privatus electione paſſiva minori excommunicatione, ut ſuo loco dixi cum de electione ligatus, Covarr. C. alma p. 1. §. 8. n. 8. Tolet. lib. 1. cap. 18. n. 2. immò electio eſt irrita, non ipſo facto, ſed irritanda iuxtà probabiliorem ſententiam, quod clare colligitur ex verbis text. prout firmat Felin. in C. dilecti de exceptione n. 4. in fine Richar. in 4. diſt. 18. art. 9. q. 4. & Suar. diſp. 24. ſect. 2. n. 21. & ſi contrarium teneant, Sylveſt. verb. excommunic. 4. n. 4. Covarr. loco cit. ex dicto C. ultimo de Cleric. excom. miniſtr.

43. Poteſt tamen iſte excommunicatus abſolvi, à quocunque Sacerdote, habente auctoritatem abſolvendi, a peccatis mortalibus, ex C. nuper de ſententia excommunicationis, & eſt communis opinio apud omnes ſcribentes, quos ego vidi, tenet Paulus Iquillant. de obligationibus Clericor.

p. 3.

p. 3. pag. mihi 206, n. 123. tenet etiam Sotus 3. diſt. 22, q. 3. art. 2. Silveſt. Angelus Caietanus, & alij verbo abſolutio, & idem Sylveſt. verb. excommunic. 7. n. 37. & ſuam rationem deducunt ex C. nuper, de ſententia excommunicat.; hanc facult. extendit Suar. diſp. 24. ſect. 4. n. 3. & 4. ad paparochum non ordinatum adhuc Sacerdotem, eo quia habet ſufficientem iuriſdictionem, tanto magis quod iſte actus ſit non ordinis, ſed iuriſdictionis, & conſequenter dictus Parochus delegare poteſt. Tum quia quando talis comiſſit ſuo Æconomo, vel Cappellano vices abſolvendi à peccatis, conſequenter illi commiſit facultatem abſolvendi a cenſuris.

44. Verum dicunt multi, DD. quod huic doctrinæ P. Suar. contrariatur text. C. nuper, ubi dicitur; *utrum, qui nominatus excommunicatus, ſcienter communicat, abſolvi ab excommunicatione poſſit per confeſſionem à ſimplici Sacerdote, vel ab Epiſcopo, aut Archiepiſcopo debeat fieri abſolutio*, Sanctiſſimus Pontifex reſponſum dedit; *credimus diſtinguendum; an ijs qui nominatim excommunicato communicat ſcienter communicet in crimine criminoſo, ei conſilium impendendo, auxilium, vel favorem, aut aliàs, in oratione, vel oſculo, aut etiam comedendo. In primo quidem articulo, cum talis communicet Crimini, & participet Criminato, & per hoc ratione damnati Criminis videatur in eum delinquere, qui damnavit ab eo, vel eius Superiore merito delicti, tunc abſolutio erit requirenda, cum facientem, & conſentientem pari pœna conſtringat; in ſecundo vero caſu, à ſuo Epiſcopo, vel à proprio Sacerdote abſolvi poteſt*, unde Sylveſter, Angelus, & Caietanus pro nomine proprij Sacerdotis hic intelligunt potentem abſolvere a peccato mortali poſui has duas ſententias, ut probabiles, ut unuſquiſque ſumuat illam, quem melius ſibi viſa erit; ego tenerem primam.

45. Dubitatur item an Sacramenta recepta ab excommunicato minori excommunicatione, ſint valida, & ſuum effectum producant in recipiente, dum obicem non inveniunt.

nium. Reſpondeo affirmative, cum diſtinctione tamen, de Sacramentis ordinis, & confirmationis nullum eſt dubium, ſicut de Matrimonio, valida erunt, quia, & ſi peccet recipiendo illa quia ſolùm per minorem excommunicationem illa interdicuntur, verum eſt quod in illo excommunicato minori excommunicatione talia Sacramenta erunt informia, quæ in eo gratiam non cauſabunt niſi remoto obice, non autem erit in ipſo validum Sacramentum pænitentiæ, cum ipſe ſcienter ad illud accedat peccando mortaliter actualiter.

46. An per abſolutionem iure ordinario tollatur excommunicatio maior. Affirmativa eſt Theologorum ſententia, nec non Canoniſtarum, nempè quod excommunicatio maior tollatur iure ordinario per abſolutionem, & non per ſolam reſipiſcentiam à contumacia, quamvis alijs modis de Summa auctoritate Pontificis tolli poſſit, ut ſi quis eſſet excommunicatus donec adimpleret tale opus, vel ſi Pontifex talem legem revocaret; ex vi cuius incurritur excommunicatio, immò ſi revocatio eſſet talis, ut haberetur pro non facta, etiam quo ad effectus ſecutos, ex etiam ea tolleretur excommunicatio quam aliquis incurriſſet Suar. diſp. 19. ſect. 1. n. 7. Sylveſter verb. abſolutio 3. Filiucc. tract. 12. n. 230.

47. Qui obtinuit facultatem abſolvendi à caſibus Papæ reſervatis, poteſt abſolvere, à cenſuris reſervatis eodem Pontifici, quia iſti caſus reſervati Summo Pontifici cenſentur reſervati ratione cenſuræ, undè ſublata cenſura quilibet Sacerdos poteſt ab eis abſolvere; non ſic de habentibus caſus reſervatos Epiſcopo, qui hic non poteſt à cenſuris reſervatis Epiſcopo abſolvere, ratio eſt quia apud Epiſcopum caſus, & cenſuræ ſunt diſtinctæ, & diverſæ, & à diverſis non fit illatio; ita Clavis Regia lib. 1. cap. 1. n. 5. Suar. diſp. 7. ſect. 4. n. 12. Sanchez cap. 11. n. 1. Navarr. cap. 27. n. 261.

48. Si excommunicatus excommunicatione Papæ reſervata, propter legiptimum impedimentum, Papam aut alium ab eo facultatem habentem adire non poſſit, poteſt talem excommu-

municatum abſolvere Epiſcopus ; quòd ſi nec Epiſcopum poſſit adire, poteſt eum abſolvere Parochus, & Parocho deficiente, poteſt abſolvi, à quolibet Sacerdote approbatus ad audiendas confeſſiones, idem dicendum putant graviſſimi auctores de caſibus Epiſcopalibus, quando ad Epiſcopum non poteſt recurſus, ita firmat Cæleſtin. in compend. Theolog. moral. tract. 1. cap. 23. n. 5. Diana p. 5. tract. 14. reſol. 58. Granado 3. p. de Sacramentis controverſ. 7. tract. 10. diſp. 7. n. 12. Tanner. tom. 4. diſp. 6. q. 10. dub. 6. n. 122. & habetur in C. venerabil §. 1. de ſent. excommunic. in 6. & poſt alios Baſſ. verbo excommunicat. pag. mihi 350. n. 5.

49. An Archiepiſcopus poſſit abſolvere ab excommunicatione, vel ab alijs cenſuris ſubditos Epiſcoporum ſuæ Provinciæ, an tantum ſuæ diœceſis. Reſpondeo, quod non quoad primam partem, affirmativè, quoad ſecundam. Excipe tamen aliquos caſus, in quibus id poteſt, etiam ſubditos Epiſcoporum ſuæ Provinciæ abſolvere, nempè quando, fuit facta appellatio ad illum, & cognitum fuit de appellatione ; vel quando Epiſcopus ſuffraganeus malitioſè, aut negligenter differt abſolutionem, vel quando viſitat diœceſim, &c. in his tribus caſibus a iure ratione officij ordinariam habet facultatem ad abſolvendum, ità Suar. Henriq. Sanchez, & Concil. Tridcnt. ſeſſ. 14. cap. 7. & poſt illos Baſſ. verbo excommunicatio pag. 350. n. 6.

RVBRICA DECIMA TERTIA.

De coadiutore.

AVctor hunc Titulum tractare habet, cum diviſione, primò quæris quare datur Coadiutor, ſecundò, qualis eſſe debet ; tertio, quibus dandus ſit, & totum Titulum per tres §§. reſolvere habet ; ſicut, & ego faciam ordinem eius ſequendo ergo.

In §. accidit etiam.

1. In præſenti §. Textus noſter cauſas aſſignat, ob quas dandus eſt coadiutor, ſiue, Epiſcopo ſiuè Canonicis, aut curato animarum, nempè, quando Paſtor ſpiritualis ſenio confectus eſt, aut corporis valetudine impeditus, vel ſanæ mentis Conſilio deſtitutus, ità ut ſuper ſuum gregem, vel functiones ſui officij, vel Eccleſiaſticos labores amplius ſuffere non poteſt, tunc, ob Populi addiuvam, & conſolationem, ad Dei honorem, & ſervitium Eccleſiæ coadiutor impotenti addiungendus eſt per ſedem Apoſtolicam, non obſtante quaqunque conſuetudine introducta in contrarium inquit Textus noſter.

2. Et quamvis (loquendo de Epiſcopis) ipſi habeant multos miniſtros, qui poſſunt ea, quæ ad curam animarum in tota Diœceſi pertinent præſtare; ut aliquæ doctrinæ loquuntur, quare videtur, quod coadiutor non ſit illis dandus, etiam in caſibus ſupra aſsignatis, n. 1. vt per C. tua nos de Cleric. egrotante, & cap. 1. eod. inquit. copia officialium ubi oportet non eſt deneganda, & ſic iuxtà hunc text. obiectio manet ſoluta, unde C. tua nos intelligitur in caſu ſpirituali, & nón regulari, etenim afflictus eſt aliquando ſublevandus; dummodo tamen Canonicè, nempè ratiònabiliter ut inquit text. dicto cap. 1. quæ quidem ratio, promultis militat, ut videre hic apud auctorem noſtrum, qui cauſas, non paucas aſſignare, habet ob quas dandus, eſt coadiutor indigenti.

3. Immò ampliatur in quodlibet benemerito officiali, quod facit ad quæſtionem de Doctore volente legere per ſubſtitutum de qua Abbas in cap. 1. de Summa Trinit. n. 2. & loquendo de hoc auctor in §. ſen. not. quod ſenectus æquiparatur infirmitati, & facit hoc ad ſtatutum loquens de infirmis, & de infirmitate, de quo per Abb. in C. magnæ, de vot. & vove redempt. & in C. quamvis, de ſententia

excom-

excommunic. §. valetudine, quę ſecundum multos Doctores intelligitur de infirmitate incurabili, & ita per Abbat. in C. ex parte de Cleric. egrot., & not. in C. uni eod. titul. in 6. in verbo perpetuo, quod puto idem valere, ſi morbus non poſſit curari niſi ad longum tempus ob rationem, abductam in dicto C. unico; immò Morbus incurabilis reddit ineligibilem perſonam, undè podagra, laborantes putarem eſſe ineligibiles ad dignitates ut per Abb. in C. cum inter Canonicos de electione, quare multo magis valet in Epiſcopis, & regularibus Prælatis; prout de leproſis conſtituit Lucius tertius C. de Rectoribus, & Clemens 3. C. tua nos de Clericis ægrotantibus, & deformato, & mutilato in C. præsbiterum, eod. titulo, & ego dixi ſuperius cum de electione.

4. Extende hanc legem, non ſolum ad infirmum (loquor de ineligibilitate) ſed etiam quando eligendus eſt prodigus, & eſt ſuſpectus quod ſit dilapidator, ut per Abbat. in C. venerabili, de officio Deleg.

5. Notandum eſt hic quod prælato, Canonico ac Curato, ex eo quod incidat in infirmitatem poſt quam electus, eſt confirmatus, & conſecratus, quod idem dico de alijs non eſt privandus, ſivè non ſunt privandi; nam Eccleſiaſtica beneficia non ſunt temporalia, ſed perpetua C. pręcepta diſt. 55. gloſſ. in verb. coadiutorem C. ex parte dict. Clerico egrot.

6. Non ſic de electo Epiſcopo, & confirmato nondum conſecrato, dico quod non debet dari coadiutor, quia nondum eſt Epiſcopus nec in termino Epiſcopatus, ſed in via, hic enim agitur de cauſa maiori in caſu enim propoſito nondum eſt Epiſcopus, aliàs electo Epiſcopo, poſſet dari coadiutor, ſicuti electo Canonico, aut curato, nondum examinato, & confirmato coadiutor poſſet dari, quando eſſent impedimenta ſupra narrata, quod eſt falſum, nam tunc eſt remedium novę electionis facienda quorum intereſt eligere

&c. coadiutor enim datur in extremo remedio, ut ego puto metamen remiſſo Abbati in C. ex parte de Cleric. egrot. vel debile cap. 1. ubi Abbas de translatione prælatorum, in qua re non ſumus in caſu, de quo agitur, quia ſumus in minoribus, & Textus agit de maioribus.

7. Neque valet dicere, quod hic agitur de Epiſcopo, non autem de inferioribus, quia non eſt diverſa ratio, nam ſi non ſit illatio, a minori ad Maius, ſit tamen de maiori ad minus quando habent eandem rationem, ſicut ſumus in caſu de rectoribus ubi Abbas inde Cleric. egroto, & C. fin. eod. titul. & habetur in C. ex parte in fine de Clerico egrot. vide Auctorem.

In §. quod tamen ſic.

8. Nec prælatus, nec Archidiaconus, nec Canonicus, nec Curatus electus confirmatus, ad curam animarum, eſt removendus, ſed debet dari cauſa infirmitatis, coadiutor, ratio eſt, quia ſi removentur ab adminiſtratione, non removentur a Iuræ prælature, ut latè traditur in C. tua de Cleric. egrotat, vel delinquent, & ſi poſſit removeri etiam Iuſtè, quia non eſt ſpes ſalutis futuræ, & adeſt damnum populi, non debet talis remotio fieri, quando adeſſe poteſt ſcandalum C. præſbiterum, C. de Rectoribus, de eligendo egrot, & C. tua de electione egrot. &c. C. nihil, dummodo ſine peccato mortali poſſit omitti C. cum ex iniuncto, de non ope nunc, ſi vero ſit ſcandaloſus populo poteſt removeri omnimode C. niſi de renunciat, & §. propter infra eod. titulo, & tunc non debet dari æconomus, ſed providendum eſt abſolutè, ſecundum Innocentium in dicto C. niſi, & Abbas in dicto C. tua.

9. Sed difficultas naſcitur hic, an ſi Epiſcopatus, vel alias dignitas ſit paucis redditibus, & ratione legittimi impedimenti debeat dari habenti talem dignitatem coadiutor, quis

quis debeat miniſtrare redditus, coadiutor, an exiſtens in dignitate?

10. Reſpondeo cum diſtinctione ſecundum Abbatem in citato C. de rectoribus; aut infirmitas impedit adminiſtrationem in temporalibus etiam, & tunc coaditur totalem ad miniſtrationem habere debet, facit C. tua de Clericis ægrot. vel debilit., & cap. 1. de Cleric. non reſidentibus, & C. pervenit de appellat. aut infirmitas reddit in dignitate conſtitutum ſolum in habilem ad ſpiritualia, & tunc valet contrarium, quia principali eſt negocium reddituum dicto C. de rectoribus, quod ſatisfacit dictum, etiam tertio §.

11. Sed hinc oriuntur difficultates aliquæ circa coadiutorē tam temporaneum, quam de perpetuo cum ſucceſſione, &c. teneatur recitare divinum officium, & emittere profeſſionem fidei? Duplex dubium continet difficultas propoſita, & conſequenter duplicem reſponſionem petit.

12. Reſpondo, quoad temporaneum coadiutorem non teneri divinum officium recitare, ſi illæ cuius eſt coadiutor recitare poteſt; nam ex uno beneficio, non obligantur duo ad divinum officium recitandum, quia obligatio recitationis divini officij ſemper manet apud proprietarium, quia eſt onus perſonale ſequens beneficium, quod ipſe proprietarius integrum retinet, ergo non tranſit ad coadiutorem, tenetur tamen ipſe coadiutor ad ſatisfaciendum iu choro, vel ſimili Eccleſiæ ſervitio, in quo obligatur iuvare, à quo excuſatur proprietarius per coadiutorem ſerviendo, ita firmat Navarr. de oratione cap 20. n. 18. Azzor. lib. 10. inſtit. moral. cap. 4. q. 1. Suar. lib. 4. cap. 22. n. 19. & Gargia 1. tom. p. 3. cap. 1. 109.

13. Tum quia hæc ſententia confirmatur ex declaratione facta à Paulo V. ad petitionem Eccleſiæ Cathedralis Conimbricenſis in quodam breve dato de anno 1606. ut refert Suar. loco cit. in quo inter alia declarat coadiutores Canonicorum non eſſe verè Canonicos, nec pro talibus habendos viventi-

bus coadiutis, ergo idem dicendum eſt de coadiutoribus in alijs, quibuſqunque beneficijs.

14. Advertendum eſt tamen, quod ſi huiuſmodi coadiutores habent propriam penſionem ſuper beneficio, tenentur recitare officium parvum B. M. V. iuxtà conſtitutionem B. Pij V. incipientem ex prox. lateran. Concilij, quia recipiunt ut Clerici talem penſionem; ſi vero recipiunt aliquam ſubſtentationem per modum ſtipendij, non tenentur quia iſti non comprehendũtur ſub tali Bulla B. Pij V. ſed ſatisfaciunt ſuæ obligationi implendo ſuum miniſterium, ita Suar. tom. 2. de Relig. l. 4. cap. 22. n. 19. in fine.

15. Eſſet hic agendum de Corepiſcopis, at quia uſus iſtorum eſt ſublatus, propterea, ad titulum de tranſlatione, accedam, relinquendo 18. titulum de Corepiſcopis.

RVBRICA DECIMAQVARTA.

De tranſlatione.

1. Continuatur titulus in hac materia per §. fin. iuſta capitulum proximum, meo tamen videri, alias tractari debet, etenim vita Eccleſiæ, & Prælatorum tripliciter conſiderari debet, nempè ratione ingreſſus, progreſſus, & egreſſus, de duobus primis ſatis dictum eſt, modo de tertio eſt faciendus diſcurſus, qui eſt per tranſlationem de una, ad aliam Eccleſiam, quod idem eſt dicere de nuptialibus ad nuptialia (exceptuata morte) titulus iſte primo in duas partes dividitur, in prima agitur quid iuris de translat. in 2. quid iuris de beneficiorum permutatione, translatio etiam dividitur in alias duas partes, in prima dicitur quomodo tranſaltio concedi debet, in ſecunda à quo fieri poſſit, & debeat.

2. Ponamus caſum quomodo ſcilicet liceat translatio, & quando, Prælatus quidam volebat, ſivè Curatus tranſire de Eccleſia ſua, cum qua deſponſatus erat ad aliam, quæ

ipſi

ipſi erat, maioris, utilis, & dignitatis, quæſitum fuit, an hoc eſſet ſibi licitum, & negativè fuit reſponſum iuxtà C. fin. eod. de tranſlatione, & de Clerico non reſidente, & ob vinculum matrimonij cum prima Eccleſia, quæ eſt ratio potiſſima, & ſi aliqui fundati ſint licere, ex eo, quod id quod aliquando bonum iudicatum fuit, poſtea diſplicere poteſt iuxtà l. 2. ff. de conſtit., at ego dico quod hoc fieri non poteſt; niſi adſit legiptima cauſa, quæ non debet eſſe levis, ſed gravis, cum ſit prius contractum matrimonium, cum prima Eccleſia, & hoc non poteſt, ut ſic per cauſas quales, quales, ſed per cauſas evidentes, ac graves; C. fin. de tranſ. & C. niſi de renunciat. & §. mutationes, ut in C. mutationes 6. q. 1. quapropter, cum iſte titulus octo §§. contineat, de illis diſtinctè agam melius, quam potero, ad ſalutem animarum, & non aliter, prout intendo ſcribere.

In §. tranſlationes cum ſeq.

3. Textus hic in præſenti §. loquitur de tranſlatione, quæ fit alicuius Epiſcopi, vel Curati, &c. de vna ad aliam Eccleſiam, quæ a vulgò mutationes nuncupantur, quæ quidem tranſlationes non debent fieri niſi maiori utilitate, vel neceſſitate, in quantum dictus Epiſcopus, vel Curatus magis proficuus in ſecunda Eccleſia erit quam in prima, ac magis neceſſarius, ut traditur C. mutationes 7. q. 1. & C. univerſorum de rerum permutatione. Duo dubia hic oriuntur 1. an poſſit hæc tranſlatio fieri, a Summo Pontifice 2. ſi fiat abſquè neceſſitate, an ſit irrita, quibus dubijs duobus reſponſio dabitur.

4. Ad primum dubium, & ſi videatur, quod reſponſio pateat ex ſupra dictis in hac rubrica n. 2. tamen hic dabo reſponſionem, clariorem, & magis diffusè, punctus difficultatis videbatur eſſe quod Pontifex non potuiſſet facere has tranſlationes, eo quia, ſicut virum ſua vxore, habet ligamen

indi

indiſſolubile, ita Epiſcopus cum ſua Eccleſia ; iuſtà illud *quod Deus coniunſit homo non ſeparat*) & diuus Paulus, *opportet Presbiterum eſſe, unius uxoris virum*, & Chriſtus Dominus, *nemo poteſt duobus Dominis ſervire:* unde viderunt quod ſummus Pontifex hanc translationem facere non poſſit cum ſolius Dei ſit, & ſibi reſervare ipſi ac pro iſta parte videtur ſtare magiſter ſententiarum in 4. diſt. 27. cap. 5. & diſt. 36. cap. 3. & ibidem magiſter Angelicus q. unic. art. 5. & in addit. ad 3. p. q. 61. art. 1. durandus diſt. 35. q. 2. Ledeſma 2. 4. q. 64. art. 2. Specul. coniug. p. 3. art. 7. Pererez lib. 2. Verb. porque ne puede titul. 15. lib. 8. ordin. Covarru. de ſponſalibus p. 2. cap. 7. §. 4. ad finem Sanchez. & non Pauci ab eo citati de matrim. lib. 2. diſp. 13. fundantes ſuam rationem in eo quod cum Epiſcopus, & curatus cum ſua Eccleſia ſint deſponſati ſpirituali matrimonio, & ſpirituale matrimonium, ſtriori modo liget ſquam corporale, dubitari non debet, quod ſit indiſſolubile, prout facit Teſt. C. inter corporalia in principio, ex quibus principijs dubioſum argumentum fecère Gabriel, Vaſquez in 3. p. tom. 3. diſp. 241. Navarret, *en la conſervacion. de Monarchias diſcurſu* 28. *verſicol. non ſequiteria*.

5. Actamen hoc argumentum nihil valet, nam veriſſimum eſt Pontificem Iuſta cauſa poſſe transferre Epiſcopum de uno loco ad alium, & abſolvere poſſe illum à vinculo matrimonij ſpiritualis cum prima Eccleſia contracto iuxta formam, de qua per Hoſtien. in ſum. titulo de translation Prælati, & eſt mos Curiæ Rom. ut in dicto C. inter corporalia, & per Ioannem Monacum in C. Generali n. 10. verſic. ſi aliquis habet Regalia de elect. lib. 6. Ioannes Andreas in C. quod ob Gratian. n. 1. in princip. quæſtionis, de regulis Iuris in 6. in Mercur., & ibidem Francus n. 3. in principio Franciſcus March. deciſ. 1100. incip., quæritur de tali caſu, verſic., & maximè propter abſolutionem vinculi Abbaſ. conſ. 101. n. 7. p. 2. prout eos refert Rota, in phocen. Canoni-

nonicatus 26. Maij 1613. coram Reverendiſsimo Domino Concino decano, apud Farinac. dec. 475. n. 1. p. 1. recent. Zapada en el diſcurſo de la obligation de los Prælados concl. 3. n. 7. cum infinitate DD. ſcribentium in hac materia, quos numerare, eſſet paginam implere abſquè utilitate, nam ratio fundamentalis eſt illa, quæ probat non auctoritas, & ſeries DD. fundamentalis ratio eſt, quia, Epiſcopus, & Curatus contraunt matrimonium, cum Eccleſia, ut ſic, non cum tali Eccleſia, quarè, C. inter corporalia, non penetratur ab omnibus, unde non mirum ſi multos trahit ad falſam, & erroream opinionem in vero ſenſu, ut dixi ſupra, illa verba Apoſtoli intelligenda ſunt in matrimonio corporali, non ſpirituali, ſicut etiam illa alia Chriſti Domini à me relata n. 4. nam in ſenſu litterali longè aliud ſignificant. Sic in extravagant vnam Sanctam inter communes, de maioritate, & obedien. Bonifaccius VIII. adducit verba Chriſti de duobus gladijs in ſenſu morali, ad ſummam poteſtatem, & ſuam ſtabiliendam, cum litteralis aliud eſſet ut in eundem locum Sacri dd. explicarunt, videatur Alphonſus à Caſtro lib. 1, contra hæreſes cap. 3. S. Thom. 1. p. q. 1. art. 10. cum ergo matrimonium ſpirituale non ſit reſeruatum lege divina in ſenſu litterali ipſi Chriſto, ut eſt reſervatum Carnale, ſequitur, quod poteſt à ſummo Pontifice fieri rationabili cauſa evidentiſſima translatio Epiſcoporum de una ad aliam Eccleſiam, ſicut, & Curatorum quare Abbas in C. fin. n. 13. de translat. præl. dum conſiderat in Epiſcopi translatione vinculi matrimonialis conſervationem, reſpectu univerſalis Eccleſiæ ſic hijs verbis loquitur [*placet mihi quod efficiatur invifus Prælatus, alterius Eccleſiæ, quia non dicitur de novo matrimonium contrahere. Eccleſia enim vniverſalis eſt unum corpus miſticum, undè ex quo ſemel conſenſit Epiſcopari in hac Eccleſia univerſali non poteſt reſiſtere Papæ, ſi prò bono publico, uult eum transferre ad aliam Eccleſiam particularem; quia hic ſolum alteratur locus, non autem dignitas reſpectu Eccleſiæ univerſalis*, & refert

refert Cardinalis Antonius Zappata loco ſupra cit. par. 1. concluſ. 3. n. 7.

6. Quo ad ſecundum dubium, an translatio facta ſine legittima cauſa ſit irrita; non dubitarem tenere partem affirmativam; eo quia Textus noſter, expreſsè loquitur ſic; *enim Epiſcopus ab ea Civitate, cui præpoſitus eſt in aliam transfertur, in qua magis proficere poſſe veriſimiliter exiſtimatur*; & clarius in §. neceſſitate verò, addit quod neceſſitate ceſſante, ad Priorem Eccleſiam debet tranſlatus revocari.

In §. ſciendum eſt autem, cum ſeq.

7. In hijs duobus §§. quæritur, & reſolvitur ab Auctore cuius ſit transferre Epiſcopum de una ad aliam Eccleſiam, & quid faciendum ſit de illo, propria auctoritate ſe ad aliam Eccleſiam contulerit, de quibus duobus difficultatibus, iuxtà textum noſtrum dabitur reſponſio.

8. Ad primam difficultatem ex dictis patet, quid ſit dicendum, ſed melius, & clarius dicam hic, in textu noſtro habetur per verba clara, & ſpecificantia cuius iuris ſit translatio, nempe Summi Pontificis Romani verba textus ſunt ſequentia; *ſciendum eſt autem Epiſcoporum tranſlationes, nec non etiam inferiorum, ad ſolum Apoſtolicæ ſedis antiſtitem certiſſima ratione pertinere*; & hoc non ſolum eſt verum poſt conſecrationem Epiſcopi, ſed etiam ante illam, dummodo ſit electus, & confirmatus, quia contraxit matrimonium ſpirituale cum Eccleſia, quod quidem matrimonium cum verū, & ſtriĉte matrimonium ſit ſpirituale non poteſt diſolvi niſi per Pontificem Romanum cap. 1. & fin. eod. & §. ſciendum, habetur quod iſte caſus eſt unus ex reſervatis Summo Pontifici; alt. not. in C. quod translationem, de officio legati, & ea quæ traduntur in C. quoad ſedem de officio ordinis, & Concor. cum hoc cap. 2. de tranſlatione, & dicto C. quod tranſat. ſumitur ex cap. 1. eod. & ratio principalis quare translatio Epi-

Epiſcopi, de una Eccleſia ad aliam, ſpectat ad Summum Pontificem, eſt quia cum fortius ſit ſpirituale vinculum, quàm carnale; ſi Deus ſibi reſervavit ius diſſolvendi vinculum carnalis matrimonij, quod Deus coniunxit, &c. multo magis cenſetur ſibi reſervaſſe diſſolutionem matrimonij ſpiritualis, & quod facit Papa, qui eſt Vicarius Dei videtur Deus ipſe facere, ut late proſequitur text. in C. de tranſlatione.

9. Dixi, non ſolum poſtquam Epiſcopus eſt conſecratus, ſi de eo debet fieri tranſlatio, ad Summum pontificem Romanum ſpectat, ſicut ante conſecrationem, & benè dixi; etenim Conſecratio non eſt de ſubſtantia ſpiritualis Coniugij, nam remota conſecratione, tale coniugium remanet, ut patet in Epiſcopo, qui renunciavit Epiſcopatui, & non ordini, & ſic in Epiſcopo nulla tenenti, & habetur hic; & in cap. 2. eodem, conſecratio ſolum conſumat ſpirituale matrimonium, C. fin. eod. & ſupra de correp. uſu ſubl. §. fin verum, eſt quod licet conſecratio in Epiſcopo, quoad vinculum nihil addat, addit tamen quo ad alia, nempè quoad poteſtatem exercendi ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ut de confirmat. §. fin. & habetur in C. tranſmiſſam, de electione, & habetur per Abbatem in cap. 2. eod.

10. Ad difficultatem ſecundam, nempe de eo qui propria auctoritate ſe ad aliam Eccleſiam contulerit, dicendum quod talis Epiſcopus utroque Eccleſia privatus remanet, ità Textus noſter in §. ea propter, ubi ſic loquitur *quicunque avaritia, aut ambitione impulſi Eccleſia mediocritate deſpecta, ad maiorem, ſe ſe plebem propria auctoritate tranſtulerit, à Cathedra repelli debent aliena, & carere propria*, cum id quod ſequitur in textu, quod magis caſum ſtringit propoſitum, concordat C. quantum extra eod., & §. ambitiones 7. q. 1. ubi habentur quatuor cauſæ, ex quibus fit tranſlatio, nempè, ut ſuperius dixi, neceſſitas, & ytilitas, avaritia, & ambitio, quę ultimæ

 ut

quid tantum, ut eſt metus, qui non cauſat ſimpliciter involuntariũ, Sed ſecundum quid tantum, quia non eſt ſine voluntate, undè dicunt Doctores quod metus excuſat non à toto, ſed à tanto, & de hac violentia, & neceſſitate intelligunt dd. & præcipuè diuus Thomas 1. 2. q. 5. art. 5. & 6. huiuſmodi autem violentia poteſt inferri voluntati in actibus imperatis, non elicitis, ut tenet idem S. Thom. lococitato, & Scotus 1. ſenten. diſt. 1. q. 4. & diuus Bonaventura in 2. diſt. 25. art. 1. quæſt. 4. videri poteſt etiam Almainus in lib. moral. cap. 2.

In §. non abſimilis cum tribus seqq.

14. In præſenti §. cum ſequentibus, agit plura iuxta textum Auctor, & primò, an presbiteri poſſint propria auctoritate ſua beneficia ad inuicem permutare abſquè labe Simoniæ. Secundo ſi quis pactum habuit, reſignandi ſuum beneficium alteri, & hic illi, primus reſignavit, alter poſtea noluit ſuum reſignare, an Sempronius qui ſuum beneficium Caio reſignavit, Caius vero noluit reſignare ſuum Sempronio, Sempronius debeat redire denuò ad ſuum beneficium ſecundum Iura. Tertio quærit an collatio de beneficis cauſa permutationis vacantibus, facta alijs, quàm permutantibus teneat. Quarto, an non obſtantibus expectationibus beneficiorum, permutatio fieri poſſit, quibus dubijs reſpondetur gradatim iuxtà textum, & Sacros Canones pro ut infra.

15. Ad primum negativa eſt reſponſio, nempè quod ſinè labe Simoniæ non poſſunt.

16. Ad ſecundum dico, quod ſi per una pars ſtet, quod non adimpleatur permutatio, pars reſtituitur ad ſuum beneficium, ita textus noſter in §. citato, & poſito, non abſimilis C. ſi vero 7. q. 1. & C. inter cętera & C. de maioribus de præbendis, & C. cum olim, & C. cum uniuerſorum, & C. quæſitum

extra de re permutatâ, ſed in his permutationibus, ut plurimum, adeſt labes Simoniæ quia in ſpiritualibus nulla pactio, vel conventio intervenire poteſt 1. q. 2. C. quam pio, & extra de pact. & C. cum pridem, de quibus agam, poſt hunc §. in appendice, quam faciam de adulterio, & Simonia, de primo, quia adulterium tetigi in §. antecedenti, n. 11. de Simonia, de qua dico hic n. 13.

17. Ad tertium dicendum eſt negativè, nempè non valere, prout habetur in text. §. & generaliter & §. utentibus ubi dicitur quod in fraudem expectatium fieret in tali caſu permutatio, cum tunc permutare volentes non tam utantur conceſſione iuris, quam ius ipſum fraudent C. uni de re permut. C. fin. de renunciat. in 6. & not. in C. Clement. uni de re permut. verum eſt, quod volentes permutare beneficia, & illa reſignentur in manibus Prælati, Prælati eſt illa conferre, ſed ſolum reſignantibus debent conferri, ita text. noſter, alias collatio invalida eſſet, ita text. facit Cle. unic. de re perm. C. bonæ de poſtulat. Prelat. C. cũ olim de re iudic. cap. 1. de alien. iudici C. ſubgeſtum de appellat. C. dilectus de præben. Clement. unica de renunciatione l. ſi prætor ff. de re iudic. C. nonnullis de iudeis.

18. Ad quartam difficultatem dico affirmando, pro ut habetur in textu noſtro hijs verbis; *quinimmo ſi in Diæceſi aliqua quidam forte auctoritate Apoſtolica beneficia proximè vacatura expectent, illi tamen, qui ſecundum formam iuris ſua beneficia in eadem Diæceſi ad Ordinarii collationem ſpectantia, liberè, ac ſine fraude in manibus Archiepiſcopi reſignaverint, non niſi ex cauſa permutationis reſignaturi, ab huiuſmodi expectantibus circa faciendam permutationem minimè impedientur*, ita textus, hijs poſitis, modo quia in §. ſciendum eſt, autem numero undecimo, tetigi de adulterio ſpirituali loquendo, quod Epiſcopus, tranſiens ad aliam Eccleſiam ſuam relinquendo, dicitur adulterari, &c. ſicut in §. non abſimili, ſub n. 13. dixi quod non poſſunt beneficiati ſua

be-

beneficia ad invicem commutare abſque labe Symoniæ, hinc eſt quod hac occaſione appendicem ponam de adulterio, & ſimonia ſit igitur.

APPENDIX

De Adulterio, & Simonia.

1. ET ſi ſuperius dixerim de adulterio ſpirituali, modo agere volo de corporali, ad utilitatem confeſſariorum de ſexto præcepto, non mœchaberis, multa dicunt DD. mæchia, dicitur adulterium græcè, latinè vero adulterium vocatur, nempè accedere carnaliter ad mulierem alienam matrimonio ligatam. Prohibetur principaliter adulterium viri quoniam vir eſt fortior ad reſiſtendum, ut tradit Auguſtinus in libro de adulterinis coniug. debetque virtute ſua ſuam uxorem vincere, exemploque regere, &c.

2. Prohibetur hoc præcepto nomine adulterij omnium conſenſu, omnis inordinatus, & illicitus concubitus, tam quoad actus exteriores, quàm interiores, omnes actus tam perfecti, quàm imperfecti luxuriæ, tam interiores, ut ſunt cogitationes, & moroſæ delectationes, quàm exteriores ut ſunt, oſcula, tactus. Adulterium autem hic exprimitur; quia propter turpitudinem, quæ ipſi cum alijs carnalibus, & luxuriæ ſpeciebus communis eſt, iniuſtitiæ quoque in proximum peccatum adiunctum errorem habet.

3. Definitur autem, ſive deſcribitur a DD. ſic; *eſt illicitus, cum perſona coniugata concubitus*, quod quidem adulterium triplex eſt, primum coniugati cum ſoluta. Secundum ſoluti cum coniugata; Tertium coniugati cum coniugata; eſt gravius peccatum fornicatione; nam continet totam malitiam eiuſdem peccati, & prætera iniuſtitiam contra alterius coniugis, verum eſt, quod hanc malitiam non habet delectatio moroſa circa coniugatam.

4. Verum eſt; quod delectatio moroſa eſt peccatum lætale,

lætale, ſi eſt de actu ex ſe malo, ut eſt furtum V. G. adulterium, & omnis luxuriæ materia, quoniam ſecundum Galerum omnis cogitatio venerea, eſt incoata pollutio, tenet etiam Leſſ. lib. 4. cap. 3. dub. 15. n. 109. Diana p. 3. tom. 5. reſol. 1. Si vero actus eſt malus, quia ſolum eſt prohibitus aliqua poſitiva lege delectatio illius non eſt mortalis, quia lex poſitiva non prohibet actus internos, nec talis delectatio verſatur circa actum, ut malum, niſi verſetur circa illum, ut prohibitum, quod raro contingere poteſt, tenet Diana p. 3. tom. 5. reſol. 5. Tanner. in p. 2. diſp. 4. q. 8. dub. 7. n. 137.

5. Eſt autem adulterium, ſi uterque coniugij vinculo eſt adſtrictus, & tunc graviſſimum erit peccatum cum in illo actu duplex inveniatur mortifera iniuria, nempè iurium duorum violatio matrimoniorum, & duobus coniugibus in iuſtitia irrogetur, quarè in confeſſione eſt explicanda illa circumſtantia, ratione cuius in curia duplicatur, non enim ſufficit ſe accuſare de adulterio in genere, videatur Divus Thomas 2. 2. q. 154. art. 8. Silv. ibidem, Ledeſma in ſumma tract. 27. capi 12. & alij conſentientes cum ipſis, qui pauci non ſunt, inter quos eſt Clavis Regia lib. 8. cap. 3.

6. Quod eſt verum, etiam ſi maritus conſentiat in adulterium, ratio huius concluſionis deſumitur, ex definitione adulterij, nempè quod ſit ad alienum thorum acceſſio, etenim hic in hoc caſu non valet illud axioma vulgatum nempè *volenti, & conſentienti nulla fit iniuria*, prout loquitur lex Canonica de regulis Iuris in ſexto, nam hoc eſt tantum verum in illis rebus, in quibus homo eſt liber, & de illis liberè, & voluntate ſua diſponere poteſt, non autem de aliis, ex ligamine enim matrimoniali, in quo corpora coniugum ad invicem traduntur, naſcitur naturaliter, naturalis obligatio ſervandi fidem ad invicem, & hec obligatio, ut connaturalis matrimonio a neuter coniugum poteſt à ſe abijci, nam aliàs fit contra Ius matrimonij cui nullus coniugum poteſt

teſt efficienter cedere, quia non competit ipſi in ordine ad privatum bonum, ſed ratione ſtatus qui eſt communis, quapropter quantumvis vir conſentiat, ut alter cum ſua vxore copuletur carnaliter, ſemper remanet locus iniuriæ, & adulterij, ita Doctores ſupra citati numero 4. quibus addo Filiuccium tract. 30. cap. 4. q. 2. & 3. Navarrum in Manuali cap. 16. n. 5. Leſſium lib. 4. cap. 3. dubio 10. Bonaccina de matrimonio q. 4. punct. 15. n. 34. Sanchez de matrim. lib. 9. diſput. 15. n. 6. Azzorium tom. terzio lib. 3. cap. 7. Vignerium in inſtit. cap. 7. §. 4. verſic. 2. & alios multos poſt ipſos.

7. Pœnæ, quibus adulteri ſubduntur, mulier ſi adulterare habet, amittit dotem, & poſt ſententiam Iudicis adiudicatur marito accuſanti illam de adulterio; amittit Anulum, & munera, habita in nuptijs, non perdit tamen Paraphernalia.

8. E contrà verò, ſi maritus adulteratur, vel fornicetur vxor poteſt agere contra maritum, & Thori conſortio ſeparare (expectata tamen Iudicis ſententia) & maritus tenetur illi dotem acceptam reſtituere; verum eſt, quod, tam vxor adultera, quàm adulter vir, ſi reconcilientur, tam unus quàm alius omnia recuperant. Covarruvias p. 2. cap. 7. §. 6. & 9.

9. Hæredes mariti non poſſunt accuſare vxorem adulteram poſt mortem dicti mariti, ſi aliàs dictè uxoris adulterium, non erat viro notum, ante eius mortem; Secus ſi illi natum erat, & dotem eius, Iuſtè pretendere poſſunt, ita diuus Thomas in 4. diſt. 35. q. unic. art. 3. diuus Bonavent. ibidem art. unico q. 3. & habetur in C. ex literis de divortijs.

10. Adulter, ſicut, & uxor adultera, perdit Ius petendi debitum, & hoc ob actum adulterij, ita ut quod unus ſi petat tale debitum coniugale alteri, non tenetur alter illi reddere; ita citati DD. ſupra. n. 9.

11. Item

11. Item tam adultera, quàm adulter, poſſunt privari altero coniuge per ſententiam Iudicis, dummodo adulterium clarè probatum ſit, quoad cohabitationem ſcilicet citati Auctores n. 9. Pæna autem contra adulteros Iure codicis eſt inflicta pœna capitis; quamvis iuxta pandectam; ſolum debet fuſtigari, & in Monaſterium recludi, lege quamvis 1. C. ad legem Iuliam de adulteris Authent.ſed hodie C. de adulter. C. gaudeamus de divortijs in iure Canonico, tam maſculus, quam femina adulterantes excommunicantur, deinde fæmina in Monaſterium detraditur toto tempore vitæ ſuæ, ut pænitentiam agat, ſi aliàs maritus, non voluiſſet illam apud ſe.

12. Si autem detur Clericus adulter notorius, nempè, vel quia confeſſus eſt adulterium in iudicio, vel quia convinctus eſt, debet officio privari, detrudi in Monaſterium, fit infamis ex tali delicto, & irregularis, debet tamen ita eſſe convinctus, ut nullo modo, poſſit delictum trargiverſari V. G. debet conſtare, quod retineat adulteram in menſa, ut nutriat filios ex ea ſuſcepta, &c. Sylveſter verbo Adulterium q. 7. cum alijs ab ipſo citatis.

13. At quando quis adulter credit prolem N. ex eius adulterio genitam eſſe, & hoc indubitanter, ſimul cum matre adultera ad compenſationem damnorum illatorum filijs legitimis, & inſuper ad ſubſtentationem Prolis Spuriæ, & ſi eſt fœmina ad dotem eius, ratio eſt quia adulterium eſt contra iuſtitiam, undè ad omnia damna contra iuſtitiam illatam, adulter, & aultera tenentur in ſolidum compenſationem facere, non ſic in dubio probabili, quia in dubio poſſeſſio ſtat pro marito, quia in dubio nemo tenetur re ſua ſe expoliare, ante quam conſtet ſe debere alteri, ita firmat Leſſius lib. 2. cap. 10. dub. 6. Sylvius 2. 2. q. 62. art. 2. q. 7. Azzor. p. 3. lib. 5. cap. 6. Filiuccius tract. 32. n. 223. Salon. 2. 2. q. 62. art. 6. Henriq. lib. 11. cap. 21. n. 2. & 3. Bonacc. de matrim. q. 4. punct. 3. n. 8. & 9. Layman. lib. 3. par. 3. cap. 14.

14. Cum

Digitized by Google

14. Cum vero duo adulteri habent rem cum Berta abſente marito eiuſdem, & ingravidatur Berta, & parere habet prolem, uterque ex adulteris, tenentur ad alimentum Prolis, & ad damna, quæ inferuntur legitimis filijs, & ſi unus illorum non vult concurrere, alter cum adultera tenentur ad totum, rationem invenies apud Baſseum verbo adulterij pag. 37. colum. 1. n. 4. nempè, quod ſicut in dubio, utrum res ſit Franciſci, vel Ioannis antequam ullus eorum illam poſſideat, eſt æqualiter inter eos dividenda, eodem modo procedendum eſt in caſu propoſito, dummodo ſaltem conſtet per præſumptionem, ut ait Lugo de Iuſtitia tom. 1. diſp. 13. ſect. 2. Diana par. 4. tract. 3. reſol. 31. & p. 7. tract. 11. reſolut. 35. Seloſ. 1. 2. tract. 8. diſp. unic. ſect. 24. n. 248.

15. Quid quid dicant aliqui de auctore legitimæ ſuppoſitionis, quia dicunt ipſi non intendebat prolem adulter, neque damnum legitimorum filiorum, ſed hoc fuit per accidens: ergo non tenetur ad damna, ſicut ſi adultera procuraſet abortum prolis ad nihil tenetur adulter, ipſo in ſcio de cauſa abortus, nam ſemper eſt verum, quod circa prolem ſpuriam, adulter dedit operam rei illicitæ ex qua ſimilia damna, ut plurimum ſequntur, immò ego addo quod ſi adulter adulteram ad adulterium provocauit, ad omnia damna ipſe adulter tenetur, quia eſt cauſa principalis damni, verum eſt, quod ſi adulter deficeret, adultera ad omnia damna tenetur, quia non coactè, ſed voluntariè, deſcendit ad fornicationem, ita Azor. p. 3. l. 5. cap. 6. q. 6. Leſ. lib. 2. cap. 10. n. 43. & ſeq. Vaſq. de teſtam. cap. 5. §. 1. n. 22. Navar. cap. 16. n. 40. Sylvius 2. 2. q. 62. art. 2. q. 7. concl. 3. Bonacc. de matrim. q. 4. p. 15. n. 13. Mald. 2. 2. tract. 3. cap. 4. dub. 9. cum alijs DD. non parvi momenti, & numeri.

16. Si autem proles ex adulterio non ſit nata, vel nata moriatur, & non ſit hæres, ita ut damnum alicui non afferat ad nihil adulter tenetur, & hoc quantum ad eorum

externum, tenetur tamen dolere de peccato, iniuſtitia, & veniam petere, immò ſi maritus adulteræ peteret in tali caſu ab adultero pretium iniuriæ (ut ita dicam) non tenetur adulter præſtare, quia à iure eſt interdictum, videatur Molina tom. 4. de iuſt. tract. 3. diſp. 100. Sylv. 2. 2. q. 62. art. 2. q. 7. concl. 1. Filucc. tract. 32. n. 222. & l. tranſigere, 18. C. de tranſactionibus.

17. Verum eſt, quod ſi maritus ſecretè tranſigeret ab adultero in caſu propoſito non peccaret, nec ad reſtitutionem teneretur (poſt commiſſum adulterium intelligo) verum eſt quod ſi adulter nihil promiſit adulteræ, ad actum turpem, ut illam provocaret ad nihil tenetur, quia uſus corporis ſecluſo contractu, & promiſſione, non eſt pretio extimabilis, ſi verò adeſt promiſſio tenetur, quod etiam valet in fornicatione inter ſolutos; Immò addo, quod ſi adulter aliquid dedit adulteræ, illa debet dare, & conſignare marito ſuo, nam quidquid, adultera acquirit marito acquirit, quia acquirit medio rei alienæ, nam illa non habet poteſtatem in corpus ſuum, dummodo non ſit peculium illi datū ad detegendum ſuū peccatum, vide de hijs caſibus Leſſ. dub. 5. Malderum 2. 2. tract. 3. cap. 4. dub. 8. Azzor. p. 3. lib. 5. cap. 6. q. 9. Bonacc. punct. 15. n. 15. & 16. Caſpenſem tract. 18. diſp. 4. ſect. 2. n. 17.

18. An autem adultera quæ eſt bonæ famæ ſi parit expurium partum, teneatur manifeſtare illum eſſe talem cum periculo vitæ, & famæ, quæ quidem proles aliàs legitima cenſetur? Partem negativam, defendunt Auctores ſequentes nempe, Clavis regia lib. 8. cap. 5. n. 8. & 9. Toletus lib. 5. cap. 11. cum Nauarr. in Manuali cap. 16. n. 44. & innumeris auctoribus. Tenetur tamen adultera quantum fieri poteſt, ſinè famæ iactura, & vitæ periculo procurare ne legitimi filij iacturam patiantur quomodo ut alibi ſupra dixi n. 15. tenetur ipſa mater adultera ſi habet bona pala phernalia, &c. damnum reſarcire, relinquendo tantum legitimis

quantum

quantum eis abſtulit per adulterani prolem non manifeſtatam ob conſervationem ſuæ famæ, ſi vero adultera mulier nihil habet, non tenetur manifeſtare ſe ipſam adulteram marito, ſed tenetur ſpurium filium inducere ad ſtatum talem, quod non poſſit eſſe hæres bonorum Patris putativi; niſi eius fama præponderent damnum filiorum, vide (oh Lector) Auctores ſequentes, & ſupracitatos. Sequentes ſunt qui etiam tenent filium expurium non teneri credere matri dicenti illum eſſe expuirium, ita Henr. lib. 11. cap. 21. n. 2. lit. K. Covarr. ad Reg. peccatum p. 1. n. 8. Suarez de cenſuris diſp. 50. ſect. 4. Bannes 2. 2. q. 62. art. 6. Diana p. 3. tract. 5. reſol. 30. Sylu. cap. 6. concl. 6. & 7. Sayrus de cenſuris lib. 6. cap. 10. n. 37. Azzor. p. 3. lib. 5. cap. 6. q. 5.

19. Certum eſt, quod filius ſpurius non tenetur credere matri adulteræ dicenti filio, tu es ſpurius, quamquam mater hoc aſſereret cum iuramento, & maximè ſi tempore conceptionis dicti filij, pater eius ſuppoſitus habitabat cum matre, nec tenetur dictus filius à ſe abdicare hæreditatem, ratio eſt, quia alleganti ſuam infamiam cum alterius præiudicio, nulla debetur fides, & cum publicè, dictus filius reputetur legitimus, non tenetur cum tanto ſuo incommodo illegitimum reputare, antequam clarè convincatur de ſua illegitimatione, tanto magis, quod illi favet matrimonium legitimum Patris, & Matris, & educatio, & nutritio ſemper apud illos; ſi tamen Teſtibus fide dignis filius convincatur eſſe illegittimum; tunc tenetur credere, & hæreditati cedere, ità Auctores ſupracitati n. 19. quibus addo Layman. lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 14. Caſpen. ſect. 2. n. 12.

20. Mater adultera abſquè peccato, poteſt ad occultandum adulterium exponere filium ſpurium, dummodo prius ſit baptizatus, & bene involutus ne frigore, aut alio accidenti ſit ſecurus à morte. Pater ipſius, ſi eſt dives tenetur dare hoſpitali, alimenta ipſius filij, quia talia hoſpitalia

facta ſunt pro pauperibus, ſi autem pater pauper eſſet, & mater dives tenetur ipſa ad dicta alimenta, legatur Caietan. in ſumm. verb. adulterium, Navarr. in manual. cap. 14. n. 17. Tolet. lib. 5. cap. 1. n. 11. Bannes de Matrim. q. 4. punct. 15. Leſſ. lib. 2. cap. 19. n. 69. Molina tom. 4. de iuſt. & iur. tract. 3. diſp 103. Caſpenſis tract. 18. diſp. 4. ſect. 2. n. 16.

21. Si maritus utatur uxore ſua ex parte poſteriori, & ipſaconſentiat in hoc, eſt adulterium, & peccatum contra naturam, & uterque, eſt obligatus, in confeſſione utramque circumſtantiam explicare; quia coniux non eſt data ad illum actum, ſed ad naturalem, undè talis actus, eſt ad alterum coniugem geſtus, ita Caietan 2. 2. q. 154. art. 1. ad 4. Sotus in 4. diſt. 31. q. unic. art. 4. Sanchez de Matrim. diſp. 18. Ledeſma de Matrim. q. 49. art. 6. dub. 2. poſt 1. concl.

De Simonia.

22. Simonię nomen à Simone Mago dictum eſt, qui ut habetur actorum 8. volebat emere ab Apoſtolis ſpiritualem poteſtatem, & ob hoc obtulit illis pecuniam, prout omnes DD. communiter ſcribere habent, undè ita definiri ſolet; *eſt ſtudioſa voluntas, emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum pratio temporali, vel pratio extimabili,* dicitur ſtuſtioſa voluntas, &c. quia debet eſſe voluntas plenè deliberata, quia ſi actus non eſſet plenè deliberatus, non poſſet eſſe ſimoniacus, quoniam non eſſet actus liber omni libertate, emendi, aut ſolvendi, dicitur; *emendi, & vendendi*, quibus verbis ſignificatur commutativus, & non gratuitus, nam omnis contractus quodatur res ſpiritualis, vel ius ſpirituale, ſub conditione, & onere, eſt ſimoniacum, quarè omnis permutatio præbendarum, vel Eccleſiaſticorum beneficiorum, ut dixi in ultima antecedenti Rubrica fieri non poteſt authoritate partium abſquè periculo Simoniæ, ſicut nec tranſactio, ut iura alligata loco cit. determinant

poteſt

poteſt tamen Prælatus ex officio ſuo huiuſmodi permutationes facere pro cauſa utili, & neceſſaria, ut ſupra dixi in §. non abſimilis ultimæ Rubricæ citatæ, ita D. Thom. 2. 2. q. 100. ad. 2. & 5. & in 4. ſententiarum diſt. 25. q. 3. art. 2. ad 8. Dicitur; *aliquid ſpirituale*, nempè id quod aliquo modo eſt ſupernaturale; ut ſunt gratia gratum faciens, dona Spiritus Sancti, virtutes ſupernaturales, grat'æ prævenientes, &c. Sacramenta, officia Eccleſiaſtica, conſecrationes, & benedictiones Eccleſiæ. Dixi; *vel ſpirituali annexum*, ideſt id, quod cum aliquo ſpirituali aliquam connexionem habet, vel antecedenter, ut eſt ius Patronatus, vel conſequenter, ut ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quia ſupponunt officium divinum, vel concomitanter, ut labor in prædicando, in miniſtrando Sacramenta, de quibus, dicam infra. Dicitur, *pretio temporali*, nam ille qui vendit rem ſpiritualem pro temporali, vileſcere facit res ſpirituales, & illas conculcare habet; itá habet hanc deffinitionem explicare diuus Thom. 2. 2. q. 100. ſupracitata, Sylvius ibid. Laym. lib. 4. tract. 10. cap 8. §. 1. Soar. tom. 1. lib. 4. cap. 1. Crouſen. ad cap. 7. regul. Minorum lect. 7. Leſſius, Azorius, Reginaldus, Bonaccina, cum alijs.

23. Dividitur autem ſimonia, in Simoniam Iure divino prohibitam, & in prohibitam iure Eccleſiaſtico; illa, Simonis Magi erat contra ius divinum tantum, non autem contra ius Eccleſiaſticum, quoniam tunc nullum ius Eccleſiaſticum erat. Ius autem divinum provenit à iure naturali, nimirum, quia, quodamodo natura edocta lumine fidei, dictat res ſupernas, cuiuſmodi ſunt Sacramenta, divina officia, &c. ſanctè eſſe tractanda, non pretio vendenda, aut emenda, unde dicitur apud diuum Matthæum, *gratis accepiſtis gratis date*. Laym. c. §. 6. n. 6. Bonacc. de Simonia d. 1. q. 3. n. 1. & 2. Filiuc. tract. 45. cap. 1. q. 3. 4. 5. Suar Sylu. & alij.

24. In hac materia ſimoniæ probabiliſſimam teneo ego, pro-

propoſitionem, quod non detur parvitas materiæ; & ſi datur, non datur ex levitate materiæ, ut hic, ſed ſolùm ex inconſideratione, & ignorantia, habente admixtam venialem negligentiam, nam ſimonia habet ſibi annexam malitiam intrinſecam, quare nullo colore poteſt illa materia mutari, quia ab illa malitia inſeparabilis eſt, & tenet Paſqalig. dec. 478. qui non admittit etiam parvitatem materiæ excuſantem à peccato mortali in ſimonia, quæ eſt de Iure poſitivo Eccleſiaſtico, pro ut ipſe firmat in ſua decif. 479.

25. Verum eſt, quod in foro exteriori parvitas materiæ excuſare poteſt à Simonia, nempè quando pretium eſt longe inferius retradita; tunc enim rationabiliter non præſumitur venditio, quod deſum. ex C. & ſi quæſtiones de Simonia, ubi dicitur non commiſiſſe Simoniam eum, qui dedit equm Cardinali, a quo eiuſdem frater erat accepturus palivm, quia cum eſſet dives, equs erat quid modicum, reſpectu illius, idem Paſqual. dec. 480.

26. Malitia iniuſtitiæ non ſemper cum ſimonia coniuncta eſt; Adeſt tamen ſemper malitia contra religionem, nempè irreverentiæ, & indebitæ extimationis ſacrarum rerum Vndè ſimoniacus iniuſtus etiam erit ſi actionem vendat, ad quam ex officio tenebatur, ut eſt Parochus in adminiſtratione Sacramentorum, vel in dando ſepulturam mortuis, in benedicendo, &c. pretium accipit; Nec ego intelligere poſſum hanc rem, nec quomodo ſalvare poſſint conſcientiam ſuam; ſi à parochia datur eis alimentum neceſſarium ad ſtatum ſuum, & deindè pro rebus ſanctis pretium petant, & etiam iuridicè extorqueant aliquando à ſuis Parochianis; Videtur Suar. cap. 4. n. 5. Filucc. tract. 45. cap. 1. q. 8. & 9. Baſſeus verb. ſimonia pag. mihi 791. n. 4.

27. Hæc ſimonia uſque modò deſcripta, eſt impoſita à Iure Divino, cui ſubiectus eſt etiam Pontifex, quia æque, ac alij Divinæ legi ſubiectus eſt. Adeſt autem alia ſimonia Iure tantum humano prohibitam, quia Eccleſia poteſt prohibere

Digitized by Google

hibere, ne aliqua annexa rei ſacræ vendantur, & hoc ob irreverentiam talis rei. Res autem in quibus committitur ſimonia contra Ius humanum, ſunt plures. Prima eſt permutatio beneficij cum alio beneficio abſque licentia legitimi ſuperioris, ut pluries ſuperiùs tetigi tam in antecedenti Rubr. quam in hac Appendice. Secunda eſt reſignatio beneficij ſine debita licentia cum penſione. Tertia, venditio beneficij. Quarta, acceptio alicuius rei ratione examinis, & admiſſionis ad profeſſionem; vel ad habitum Religionis, collationis officij ſpiritualis, vel habentis annexam authoritatem ſpiritualem. Hinc miror multum de aliquibus ſuperioribus, qui volunt dare habitum petentibus, & dignè petentibus, nec ad profeſſionem iam receptum admittere, niſi tantùm ſolvant ipſi, & Novitiorum Magiſtro, quando Summus Pontifex omninò interdicat tales receptiones, ſicut in viſitationibus ſuis Conventuum, & Eccleſiarum petunt ex iuſtitia aliquam propinam: Quando tam Prelati Regulares, præter victum, nihil debeatur, & circa Novitios ſtatutum ſit, quòd præter victum, & veſtitum anni novitiatus nihil ab eis ſumatur; & Concilium Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat. Videatur quid dicant ſequentes DD. de hac tertia acceptione ſimoniæ, Filucc. q. 12. Leſſ. 2. cap. 35. n. 35. Bonac. q. 3. n. 2. & 3. Sylv. c. art. 1. de qua ſimonia credo non eſſe immunes Superiores procurantes omni induſtria, & arte, ut eligantur ſuperiores conventuales ſuos benevolos, ut ab illis munera recipiant, & ſuum votum tempore electionis ſucceſſoris pro eorum libitu ſucceſſorem eligant, ut ſe manuteneant in dominio, & vita libera [ſiqui ſunt de iſtis, quod Deus non permittat] quia cum continuato dominio conventus dilapidant, & ſubditos tyrannide ſua opprimunt, & præcipuè benemeritos. Quarta, venditio officiorum ſub quovis colore, dummodò, ut dixi, ſint ſpiritualia, vel ſpirituale aliquod annexum habeant, & hæc ſimonia eſt legis gratiæ, & poſitiva appellari poteſt, & eſt eadem cum ſimonia con-

tra

tra legem naturalem, at quæ adeo eiuſdem gravitatis ſubſtantialis, ubi noto quod Pontifex non poteſt incurrere in pœnas ſimoniæ Iure Eccleſiaſtico ſtatutas, quia non ſubditur legibus quoad vim cogendi per pœnas; Videatur Divus Thom. loco cit. ſupra artic. 1. ad 7. Sylveſt. verb. Simonia q. 4. Baſſeus pag. 791. col. 2. n. 5.

28. Dividitur autem ſimonia, iterum in mentalem, conventionalem, & realem, ſimonia mentalis, item ſubdividitur in ſimoniam, quæ conſiſtit in puro interno propoſito è voluntate committendi ſimoniam, etiam ſi nullo modo prodeat in exteriorem actum, ut alia vitia mentalia; alia eſt illa actio, quæ ſit mente ſimoniaca, undè quando iura loquuntur de ſimonia mentali, non ſunt intelligenda de ſimonia primo modo accepta, in ratione mentalis ſimoniæ, quia hæc continetur in reali, vel conventionali, quia hæc non poteſt cadere ſub pœnis Eccleſiaſticis, cum Eccleſia de internis non iudicet. Simonia conventionalis eſt illa quando non ſolùm eſt internum propoſitum obligandi, ſed etiam ad externam conventionem proceditur, ſine tamen executione ſaltem utrique facta, & hæc conventio debet eſſe facta verbis expreſſis ſivè directis, ſivè obliquis, ſivè obſcuris, aut nutibus, quæ ſimonia etiam duplex eſt, altera, in qua neutra ex parte venitur ad actum exteriorem dandi, vel recipiendi, ſed tam ex una parte, quàm ex alia conſiſtit tantum in promiſſione, altera eſt, quæ ex una parte completur, ex altera vero non; Alia dicitur ſimonia realis, & eſt illa in qua pactio ex utraque parte completa eſt, ſaltem incoactivè, nempe facta eſt collatio beneficij ex una, & ex altera eſt facta pars ſolutionis, his poſitis.

29. Quæritur 1. an Papa recipiendo pecuniam pro aliqua re ſpirituali ſimoniam committat, Decius hinc ſolvit dubium conſ. 141. n. 2. & dicit, quod renunciatio beneficij facta alicui precedente conventione partium cum appoſitione penſionis, vel eius augumento accedente, poſtea auctoritate Papæ, pur-

purgat vitium ſimoniæ, quia Papa habet plenitudinem poteſtatis, & poteſt ſupra ius diſpenſare [loquendo de iure poſitivo Pontificio) quia ut ſupra dixi n. 27. in hac appendice, non tenetur conditor legis vi coactiva ad obſervantiã legis C. propoſuit de conceſsio, prebend, & hoc in beneficialibus in quibus ſimonia committitur ex conſtitutione Eccleſiæ. Gloſ. in C. cum pridem, de pact. ubi Antonius de Butrio, & Imola ibidem. quare cum conventio in tali caſu prohibita ſit ex conſtitutione Eccleſiæ, & non de iure divino ut dixi, mero. Papa poteſt diſpenſare, Adde Decium conſil. 436. n. 11.

30. Hinc obiter noto, quod Pontifex ſummus Romanus in beneficialibus, cum regulariter beneficia ſint perpetua, ut dicit Gloſ. in C. ſi pauper de prebendis in 6. & ex textus in C. præpterea diſt. 55. & in cap. 1. de Cappellis monac lib. 6. fit quod Clericus ſecularis non poteſt a beneficio removeri, niſi ob grauiſsimum delictum, & ſolus Papa poteſt conferre beneficium ad tempus, & ſub conditione, facit Gloſ. notabil. in C. ſi gratioſe de reſcriptis in 6. Franc. in dicto C. ſi pauper n. 4. Item dico, quod in beneficijs, Papa habet abſolutam poteſtatem infert. Marian. Sair. in C. ad audientiam n. 406. quod poſsit Papa diſpenſare, cum homicida voluntario, immò etiam quoad ordines, & eſt communis ſententia, unde quando dicitur in C. minor diſt. 50. quod Papa non diſpenſat. intelligitur difficulter, ſi tamen vult poteſt, Marian. Soncin. n. 390. hæc obiter.

31. Adverte tamen primò, quod ſimoniacus præter culpam ſacrilegij, incurrere immediatè, & ipſo iure excommunicationem Papalem, Privationem beneficij venditi, vel empti, & obligationem reſtituendi pecuniam acceptam; Extravagant. 1. & 2. de ſimonia; an vero iniſtis pœnis, incurratur, &c. in omni ſimonia; Reſpondeo cum Soto lib. 9. q. 8. art. 2. propè finem, & art. 1. ad. 6. verbo **Porro pænam reſtitutionis incurri ſolum in ſimonia benefi-**

 ciali;

ciali ; ordine, ingreſſu, Religionis, excommunicationem, vero in omni ſimonia; quidquid dicat Tanner. in 2.2. diſp. 5. q. 8. dub. 4. n. 95. verum eſt, quod ſecundum Turrianum, quod pretium acceptum in collationem Sacramentorum, non tenetur, quis reſtituere; ſed ego hanc opinionem non tenerem; ſed dicerem, quod in omni ſimonia, tam iure divino, quam naturali, ſivè Eccleſiaſtico, quis tenetur reſtituere prætium receptum, vide de hac re DD. Etenim quod eſt iniuſtè acceptum ſemper eſt reſtituendum.

32. Quare notandum eſt, quod ſecundum probabilem ſententiam nomine beneficij non venire penſionem, quæ ſolet aſſignari ſeni renuncianti beneficium ob labores exhibitos, aut Clerico pauperi in alimentum, & quæ conceduntur in renunciatione, & commutatione beneficiorum, quæquæ datur perſonæ ſæculari, ut Principi, militi ad componendam litem dubiam, ſuper beneficio, vel filio, comitis etiam, Clerico pro ſervitio, quæ pater Eccleſiæ præſtitit, & generaliter nullam penſionem, dempta ea, quæ datur in titulum beneficij ob aliquod miniſterium, ſpirituale futurum coaditorem Epiſcopi, vel Parochi ſenis, quia omnes aliæ penſiones ſunt merę temporales, ità Sanchez in opuſcolo tom. 2. lib. 2. cap. 3. dub. 46. n. 19. contra Enriquez lib. 13 cap. 13. n. 2. & alios multos. Item non venit Vicarius Epiſcopi ſic Sanchez dub. 113. n. 6. contra Lopez p. 1. cap. 307. veniunt tamen prælaturæ Regularium non amovibiles, V.G. Generalatus. Provincialatus, & cæteri Superiores cōventuales ut ait Sigismundus a Bononia de electione p. 2. cap. 1. dub. 58. nequè in hoc benè ſentit Diana in ſumma dicendo. Quod Superiores conventuales connumerantur inter Prælatos amovibiles, quia ſine proceſſu, & iuſta cauſa non poſſunt amoveri, ſicut eodem modo, ac Generalis, & Provincialis.

33. Item aſſero non eſſe ſimoniam ſi detur Sacerdoti ſtipendium pro Miſſa cantanda, quia tunc non datur

illi

illi pæcuniâ pro prætio conſecrationis Euchariſtiæ, aut Miſſæ decantatæ, hoc namque ſimoniacum eſſet, ſed datur inſtipendium ſuæ ſubſtentationis, alias eſſet ſimoniacus Sacerdos non ſolum qui pecuniam accipit; verum, & ille qui illi pecuniam dat. ita Angelicus Doctor 2. 2. q. 100. art. 2. ad 2. & 4. ſententiarum, diſt. 25. q. 3. art. 2. quæſtiun. 2. ad 4. Franciſcus Getius in Teſauro animæ pag. 391. n. 11. qua propter, quando legitur in C. extra de præbendis, quod aliqui Canonici Sacerdotes quidam unam præbendam in Eccleſiam dederunt, ut Miſſã B. M. Virginis quotidiè celebraret, & in ſimoniam non inciderint, intelligendum eſt ibi non fuiſſe pretium pro Miſſa, ſed illi præbendæ annexum erat onus talem Miſſam celebrandi; idem angelicus 4. ſententiarum diſt. 25. q. 3. art. 2. quæſtiuncul. 1. ad 5.

34. Nec poteſt paciſci de prætio aliquo pro anniverſario celebrando, abſquè delicto ſimoniæ; ſi tamen cum devotione aliquis, aliquid det Eccleſiæ, Eccleſia tenetur celebrare pro illis, pro quibus rogatur ita Sanctus Thomas in 4. ſententiariarum diſtinct. 25. q. 3. art. 2. quæſtiunc. 2. ad 1. & ut explicet hanc doctrinam, & propoſitionem S. D. Angelicus ponit duas concluſiones, ſequentes, quæ ſunt, nullo modo licet paciſci pro anniverſario celebrando. Secunda concluſio eſt, ſi tamen cum devotione aliquid detur Eccleſiæ Eccleſia tenetur celebrare pro illis, pro quibus rogatur; Vnde advertendum eſt, quod diuus Thomas loco citato inquit, quod actus aliquis ſpiritualis dici poteſt dupliciter; vel ſcilicet quantum ad ſuum principium, quod competit alicui ex aliquo ſpirituali dono, vel officio, vel quantum, ad ſui finem, ut quando per actum ad aliquod ſpirituale pervenitur; in actibus ſpiritualibus in primo ſenſu, quia ſpirituale eſt ex parte agentis, nullo modo ſine ſimonia locare quis actus ſuos poteſt, ſed poteſt aliquid accipere pro ſubſtentatione vitæ. In actibus ſpiritualibus in 2. ſenſu quia ſpiritualitas non eſt ex parte agentis; poteſt etiam emere,

 vel

vel vendere opera ſua, ſed non vendere hoc ſpirituale, quod ex eius actu acquiritur. in caſu ergo noſtro celebrare anniverſarium, eſt ſpiritualis actus in primo ſenſu, & ideo nullo modo licet paciſci pro eo celebrando, ut dicit diuus Thomas in prima concluſione, in ſecunda vero concluſione notandum eſt, quod ſi aliquid cum devotione detur Eccleſiæ tenebitur celebrare pro illis, qui illud dant.

35. Clericus verò dando, aut recipiendo beneficium per ſimoniam, non tantum excommunicotionem incurrit, per Extravagant cum deteſtabile, de ſimonia, ſed etiam ſi fuerit occultum crimen, quoad ſe tantum remanet ſuſpenſus, ſi publicum, quoad ſe, & alios fit irregularis celebrando Covarr. Clement. ſi furioſus p. 1. §. 1. n. 7. ſequtus Inn. & panormit quos ipſe allegat.

Simoniaca ſine dubio erit quælibet præſentatio beneficij, ſivè collatio, aut electio, vel poſtulatio, nec non immiſſio in poſſeſſione, quando fuit data, aut promiſſa pæcunia, aut alia res temporalis, pro habenda dicta collatione præſentatione, &c. ita C. Matthæus de ſimonia; Abbas Navarr. in ſumm. cap. 23. n. 100. Decius conſ. 118. & alij quam plurimi, verum eſt, quod ad incurrendas dictas pænas, requiritur non ſolum rei ſpiritualis, vel è contra traditio, ſed neceſſaria eſt traditio utriuſque, ita Filiucc. tract. 45. de vitio ſimoniæ cap. 13. n. 13. & Bonaccina tom. 3. de cenſ. in partic. diſt. 2. q. 3. punct. 24. n. 6. & alij.

36. Quæritur, an dicatur tradita res ſpiritualis ex eo tantũ quia fuit facta præſentatio, & negativè reſpondeo cum alphonſo de Leone, de officio Cappell. q. 4. prax. 5. n. 212. ex eo quia poſſet preſent. pænitere, & ideò requiritur, ut ſequatur inſtitutio ad hoc, ut dicatur tradita res ſpiritualis.

37. Non tamen committeretur ſimonia præſentando quis aliquem ad beneficium cum onere defendendi iura beneficij, aut recuperandi bona ipſius beneficij uſurpata, vel alias deperdita, aut congerendi in unum beneficij ſcripturas, cum

iſtitu-

iſtitutus in beneficiũ ſit beneficij defẽſor à iure, facit pro me in hac concluſione Lambert. lib. 3. q. 2. n. 2. & adeſt etiam pro me Rota Rom. in Rom. iuris patron. 10. Novembris 1600. & 29. Ianuarij 1601. coram Millino prout fatetur Alphonſus de Leone loco cit. n. 208. qui etiam cum Filiucc. cit. cap. 6. n. 13. & Bonacc. de ſimonia q. 4. §. 11. n. 4. non tamen poteſt fieri pactum, cum preſentato à præſentante, proprijs expenſis & iura præſentationis defendat, cum hoc ultimum redundet in utilitatem præſentantis, ut ſcilicet valeat ſuam preſentationem ſtabilire.

38. Aliud dubium propono, quod eſt curioſum, nempè an reddatur præſentatio ſimoniaca, quando una vox ex pluribus eſſet ſimoniaca? Quod idem valet de electione, &c. nempe quando illa vox eſſet ſimoniace aquiſita? Reſpondeo quod ſciente præſentato, vel electo certum eſt præſentationem, vel electionem eſſe ſimoniacam, non ſic præſentato, vel electo de hoc ignoro, ita Machad. dec. 4. de iure patron. Roman. conſ. 317. Creſent. dec. ultima de ſimonia, & ſentit cum eis Alphonſus de Leone cit. n. 204.

39. Poteſt tamen ille qui præſentatus eſt, vel illi collatum eſt beneficium, etiam ſi ab alijs pro ipſo beneficio obtinendo pro eo, aliquid datum ipſo inſcio, etiam poſt acceptionem beneficij ſciens tales dationes, &c. pro ſe beneficium acceptum iuridicè defendere; & ita habetur in text. in C. præſul. de electione, & in C. ex inſinuatione, & in C. nobis de ſimonia, Rota diverſ. p. 1. dec. 285. Bonacc. de cenſ. in particul. diſp. 2. q. 3. punct. 24. n. 12. & Alphonſus de Leone loco cit. n. 202. dummodo non ſit commiſſa ſimonia cum omnibus præſentantibus, vel eligentibus, & adſint præſentiones bonæ, vel bona, & legitima vota in electione, ita fuit reſolutum, in comen. Cappellæ 6. Martij 1595. coram Millino.

40. An licitum ſit ſine labe ſimoniæ, exponere reliquias, Immagines Sanctorum, vel Sanctarum, vel Sanctum Chri-

ſtum

ſtum Dominum Crucifiſſum venerandas, &c. ob lucrum oblationum indè provenientium, vel opponendo capſam, ut ibi, devoti elemoſinam ponant, etiamſi hoc non ſit explicatum, ab exponentibus? Affirmant Angelus, Sylveſter verb. reliquiæ, Azzor. tom. 1. lib. 9. cap. 8. q. 7. Graff. 2. p. lib. 2, cap. 14. n. 7. Limita tamen, ſi hoc fiat principaliter ad finem quæſtus. Secus ſi principaliter fiat ad cultum Sanctorum, vel Sanctarum Reliquiarum, quidquid dicat Sanchez lib. 2. moral. cap. 43. n. 22. ego tamen me remicto C. fin. de reliquijs, & venerat. Sanctorum, & Trident. ſeſſ. 25. in decreto, de invocat. & veneratione, & reliq. Sanctorum, quia vere ſimonia, requiritur pactum, ubi in caſu propoſito non eſt.

41. Non eſt ſimonia aliquid exigere pro doctrina Thæologiæ naturalis, ſeu Mætaphiſicæ, quia hæc Doctrina non eſt res ſnpernaturalis, ſed actus naturalis intellectus, eſt, adducens alterum ad cognitionem naturalem, ac proindæ non eſt materia ſimoniæ. Exigere aliquid pro ſimplici cathecimo ſivè Doctrina, & veritate fidei tradenda tamquam prætium eſt ſimonia, quia hæc Doctrina non extimatur niſi quatenus diſponit ad ſalutem animæ ſi Theologia pro cognitione miſteriorum fidei, & ſcripturarum diuinitus infuſa accipiatur, exigere aliquid pro eius uſu tamquam prætium eſt ſimonia, quia hæc eſt gratia, gratis data, & ſupernaturalis. Si vero Theologia accipiatur, ut ſcientia, que ex principijs fidei per induſtriam rationis naturalis deducit concluſiones, pro quibuſdam eius actibus pretium accipi poteſt, & pro quibuſdam non, quatuor etenim functiores habet Theologia 1. ex principijs fidei deducere concluſiones 2. ex Sacris DD. interpretrari ſcripturas 3. docere doctrinam Criſtianam 4. dare reſponſa ad placandas conſcientias, pro 3. & 4. nihil exigi poteſt abſquè labe ſimoniæ, quid quid dicant Doctores de 1. & 2. videantur ſequentes Doctores circa mea aſſerta, & præcipuè Suarius l. 4. cap. 18. n. 9.

n. 9. Laym l. 4. tract. 12. C. ultim. §. 4. num. 30. Syluius art. 3. in reſponſ. ad tertium q. 1. Filiucc. tract. 45. cap. 4. quæſt. 7. & 8. Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 13. Bonacc. q. 4. §. 10. num. 5. & 6. ac 7. Victoria relect. 11. de ſimonia num. 6.

42. Dubitatur etiam, an ſtantibus à me aſſertis ſupra n. 27. in hac appendice nempè quod inter religioſos à novitijs nihil exigi poteſt, pro ingreſſu religionis, aut profeſſionis, niſi victus, & veſtitus pro anno nouitiatus, an intelligatur etiam hoc de novitijs monialium, quæ de facto, ultra dotem & redditum annuum accipiunt, an ipſæ moniales ſubdantur pænis, latis in Conſilio Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat; res curioſa eſt hæc difficultas, & precipuè, quia cum Concilium, & ſummus Pontifex in ſuis conſtitutionibus non diſtinguat, videtur quod nos etiam diſtinguere non debemus, attamen meo videri, in hac re debet dari Epicheia, quia eſt diſpar ratio de novitijs regularium fratrum, & Monachorum, ac de novitijs monialium.

43. Saltem contraria conſuetudo, quæ diuturna eſt, quę in monialium monaſterijs obtinuit, de facili damnari non poteſt, nam per Auctores citandos in fine huius numeri videtur quod expediat, & precipuè ad fugandas amicitias monialium cum ſecularibus, quæ ut plurimum oriuntur ex illarum neceſſitatibus, ut habeant aliquos redditus præter dotem, quem Monaſterio erogare habent pro eis eorum parentes, qua propter Summi Pòntifices, Martinus V, & Clemens VII. declararunt nolle, ſe ut moniales cenſuram aliquam incurrant, eo quod ingreſſu, aut profeſſione ſuarum aliquid exigant, ut teſtatur Navarr. cap. 27. n. 106. Sylu. verb. ſimonia 7. n. 15. in fine. Philiar. tom. 2. de officio Sacerdotis lib. 6. cap. 7. Suarez de cenſuris d. 22. ſect. 5. n. 13. Leſſ. cap. n. 7. Laym. cap. n. 39.

44. Quæritur hic curioſitatis Gratia. Si Petrus male diſpoſitus paciſcatur cum confeſſore ſuo, tempere Paſchatis,

ut Palam abſolutionem fictam ipſi impertiat, ſine intentione tamen illum abſolvendi, ſed hoc tantum, ne circunſtantes dubitent de eius abſolutione; an ſit ſimonia; Reſpondeo ibi non dari ſimoniam, quia in tali caſu confeſſarius ille nihil vendit ſpirituale, bene verum eſt quod eſt turpe lucrum, & omnino fugiendum, ita Baſſ. verbo ſimonia pag. mihi 796. column. 2. n. 11; Caietan. in opuſc. tom. 2. tract. 9. q. 2. Sotus lib. 9. de iuſt. q. 8. art. 1. Tanto magis quod, illæ actus non eſt iuriſdictionis Eccleſiæ,

45. In quibus actibus iuriſdictionis Eccleſiæ eſt materia ſimoniæ, nam ſicut poteſtas Eccleſiaſtica ſpiritualis eſt, tum ratione principij, tum ratione finis, ità ſunt ſpirituales ab ea procedentes, undè ſimoniacum eſt prætium dare vel accipere pro abſolutione à peccatis; pro delegatione facultatis ad audiendas confeſſiones, vel pro data alicui facultate ſibi confeſſorem eligendi, pro conceſſione Indulgentiarum, quamvis contributio pecuniæ ad piam cauſam applicanda exigi poſſit per modum elemoſinæ tamquam requiſitæ conditionis ad indulgentiam lucrandam, ut fit in iubileo à S. P. conceſſo fidelibus, ſimiliter pro abſolutione à cenſuris, & omni actu iuriſditionis contemptioſæ quidquam accipere prohibitum eſt, item aliquid accipere pro diſpenſatione ob voto aliquo, licet Epiſcopus poſſit imponere diſpenſato onus largiendi elemoſinam aliquam pauperibus, vel Monaſterio pauperi, ita C ad noſtram de ſimonia, Suar. cap. 20. Filiucc. tract. 45. cap. 4. q. 9. & 10. Layman. cap. n. 40. Leſſ. lib. 2. cap. 55. dub. 9.

46. Item ſimonia eſt, ſi confeſſarius cogat pœnitenté pœnitentiam acceptare, in qua illi imponit, ut dicere faciat tres miſſas pro ſuis peccatis, & illi det eleemoſinam illarum, ad illas dicendas, nam illa obligatio, eſt prætio extimabilis; ſi vero ſolum imponeret pœnitentiam miſſarum dicendarum, non deſignando per quem Sacerdotem, non erit ſimonia, etiam ſi ipſe confeſſor ſperet, ut ipſi committantur dicendæ;

nam

nam non deſignat emptorem, cui pænitens ſolvat illarum Miſſarum ſtipendium; Auctores ſupracitati ita firmant, & præcipuè Baſſeus ibidem nempè pag. 7. 96. columna 2. num. 12.

47. Manifeſta erit ſimonia, ſi pænitens minorem emat pœnitentiam à confeſſario, pro pretio, vel pro aliqua re pretio eſtimabili, & confeſſarius illud accipiat, & idem dicendum eſt ſi illud accipiat ab aliquo tertio, ut pænitentiam gravem pænitenti imponat: & idem valet ſi Parochus pretium accipiat ad hoc, ut ipſe committat alteri, ut Matrimonio aſſiſtat, quia talis actus aſſiſtentiæ eſt ſpiritualis, prout pertinet ad munus Parochi Sanchez de matrimonio lib. 3. diſput. 21.

48. Non eſt tamen ſimonia ſi temporale detur non tanquam pretium rei ſpiritualis, ſed vel ante ad excitandum per benevolentiam, & debitum antidoralem, animum collatoris alicuius beneficij, vel poſtea in gratitudinem Sanchez ita citatus à Diana in ſumma Diana verbo ſimonia n. 5. pag. 362, Sicuti non eſt uſura neque ſimonia dare mutuum collatori beneficij alicuius, animo tantum provocandi ad benevolentiam in eum, & hanc ſententiam probabilem eſse inquit Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 6. & tenet Diana p. 1. tom. 8. reſol. 61. §. ſed licet circa medium.

49 Pro ſepultura in loco honoratiori ſumere pretium nõ eſt ſimonia, Magnovicius tom. 2. cap. 4. de Iud. n. 60. tamen ſententiam contrariã defendit, prima ſententia eſt probabilior, & tuetur à Diana in ſumma pag. 363. & 364. n. 9. & p. 2. tom. 15. reſolut. 57. & p. 5. & 3. reſol. 102. Garſia de beneficijs 18. 1. p. 5. cap. 9. n. 117.

50. An vero Cancellarius Epiſcopi, ratione ſui laboris aliquid poſſit accipere, nempè, pro licentia audiendi confeſſiones, concionandi, &c. negative reſpondendum eſt, nam Sacra Congregatio apud Barboſam in Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 1. n. 16. declaravit, Cancellarium

Epiſcopi gratis omninò præſtare debere, approbationes ad audiendas confeſſiones, licentiam ad miniſtrandi Sacramenta, deſerviendi beneficijs, ſeppelliendi Cadavera in Eccleſia celebrandi Miſſas; Concionandi, &c. Colligendi eleemoſinas, mandata publicandi in Eccleſia eos, qui ordinari voluerint, &c. pro literis vero collationum, inſtitutionum, ſeu proviſionum; beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, vel alia. Pro literis dimiſſorialibus, quæ conceduntur Clericis ad alias Diæceſes tranſituris, vel ab externo Epiſcopo ordinãdis pro approbatione tituli Patrimonij, aut beneficij, pro licentia abſentandi ſe ab Eccleſia, aut beneficio, vel Capellas erigendi, &c. pro iſtis ſi non fuerit eis aſſignatum ſtipendium aliquod ab Epiſcopo poterunt congruam ſui laboris mercedem accipere; undè quoad literas collationis, inſtitutionis, &c. curatarũ Eccleſiarũ vel deputationis Vicariorum in illis, unum aureum; quoad literas dimiſſorias, & teſtimoniales, decimã partem unius aurei partem non excedat. Verum eſt quod ſi accipiant pro licentijs ad audiendas confeſſiones, & ad concionandum, adhuc tales licentiæ validæ ſunt, vide Dianam in ſum. p. 2. Verbo ſimonia pagina mihi 364. n. 10. & p. 5. tract. 13. reſolut. 70. Fagundez p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 66. §. notandum.

51. Commutatio rerum Spiritualium inter ſe ſe, eſt ſimoniaca habetur ex C. quæſitum de rerum permutatione, ubi prohibetur permùtatio beneficiorum; inter iſta beneficia connumerantur etiam prælaturæ regularium, prout ſuperius in Rubrica, & appendice dictum eſt, *quare, ſi vocales in Capitulo Provinciali, vel alio, dicant elige me in Provincialem, & ego eligam te in Priorem, vel elige me in Generalem, & ego eligam te in procuratorem Generalem; vel ego procurabo, ut tu ſis Generalis, ſed ego volo, pro tali habere procuratoratum Generalem, & ego volo eſſe Vicarius Generalis in tali natione utiquè ſimoniam commitent*, & maior, ſi dant regalia iſtis ut aliqui, eligantur, vel in electionibus manuteneantur.

tur. Lopez p. 1. cap. 299. Sanchez dub. 44. n. 4. Villalobus tom. 1. tract. 27. differentia 24. n. 1. ſecus ſi fieret, ex benevolentia, & abſquè vllo fine, & pactione, habendi dignitatem vide Dianam p. 4. tom. 4. reſolut. 150. & p. 3. tom. 2. reſol. 125., & in ſumma verbo ſimonia pag. 365. n. 12.

52. Difficultas eſt inter DD. an vendere beneficium tantum ratione temporalis commodi, vel incommodi ob eius privationem; cum reſignatione, ſit ſimonia contra ius divinum, an vero ſolum ſit ſimonia contra ius Eccleſiaſticum., Certè canoniſtæ putant eſſe tantum contra ius Eccleſiaſticum undè putant quod cum diſpenſatione Papæ vendi poteſt, intuitu temporalis commodi, ita Clarus lib. 5. Sent. verbo ſimonia Vgolinus tabul. 1. cap. 3. §. 5. multi tamen ex Theologis dicunt eſſe contra ius divinum; etenim, vel venduntur fructus beneficijs ſeparati à titulo Eccleſiaſtico, & ſic non eſſet ſimònia, quia tali modo non venderetur beneficium, vel venduntur fructus temporales non ſeparati à beneficio, & ſic eſt ſimónia, quia venditur magis ius ad illas, quod oritur ex funtione ſpirituali. Tenet Valentia q. 16. p. 2. Rodriquez tom. 2. cap. 58. Suar. cap. 24. n. 7. Laym. cap. 8. n. 44. Navar. cap. 23. n. 108. §. 9. & ego hanc Theologorum ſententiam libenter amplector, quia habet verum ac ſolidum fundamentum rationis, venditur enim tunc res ſpiritualis.

53. Petes, an quis ſimoniam commiċt. trandens aliquod temporale, ut ſe liberet a vexatione iniuſta, quampatitur in aliqua re ſpirituali iniuſtè, negativè reſpondeo, ſecus verò ſi vexatio iuſta eſt, & rationabilis, qui a tunc videretur tradita pecunia, &c. pro re ſpirituali, C. Matthæus de ſimonia, C. dilectus de ſimonia, Navarr. conſ. 70. de ſimonia. Filiucc. tract. 45. cap. 11. n. 6. & 7. Sylv. art. 2. poſt concl. 3.

54. Si aliquis ſubornans electores accipiat pœcuniam, atitio, eo quia ſubornavit electores nè me eligerent in Generalem V. G. non comitit ſimoniam; ratio eſt quia illa ſubornatio eſt ad abeſſe, non verò ad prodeſſe; ſecùs verò, ſi eſset

ſi eſſet ad prodeſſe, Fermandez p. 3. cap. 14. n. 28. Paſqualig. in dec. moral. dec. 231. Palaus p. 3. tract. 17. diſp. 3 punct. 20. n. 3. Sylv. 2. 2. q. 100. art. 2. concl. 3. Malder. tract. 9. cap. 3. dub. 17. Leſſ. lib. 2. cap. 35. dub. 17.

55. Simoniacè ordinatus perdit executionem ordinis, imprimitur tamen in ipſo character ordinis, ſed non recipit gratiam; ratio eſt quia recepit characterem contra principalis domini voluntatem, & ideò remanet ſubſpenſus, & quo ad ſe, & quoad alios, quia nullus ei communicare poteſt in ordinis executione, ſivè eius peccatum publicum ſit, ſivè occultum; nequè poteſt repetere pecuniam, nequè aliam rem, quam dedit, ab eo cui dedit, licet ille, qui eam accepit iniuſtè retineat, quia turpiter dedit; ita D. Thom. 22. q. 100. art. 6. ad 1. & 4. ſententiarum diſt. 25. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 3. in corpore.

56. Poteſt tamen eſſe ſimoniaca ordinatio, abſque eo, quod ſint ſimoniaci ordinans, & ordinatus, & hoc contingere poteſt, quando hoc fit à mediatore, nempè ipſe dat abſquè ſcientia, dantis, & recipientis ordinem, idem Angelicus Doctor 4. ſentent. diſt. 25. q. 3. in expoſitione litteræ. Quid autem faciendum ſit quando, Epiſcopus Simoniacus precipit aliquibus, vel alicui ex ſuis Clericis, ut ſumat ab eo ordines, & dictus Clericus ſcit certè Epiſcopum eſſe Simoniacum. Reſpondeo non teneri ad obediendum Epiſcopo tali, etiam ſi illi præciperet ſub pœna excommunicationis, idem D. Thomas loco ſupra cit. & ordinatus ſubſpenſus manet ab executione ordinis.

57. Pœnæ verò ſimoniacis impoſitæ, ità debent intelligi videlicet, quod nulla ſimonia, inducit pœnas iuris ipſo facto, niſi in ordine beneficij, & Religionis ingreſſu, ut alibi dixi ſuperius; item ſimonia mentalis, nullas pœnas iuris inducit ſecundum communem DD. ſententiam, ut patet ex C. mandato de ſimonia, ſed ſatis eſt, ſi ſimoniacus mentalis ſatisfaciat per pœnitentiã creatori ſuo, prout ait expreſſè Pontifex

tifex, nec tenetur reſignare id, quod per ſimoniam mentalem acquiſivit; & eſt probabile, quod Eccleſia non poſſit punire talem ſimoniam mentalem, ſi aliàs non conſtaret aliqua pactio externa, Navarr. cap. 23. n. 111. Sylveſter V. ſimonia q. 19. Tolet. lib. 5. cap. 93. n. 2. Sylv. 2. 2. q. 100. n. 6. q. 3. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 157.

58. Verum unum eſt quod conferens ordines per ſimoniam realem eſt excommunicatus, & ſuſpenſus à collatione, cuiusvis ordinis etiam primæ tonſuræ; & etiam ab omni munere pontificalium, eſt inſuper interdictus illi ingreſſus Eccleſiæ quod ſi ijs contra faciat, nullo modo ſuam Eccleſiam poteſt adminiſtrare, nec fructus eius accipere, & ſolus Papa poteſt illum abſolvere, etiam ſi delictum ſit occultum; ità extravagant; cum deteſtabile, de ſimonia, Bulla ſixti V. edita in male promoventes, & promotos V. cęterum ſi quis Antiſtes Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 24.

59. Certum ac indubitatum eſt quod ſiquis ordinem, beneficium; aut dignitatem in Religione per ſimoniam realem obtinuit, eſt excommunicatus ipſo facto, & idem eſt ſuſpenſus ab executione, ordinū, beneficij, & dignitatis, & prçſumens talia ad miniſtrare fit irregularis, & eorum abſolutio pertinet ad Summum Pontificem, ſicut, & diſpenſatio; Sepoſita bulla Sixti poſſet Epiſcopus abſolvere ex Concilio Tridentino, videatur Diana 4. p. tract. 4. reſolut. 157. adeſt etiam extravagant cum deteſtabile Layman. lib. 4. tract. 10. c. ultim. §. 7. n. 71. Filiuc. tract. 45. cap. 13. q. 4. n. 12. Silvius cap. 1. concl. 1. & 2.

Quod idem valet de procurante alteri talia ſupradicta per ſimoniam realem, ut bene docet Sigiſmundus à Bononia; poſt Suarium Diana Laym. c. n. 72. Navar. cap. 23. n. 111. Sylv. c. concl. 3. Portella verb. ſimonia n. 5. Sigismundus à Bononia p. 2. cap. 1. dubio 55. n. 18. Diana 4. p. tract. 4. reſol. 156. & adeſt extravagant cum deteſtabile, &c. cum non paucis alijs ſcriptoribus.

60. Ve-

60. Verum eſt, quod hæc inhabilitas poteſt tolli à Confeſſarijs ordinum mendicantium, ſtante privilegio Siſti IV. benè examinato, in quo datur privilegium Mendicantibus confeſſarijs non ſolū abſoluendi ab excōmunicatione, ſed etiam a ſubſpenſione, & interdicto etiam ac Irregularitate quaqunque ſimiliter ordinario reſervatis; ita Crauſens ad cap. 7. reg. Minorum lect. 28 Privileg. Mendicant Conpend. titulo abſolutio quoad ſæculares § 10. Rodriquez tom. 1. qq. Reg. q. 61. art. 3. in hoc tamen ſto ego uſu, & modernis, Pontificum decretis à quibus non intendo recedere Id quod dictum eſt de dantibus pro obtinendis beneficijs, ordinibus, &c. valet de dantibus; aut recipientibus pro ingreſſu Religionis. Vrbanus 4. in C. ſane de ſimonia Bonac. de ſimonia d. 1. q. 7. §. 4. Suarez cap. 56. n. 7. Sylu. C. concl. 5. Crous C. lect. 7. fol. 545.

61. Simonia Confidentiæ, quæ eſt tanctum contra Ius Eccleſiaſticum, externa ſi erit, erit illi pæna Iuris, quæ conſiſtit in hoc quod ſi quis beneficium obtineat te mediante, ſibi, vel alteri ſecundum tuum beneplacitum reſignet, vel penſionem aut alteri vel ſibi præſtet, vel alia iura quæqunquæ illa ſint ſibi procurans reſervando, unde Concilium Tridentinum non parum iſtas retroceſſiones improbat ſeſſ. 25. cap. 7. de reformat. verum eſt quod annuente Pontifice iſte retroceſſiones poſſunt fieri, debitis circuſtantij adſtantibus; verum, eſt, quod ad incurrendas dictas pænas non ſufficit intentatio actus ſed requiritus actus conſumatus. Leſſius C. diſt. 26. Suar. cap. 43. n. 13. Layman. C. n. 77. & 78. Bonacc. C. q. 7. punct. 1. ſi vero ſimonia eſt completa retrahuntur ad tempus pactionis, Filiucc. tract. 45. cap. 13. q. 5. Sylv. C. q. 3. Leſſ. C. dub. 27. Graff. de ſimonia cap. 96. n. 20. quidquid ſit, an dicta bulla, & Concilium, in Gallia recepti ſint, nec ne, ſtemus apud itolos, &c. de alis ad hanc materiam de qua hic in hoc numero ſpectantia, vide Baſſ. pag. 802. n. 5. Crous ad cap. 7. regul. S. Francisci lect. 28. fol. 772.

62. Re-

62. Recipientes ſimoniacè, acceptum reſtituere tenentur eſt de iure Divino, etiam ſi res ſpiritualis nondum tradita ſit, & talis reſtitutio debet fieri perſonæ quæ dedit, cum aduc retineat ius ad eam, dummodo non donaverit, ſed totum dederit ſub conditione, & ex pacto oneroſo, & adſit iniuſtitia; ita multi DD. ſed ego tenerem, quod deberet fieri reſtitutio Eccleſiæ, & hoc etiam ante ſententiam Iudicis, Concurrit Angelicus Magiſter 2.2.q.32.art.7. Covarr. Reg. peccatum p.2. §.2. Bonacc. q.7. punct. 3. diff. 1. n.19. Sylv. C. n.6. q.2. vide multa alia apud DD. citatos in hac appendice, ſi curioſus, ac diligens lector es, &c.

63. Simoniacus eſt etiam, & proprietarius ille Religioſus qui ex bonis ſua induſtria acquiſitis dat Summam aliquam, vel in alteram materiam Protectori, ſui Ordinis, vel eius Auditori, aut Secretario; vel ſuo Superiori, ut aliquam dignitatem in ordine ſuo obtineat, ita Homo Bonus tom.2. ſui exam. tract.9. cap.5. q.10. & hæc propoſitio non habet difficultatem, & talis Religioſus, ſicut enim Protector, vel Auditor eius, aut Secretarius ſicut Superiores Ordinis non ſolum ſimoniam incurrunt, verum, in pœnas inflictas contra largientes munera à Clement. VIII. & Vrbano ædita, &c. & puto quod contra iſtos poſſit ſancta Inquiſitio procedere, cum iſti tales ſint de fide ſuſpecti, vendunt, & emunt res Spirituales, & fiunt ſe ſequaces Simonis magi, &c.

RVBRICA DECIMAQVINTA.

De Renunciatione.

QVidquid videndum erat de tranſlationibus. Iam dictum fuit à me in antecedenti Rubrica, modo videndum de renunciatione in præſenti, iuxtà textum, agit enim auctor in titulo per totum de renunciatione, apud me eſt Rubrica XV. Titulus autem eſt decimus nonus, in quo

agitur

agitur quid ſit renunciatio, quando ſit legitimè facta, & quando illegitime, de cauſis renunciationis, & hoc de Prælatis aut perſonis inferioribus Papæ, qui quidem Titulus 19. dividitur in §§. quindecim, de quibus rebus tactis ab auctore & à textu ego melius, quam potero diſcurram, ſi non ſubtiliter, ſaltem clarè, & breviter, & de alijs materijs prout occaſio erit, per aliquam appendicem, ad utilitatem confeſſariorum, pro quorum intelligentia ſcribere puto, & ſi ego omnium ſim Minimus, ut libenter, & ſine verecundia fateor ideò ad laudem Dei.

In §. per renunciationem.

1. Certum eſt, & indubitatum, quod nullus à ſua Eccleſia removeri poteſt, ſi non adeſt delictum concludenter probatum. Sed renunciatio debet eſſe libera, & cum cauſa: Cauſæ enim renunciationis, quæ admiti ab Epiſcopo, vel à Summo Pontifice, iuxtà Textum noſtrum, poſſunt, ſunt ſequentes; *Conſcientia criminis*, *debilitas corporis*, *defectus ſcientia*, *malitia plebis*, *grave ſcandalum*, *& irregularitas perſonæ*, ſic tract. auctor hanc materiam, & dividit illam in 5. partes, in prima dicit, quid ſit renunciatio, in ſecunda, quas ob cauſas ſit permiſſa, in tertia, an qui renunciavit, & monaſterium, eſt ingreſſus poſſit iterum ad Prælaturam redire, in quarta, cui facienda ſit renunciatio prædicta, in quinta, an poſſit fieri per procuratorem; in ſexta an qui obtinuit licentiam renunciandi, poſſit ad id cogi. de quibus omnibus, ſermo erit.

2. Eſt ergo iuxta textum noſtrum renunciatio, *Iuris proprij ſpontanea refutatio*, dicitur Iuris proprij, nam ea quæ ſunt iuris alterius non poſſumus renunciare, nam cum Epiſcopus, ſiue alius deſponſatus cum Eccleſia ſua, & inter eam, & illum fuerit mutuus contractus, re non integra manente non poteſt Epiſcopus, vel alius renunciare, argumentum in l.

ab

ab emptione ff. de pactis, ſi tamen diſſolvatur cum cauſa legitima; diſſolvi debet, etenim in caſu noſtro non ſolum debet attendi ius prælati, aut alterius, ſed etiam ius Eccleſiæ, ubi notatur ex hoc textu quod renunciatio facta ſine legitima cauſa non tenet de iure, C. niſi in fine, quæ quidem cauſa, eſt illa eadem, quæ promotionem impedit in dicto C. niſi, &c. & ne in equivocis incedamus, quid veniat nomine renunciationis videndum eſt iuxtà legiſtas tam Civiles, quam Canonicos, undè renunciare in Iure idem eſt, ac ſimpliciter nuntiare, & notum quaſi per nuntium facere l. ſi quis alicui §. ſuſcepit ff. manda, quare, qui mandatum ſuſcepit, ſi non poteſt id explere; idipſum, quam primum poterit debet mandatori renunciare, ut ijs ſi velit alterius operautatur; & ad idem eſt textus in l. ſi mandavero tibi §. ſicut autem ff. eo, & ita accipitur in l. eum qui §. 1. ibi ſibi parum idonea renunciare ff. de aquir. hæreditate, ſed vere, & proprie renunciare, dicitur ille qui ſuo iuri vel privilegio renunciat. Alciat. in l. deteſtatio num. 21. ff. de verb. ſignificat.

3. Quare advertendum eſt quod renunciatio poteſt fieri etiam abſente parte, cui fit renunciatio, cum animus quiſque ſuum poſſit ſemper declarare l. Pomponius ff. de negat. geſt. l. pro hærede in principio ff. de acquirend. hæredit. Alexander conſil. 130. lib. 1. Crau. conſil. 148. n. 11. quare proteſtatio animi declaratoria non requirit partis præſentiam. Bart. in l. non ſolum §. morte n. 15. ff. de oper. novo enunc. & ibi rubr. n. 182. n. 235. & n. 241. Ripa C. cum in Ferrarien. n. 106. de conſtitut. Cephal. conſil. 110. n. 18. Menoch. conſil. 28. n. 21., & hoc eſt verum non ſolum de renunciatione expreſſa, verùm de tacita, abſente parte l. 2. C. de pactis l. ſi filius, ratio eſt, quia quando actus pendet ſolum ab agentis voluntate ſatis eſt ut Notarius ab eo ſolo rogetur. Alexander conſil. 110. eximie lib. 2.

4. Renunciatio verò, ut dixi debet eſſe libera, & cum

 aliqua

ut Palam abſolutionem fictam ipſi impertiat, ſine intentione tamen illum abſolvendi, ſed hoc tantum, ne circunſtantes dubitent de eius abſolutione; an ſit ſimonia; Reſpondeo ibi non dari ſimoniam, quia in tali caſu confeſſarius ille nihil vendit ſpirituale, bene verum eſt quod eſt turpe lucrum, & omnino fugiendum, ita Baſſ. verbo ſimonia pag. mihi 796. column. 2, n. 11; Caietan. in opuſc. tom. 2. tract. 9. q. 2. Sotus lib. 9. de iuſt. q. 8. art. 1. Tanto magis quod, illæ actus non eſt iuriſdictionis Eccleſiæ.

45. In quibus actibus iuriſdictionis Eccleſiæ eſt materia ſimoniæ, nam ſicut poteſtas Eccleſiaſtica ſpiritualis eſt, tum ratione principij, tum ratione finis, ità ſunt ſpirituales ab ea procedentes, undè ſimoniacum eſt prætium dare vel accipere pro abſolutione à peccatis; pro delegatione facultatis ad audiendas confeſſiones, vel pro data alicui facultate ſibi confeſſorem eligendi, pro conceſſione Indulgentiarum, quamvis contributio pecuniæ ad piam cauſam applicanda exigi poſſit per modum elemoſinæ tamquam requiſitæ conditionis ad indulgentiam lucrandam, ut fit in iubileo à S. P. conceſſo fidelibus, ſimiliter pro abſolutione à cenſuris, & omni actu iuriſditionis contemptioſæ quidquam accipere prohibitum eſt, item aliquid accipere pro diſpenſatione ob voto aliquo, licet Epiſcopus poſſit imponere diſpenſato onus largiendi elemoſinam aliquam pauperibus, vel Monaſterio pauperi, ita C. ad noſtram de ſimonia, Suar. cap. 20. Filiucc. tract. 45. cap. 4. q. 9. & 10. Layman. cap. n. 40. Leſſ. lib. 2. cap. 55. dub. 9.

46. Item ſimonia eſt, ſi confeſſarius cogat pœnitentē pœnitentiam acceptare, in qua illi imponit, ut dicere faciat tres miſſas pro ſuis peccatis, & illi det eleemoſinam illarum, ad illas dicendas, nam illa obligatio, eſt prætio extimabilis; ſi vero ſolum imponeret pœnitentiam miſſarum dicendarum, non deſignando per quem Sacerdotem, non erit ſimonia, etiam ſi ipſe confeſſor ſperet, ut ipſi committantur dicendæ;

nam

nam non deſignat emptorem, cui pænitens ſolvat illarum Miſſarum ſtipendium; Auctores ſupracitati ita firmant, & præcipuè Baſteus ibidem nempè pag. 7. 96. columna 2. num. 12.

47. Manifeſta erit ſimonia, ſi pænitens minorem emat pœnitentiam à confeſſario, pro pretio, vel pro aliqua re pretio eſtimabili, & confeſſarius illud accipiat, & idem dicendum eſt ſi illud accipiat ab aliquo tertio, ut pænitentiam gravem pænitenti imponat: & idem valet ſi Parochus pretium accipiat ad hoc, ut ipſe committat alteri, ut Matrimonio aſſiſtat, quia talis actus aſſiſtentiæ eſt ſpiritualis, prout pertinet ad munus Parochi Sanchez de matrimonio lib. 3. diſput. 21.

48. Non eſt tamen ſimonia ſi temporale detur non tanquam pretium rei ſpiritualis, ſed vel ante ad excitandum per benevolentiam, & debitum antidoralem, animum collatoris alicuius beneficij, vel poſtea in gratitudinem Sanchez ita citatus à Diana in ſumma Diana verbo ſimonia n. 5. pag. 362, Sicuti non eſt uſura neque ſimonia dare mutuum collatori beneficij alicuius, animo tantum provocandi ad benevolentiam in eum, & hanc ſententiam probabilem eſse inquit Malderus 2. 2. tract. 5. cap. 3. dub. 6. & tenet Diana p. 1. tom. 8. reſol. 61. §. ſed licet circa medium.

49 Pro ſepultura in loco honoratiori ſumere pretium nō eſt ſimonia, Magnovicius tom. 2. cap. 4. de Iud. n. 60. tamen ſententiam contrariā defendit, prima ſententia eſt probabilior, & tuetur à Diana in ſumma pag. 363. & 364. n. 9. & p. 2. tom. 15. reſolut. 57. & p. 5. & 3. reſol. 102. Garſia de beneficijs 18. 1. p. 5. cap. 9. n. 117.

50. An vero Cancellarius Epiſcopi, ratione ſui laboris aliquid poſſit accipere, nempè, pro licentia audiendi confeſſiones, concionandi, &c. negative reſpondendum eſt, nam Sacra Congregatio apud Barboſam in Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 1. n. 16. declaravit, Cancellarium

Epiſcopi gratis omninò præſtare debere, approbationes ad audiendas confeſſiones, licentiam ad miniſtrandi Sacramenta, deſerviendi beneficijs, ſeppelliendi Cadavera in Eccleſia celebrandi Miſſas; Concionandi, &c. Colligendi eleemoſinas, mandata publicandi in Eccleſia eos, qui ordinari voluerint, &c. pro literis vero collationum, inſtitutionum, ſeu proviſionum; beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, vel alia. Pro literis dimiſſorialibus, quæ conceduntur Clericis ad alias Diæceſes tranſituris, vel ab externo Epiſcopo ordinādis pro approbatione tituli Patrimonij, aut beneficij, pro licentia abſentandi ſe ab Eccleſia, aut beneficio, vel Capellas erigendi, &c. pro iſtis ſi non fuerit eis aſſignatum ſtipendium aliquod ab Epiſcopo poterunt congruam ſui laboris mercedem accipere; undè quoad literas collationis, inſtitutionis,&c. curatarũ Eccleſiarũ vel deputationis Vicariorum in illis, unum aureum; quoad literas dimiſſorias, & teſtimoniales,decimã partem unius aurei partem non excedat. Verum eſtquod ſi accipiant pro licentijs ad audiendas confeſſiones, & ad concionandum, adhuc tales licentiæ validæ ſunt, vide Dianam in ſum. p. 2. Verbo ſimonia pagina mihi 364. n. 10. & p. 5. tract. 13. reſolut. 70. Fagundez p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 66. §. notandum.

51. Commutatio rerum Spiritualium inter ſe ſe, eſt ſimoniaca habetur ex C. quæſitum de rerum permutatione, ubi prohibetur permũtatio beneficiorum; inter iſta beneficia connumerantur etiam prælaturæ regularium, prout ſuperius in Rubrica, & appendice dictum eſt, *quare, ſi vocales in Capitulo Provinciali, vel alio, dicant elige me in Provincialem, & ego eligam te in Priorem, vel elige me in Generalem, & ego eligam te in procuratorem Generalem; vel ego procurabo, ut tu ſis Generalis, ſed ego volo, pro tali habere procuratoratum Generalem, & ego volo eſſe Vicarius Generalis in tali natione utiquè ſimoniam commitent*, & maior, ſi dant regalia iſtis ut aliqui, eligantur, vel in electionibus manuteneantur.

Digitized by Google

tur. Lopez p. 1. cap. 299. Sanchez dub. 44. n. 4. Villalobus tom. 1. tract. 27. differentia 24. n. 1. ſecus ſi fieret, ex benevolentia, & abſquè vllo fine, & pactione, habendi dignitatem vide Dianam p. 4. tom. 4. reſolut. 150. & p. 3. tom. 2. reſol. 125., & in ſumma verbo ſimonia pag. 365. n. 12.

52. Difficultas eſt inter DD. an vendere beneficium tantum ratione temporalis commodi, vel incommodi ob eius privationem, cum reſignatione, ſit ſimonia contra ius divinum, an vero ſolum ſit ſimonia contra ius Eccleſiaſticum. Certè canoniſtæ putant eſſe tantum contra ius Eccleſiaſticum undè putant quod cum diſpenſatione Papæ vendi poteſt, intuitu temporalis commodi, ita Clarus lib. 5. Sent. verbo ſimonia Vgolinus tabul. 1. cap. 3. §. 5. multi tamen ex Theologis dicunt eſſe contra ius divinum; etenim, vel venduntur fructus beneficijs ſeparati à titulo Eccleſiaſtico, & ſic non eſſet ſimònia, quia tali modo non venderetur beneficium, vel venduntur fructus temporales non ſeparati à beneficio, & ſic eſt ſimónia, quia venditur magis ius ad illas, quod oritur ex funtione ſpirituali. Tenet Valentia q. 16. p. 2. Rodriquez tom. 2. cap. 58. Suar. cap. 24. n. 7. Laym. cap. 8. n. 44. Navar. cap. 23. n. 108. §. 9. & ego hanc Theologorum ſententiam libenter amplector, quia habet verum ac ſolidum fundamentum rationis, venditur enim tunc res ſpiritualis.

53. Petes, an quis ſimoniam commictat, trandens aliquod temporale, ut ſe liberet a vexatione iniuſta, quam patitur in aliqua re ſpirituali iniuſtè, negativè reſpondeo, ſecus verò ſi vexatio iuſta eſt, & rationabilis, quia tunc videretur tradita pecunia, &c. pro re ſpirituali, C. Matthæus de ſimonia, C. dilectus de ſimonia, Navarr. conſ. 70. de ſimonia Filiucc. tract. 45. cap. 11. n. 6. & 7. Sylv. art. 2. poſt concl. 3.

54. Si aliquis ſubornans electores accipiat pœcuniam, atitio, eo quia ſubornavit electores nè me eligerent in Generalem V. G. non comitit ſimoniam; ratio eſt quia illa ſubornatio eſt ad abeſſe, non verò ad prodeſſe; ſecùs verò,

 ſi eſset

ſi eſſet ad prodeſſe, Fermandez p. 3. cap. 14. n. 28. Paſqualig. in dec. moral. dec. 231. Palaus p. 3. tract. 17. diſp. 3 punct. 20. n. 3. Sylv. 2. 2. q. 100. art. 2. concl. 3. Malder. tract. 9. cap. 3. dub. 17. Leſſ. lib. 2. cap. 35. dub. 17.

55. Simoniacè ordinatus perdit executionem ordinis, imprimitur tamen in ipſo character ordinis, ſed non recipit gratiam; ratio eſt quia recepit characterem contra principalis domini voluntatem, & ideò remanet ſubſpenſus, & quo ad ſe. & quoad alios, quia nullus ei communicare poteſt in ordinis executione, ſivè eius peccatum publicum ſit, ſivè occultum; nequè poteſt repetere pecuniam. nequè aliam rem, quam dedit, ab eo cui dedit, licet ille, qui eam accepit iniuſtè retineat, quia turpiter dedit; ita D. Thom. 22. q. 100. art. 6. ad 1. & 4. ſententiarum diſt. 25. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 3. in corpore.

56. Poteſt tamen eſſe ſimoniaca ordinatio, abſque eo, quod ſint ſimoniaci ordinans, & ordinatus, & hoc contingere poteſt, quando hoc fit à mediatore, nempè ipſe dat abſquè ſcientia, dantis, & recipientis ordinem, idem Angelicus Doctor 4. ſentent. diſt. 25. q. 3. in expoſitione litteræ. Quid autem faciendum ſit quando, Epiſcopus Simoniacus pręcipit aliquibus, vel alicui ex ſuis Clericis, ut ſumat ab eo ordines, & dictus Clericus ſcit certè Epiſcopum eſſe Simoniacum. Reſpondeo non teneri ad obediendum Epiſcopo tali, etiam ſi illi præciperet ſub pœna excommunicationis, idem D. Thomas loco ſupra cit. & ordinatus ſubſpenſus manet ab executione ordinis.

57. Pœnæ verò ſimoniacis impoſitæ, ità debent intelligi videlicet, quod nulla ſimonia, inducit pœnas iuris ipſo factò, niſi in ordine beneficij, & Religionis ingreſſu, ut alibi dixi ſuperius; item ſimonia mentalis, nullas pœnas iuris inducit ſecundum communem DD. ſententiam, ut patet ex C. mandato de ſimonia, ſed ſatis eſt, ſi ſimoniacus mentalis ſatisfaciat per pœnitentiā creatori ſuo, prout ait expreſſè Pontifex

tifex, nec tenetur reſignare id, quod per ſimoniam mentalem acquiſivit; & eſt probabile, quod Eccleſia non poſſit punire talem ſimoniam mentalem, ſi aliàs non conſtaret aliqua pactio externa, Navarr. cap. 23. n. 111. Sylveſter V. ſimonia q. 19. Tolet. lib. 5. cap. 93. n. 2. Sylv. 2. 2. q. 100. n. 6. q. 3. Diana p. 4. tract. 4. reſol. 157.

58. Verum unum eſt quod conferens ordines per ſimoniam realem eſt excommunicatus, & ſuſpenſus à collatione, cuiusvis ordinis etiam primæ tonſuræ, & etiam ab omni munere pontificalium, eſt inſuper interdictus illi ingreſſus Eccleſiæ quod ſi ijs contra faciat, nullo modo ſuam Eccleſiam poteſt adminiſtrare, nec fructus eius accipere, & ſolus Papa poteſt illum abſolvere, etiam ſi delictum ſit occultum; ità extravagant; cum deteſtabile, de ſimonia, Bulla ſixti V. edita in male promoventes, & promotos V. cęterum ſi quis Antiſtes Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 24.

59. Certum ac indubitatum eſt quod ſiquis ordinem, beneficium; aut dignitatem in Religione per ſimoniam realem obtinuit, eſt excommunicatus ipſo facto, & idem eſt ſuſpenſus ab executione, ordinũ, beneficij, & dignitatis, & pręſumens talia ad miniſtrare fit irregularis, & eorum abſolutio pertinet ad Summum Pontificem, ſicut, & diſpenſatio; Sepoſita bulla Sixti poſſet Epiſcopus abſolvere ex Concilio Tridentino, videatur Diana 4. p. tract. 4. reſolut. 157. adeſt etiam extravagant cum deteſtabile Layman. lib. 4. tract. 10. c. ultim. §. 7. n. 71. Filiuc. tract. 45. cap. 13. q. 4. n. 12. Silvius cap. 1. concl. 1. & 2.

Quod idem valet de procurante alteri talia ſupradicta per ſimoniam realem, ut bene docet Sigiſmundus à Bononia, poſt Suarium Diana Laym. c. n. 72. Navar. cap. 23. n. 111. Sylv. c. concl. 3. Portella verb. ſimonia n. 5. Sigismundus à Bononia p. 2. cap. 1. dubio 55. n. 18. Diana 4. p. tract. 4. reſol. 156. & adeſt extravagant cum deteſtabile, &c. cum non paucis alijs ſcriptoribus.

60. Ve-

60. Verum eſt, quod hæc inhabilitas poteſt tolli à Conſeſſarijs ordinum mendicantium, ſtante privilegio Siſti IV. benè examinato, in quo datur privilegium Mendicantibus confeſſarijs non ſolū abſoluendi ab excōmunicatione, ſed etiam a ſubſpenſione, & interdicto etiam ac Irregularitate quaqunque ſimiliter ordinario reſervatis; ita Crauſens ad cap. 7. reg. Minorum lect. 28 Privileg. Mendicant Conpend. titulo abſolutio quoad ſæculares § 10. Rodriquez tom. 1. qq. Reg. q. 61. art. 3. in hoc tamen ſto ego uſu, & modernis, Pontificum decretis à quibus non intendo recedere Id quod dictum eſt de dantibus pro obtinendis beneficijs, ordinibus, &c. valet de dantibus; aut recipientibus pro ingreſſu Religionis. Vrbanus 4. in C. ſane de ſimonia Bonac. de ſimonia d. 1. q. 7. §. 4. Suarez cap. 56. n. 7. Sylu. C. concl. 5. Crous C. lect. 7. fol. 545.

61. Simonia Confidentiæ, quæ eſt tantum contra Ius Eccleſiaſticum, externa ſi erit, erit illi pæna Iuris, quæ conſiſtit in hoc quod ſi quis beneficium obtineat te mediante, ſibi, vel alteri ſecundum tuum beneplacitum reſignet, vel penſionem aut alteri vel ſibi præſtet, vel alia iura quæqunquæ illa ſint ſibi procurans reſervando, unde Concilium Tridentinum non parum iſtas retroceſſiones improbat ſeſſ. 25. cap. 7. de reformat. verum eſt quod annuente Pontifice iſtæ retroceſſiones poſſunt fieri, debitis circuſtantij adſtantibus; verum, eſt, quod ad incurrendas dictas pænas non ſufficit intentatio actus ſed requiritus actus conſumatus. Leſſius C. diſt. 26. Suar. cap. 43. n. 13. Layman. C. n. 77. & 78. Bonacc. C. q. 7. punct. 1. ſi vero ſimonia eſt completa retrahuntur ad tempus pactionis, Filiucc. tract. 45. cap. 13 q. 5. Sylv. C. q. 3. Leſſ. C. dub. 27. Graff. de ſimonia cap. 96. n. 20. quidquid ſit, an dicta bulla, & Concilium, in Gallia recepti ſint, nec ne, ſtemus apud itolos, &c. de alis ad hanc materiam de qua hic in hoc numero ſpectantia, vide Baſſ. pag. 802. n. 5. Crous ad cap. 7. regul. S. Franciſci lect. 28. fol. 772.

62. Re-

62. Recipientes ſimoniacè, acceptum reſtituere tenentur eſt de iure Divino, etiam ſi res ſpiritualis nondum tradita ſit, & talis reſtitutio debet fieri perſonæ quæ dedit, cum adhuc retineat ius ad eam, dummodo non donaverit, ſed totum dederit ſub conditione, & ex pacto oneroſo, & adſit iniuſtitia; ita multi DD. ſed ego tenerem, quod deberet fieri reſtitutio Eccleſiæ, & hoc etiam ante ſententiam Iudicis, Concurrit Angelicus Magiſter 2. 2. q. 32. art. 7. Covarr. Reg. peccatum p. 2. §. 2. Bonacc. q. 7. punct. 3. diff. 1. n. 19. Sylv. C. n. 6. q. 2. vide multa alia apud DD. citatos in hac appendice, ſi curioſus, ac diligens lector es, &c.

63. Simoniacus eſt etiam, & proprietarius ille Religioſus qui ex bonis ſua induſtria acquiſitis dat Summam aliquam, vel in alteram materiam Protectori, ſui Ordinis, vel eius Auditori, aut Secretario; vel ſuo Superiori, ut aliquam dignitatem in ordine ſuo obtineat, ita Homo Bonus tom. 2. ſui exam. tract. 9. cap. 5. q. 10. & hæc propoſitio non habet difficultatem, & talis Religioſus, ſicut enim Protector, vel Auditor eius, aut Secretarius ſicut Superiores Ordinis non ſolum ſimoniam incurrunt, verum, in pœnas inflictas contra largientes munera à Clement. VIII. & Vrbano ædita, &c. & puto quod contra iſtos poſſit ſancta Inquiſitio procedere cum iſti tales ſint de fide ſuſpecti, vendunt, & emunt res Spirituales, & fiunt ſe ſequaces Simonis magi, &c.

RVBRICA DECIMAQVINTA.

De Renunciatione.

QVidquid videndum erat de tranſlationibus. Iam dictum fuit à me in antecedenti Rubrica, modo videndum de renunciatione in præſenti, iuxtà textum, agit enim auctor in titulo per totum de renunciatione, apud me eſt Rubrica XV. Titulus autem eſt decimus nonus, in quo

agitur

ab emptione ff. de pactis, ſi tamen diſolvatur cum cauſa legitima; diſolvi debet, etenim in caſu noſtro non ſolum debet attendi ius prælati, aut alterius, ſed etiam ius Eccleſiæ, ubi notatur ex hoc textu quod renunciatio facta ſine legitima cauſa non tenet de iure, C. niſi in fine, quæ quidem cauſa, eſt illa eadem, quæ promotionem impedit in dicto C. niſi, &c. & ne in equivocis incedamus, quid veniat nomine renunciationis videndum eſt iuxtà legiſtas tam Civiles, quam Canonicos, undè renunciare in Iure idem eſt, ac ſimpliciter nuntiare, & notum quaſi per nuntium facere l. ſi quis alicui §. ſuſcepit ff. manda, quare, qui mandatum ſuſcepit, ſi non poteſt id explere; idipſum, quam primum poterit debet mandatori renunciare, ut ijs ſi velit alterius operæ utatur, & ad idem eſt textus in l. ſi mandavero tibi §. ſicut autem ff. eo, & ita accipitur in l. eum qui §. 1. ibi ſibi parum idonea renunciare ff. de aquir. hæreditate, ſed vere, & proprie renunciare, dicitur ille qui ſuo iuri vel privilegio renunciat. Alciat. in l. deteſtatio num. 21. ff. de verb. ſignificat.

3. Quare advertendum eſt quod renunciatio poteſt fieri etiam abſente parte, cui fit renunciatio, cum animus quiſque ſuum poſſit ſemper declarare l. Pomponius ff. de negat. geſt. l. pro hærede in principio ff. de acquirend. hæredit. Alexander conſil. 130. lib. 1. Crau. conſil. 148. n. 11. quare proteſtatio animi declaratoria non requirit partis preſentiam. Bart. in l. non ſolum §. morte n. 15. ff. de oper. novo enunc. & ibi rubr. n. 182. n. 235. & n. 241. Ripa C. cum in Ferrarien. n. 106. de conſtitut. Cephal. conſil. 110. n. 18. Menoch. conſil. 28. n. 21., & hoc eſt verum non ſolum de renunciatione expreſſa, verum de tacita, abſente parte l. 2. C. de pactis l. ſi filius, ratio eſt, quia quando actus pendet ſolum ab agentis voluntate ſatis eſt ut Notarius ab eo ſolo rogetur. Alexander conſil. 110. eximie lib. 2.

4. Renunciatio verò, ut dixi debet eſſe libera, & cum

aliqua cauſa, & precipuè in renunciationibus Curarum animarum, ſiuè, renuncians prælatus ſit, ſive Curatus ſimplex, ponitur enim caſus renunciationis ſinè cauſa cuiuſdem Prælati, ſivè curati, qui volebat ſuam Eccleſiam renunciare, nulla cauſa ad id Suadente motus illa ratione communi, quod videlicet, vnuſquiſque poteſt uti Iuri ſuo l. pen. C. de pactis, non conſiderando, dictus renuntians, quod inter ipſum, & ſuam Eccleſiam contracta erat mutua obligatio, quæ regulariter præſertim re non integra, diſſolvi nequit tale ligamen, argumento l. ab emptione probatur ff. de pactis, unde ſi non diſſolvatur cum cauſa legitima puto quod nulla ſit diſſolutio ſi autem legitima eſt cauſa, renunciantio admicti debet, ut per textum noſtrum in §. præſenti, & à contrario ſenſu ſicut renunciatio facta per cauſam, tenet, ità ſine cauſa facta non valet, C. niſi, in fin. eod.

5. Cauſæ renunciationis Epiſcopatus, &c. ab Epiſcopo facienda vel eſt, quia illi impeditur opus ſalutis erga ſubditos, & hoc accidere poteſt multipliciter, quando videlicet ipſe habet Canonica impedimenta ad tale munus exequendum, V. G. quia eſt ignarus, homicida, irregularis, ſimoniacus, ſenex, infirmus, &c. vel ſubditi ita ſunt iniqui, ut nihil præſentia ſua illis proficere poſſit S. Thomas 2. 2. q. 185. art. 4. hæc tamen renunciatio debet fieri cum licentia Papæ, non obſtante quaqunque cauſa 1. q. 1. C. ordinationes; & ſi in contrarium aliqui dicant, loco citato, quia iſti ſunt fures, & latrones, & quanto plus rem tenent, tanto magis peccant, nam fur ſemper eſt in mora ff. de decond. furt. l. ſi pro fure, & C. niſi ſuperius dictum à me contra argumentum poſitum pugnat. l. ſi pro fuere, dic, ut nat. in C. niſi eod. poſt principium.

6. Debet tamen renunciatio ſemper interpretari ad favorem renunciantis, nempè, ut talis renunciatio minus illi noceat quam fieri poſſit l. ſi Domus ff. de Seruis, Vrban. Prædit. deciſ. in l. poſtquam lit. n. 15. C. de pactis, Curt.

in

in conſult. 192. n. 35. Conſil. 23. n. 1. verſ. tria eſt regula, conſil. 320. n. 13. Cravel. conſil. 290. alum. 1. verſ. ſed non videtur conſil. 407. in fin. Oldrad. conſil. 295. Grat. conſil. 17. n. 46. lib. 1. Becius conſil. 111. n. 31. conſil. 106. num. 45. Honded. conſil. 29. n. 94. lib. 1. Surdus conſil 431. n. 32. conſil. 446. in fin. & conſil. 72. n. 15. Vivius deciſ. 316. in fin. Ceph. conſil. 25. n. 48. conſil. 371. n. 60. Conſil. 605. n. 5. Maſcardus de probationibus concl. 1264. n. 4. & 11. Paris de reſignatione beneficij lib. 1. q. 18. & lib. 8. q. 1. n. 3. & 8. cum ſeq. & n. 19. Roland. conſil. 43. n. 25. lib. 3. Grammat. dec. 101. n. 12. & ſi ſit aliquod dubium in renunciatione, ſemper debet interpetrari ad favorem renunciantis, & quam primum operata eſt renunciatio nihil amplius operari debet. Curt. in citato ſupra conſil. 23. in principio. Sequitur Burſat. conſil. 347. n. 44. Maſcardus dicta concl. 1264. n. 5. Vivius dicta dec. 316. in fine, & ita defendunt communiter Doctores. Paris dicta q. 18. n. 26. & cæteri ſupra relati.

7. Nec renunciatio extendi debet ad omnia Iura, etiam ſi in renunciatione dicatur (cedo omnibus Iuribus) quia intelligitur renunciatio de Iuribus connexis; non autem de iuribus ſeparatis, & quando unum non venit in conſequentiam alterius, videantur ſequentes, DD. Soncin. iun. in l. 1. n. 503. ff. acq. poſs. Riminaldus Senior. conſil. 71. n. 26. lib 1. Cravett. conſil. 1000. n. 459., ſeparatorum quippe, debet eſſe ratio ſeparata l. pen. ff. de caluniat. l. de bonis, & ibi not. ff. ad Carbonian l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. Poſſ. & ex ſeparatis inferri non poteſt l. neque narales C. de probationibus cap. 2. de tranſat. Epiſcoporum.

8. Extenditur tamen renunciatio ad connexa, ut notatur ex textu, & Gloſ. in l. ſi Domus ubi ſi is, cui debebatur à Domo vicini, utraque ſervitus, & ne altius tolleretur, & ut ſtillicidiorum reciperet ædificiorum, remiſſit ſervitutum altius non tollendi, non videtur id remiſiſſe alteram ſervi-

tutem, quæ eſt diverſa, & ſeparata; vndè ibi actum videtur, ut alius poſſit tollere, ita tamen, & taliter quod ſtillicidia non impediantur, ratio eſt quia illæ ſervitutes ſunt diverſæ, & ſeparatæ, atque adeo renuncias uni, non videtur alteri renunciaſſe Cephal. de ſervitute verb. prædior cap. 8. q. 10.

9. Reſtringitur renunciatio ad res ſeu iura, quibus expreſſim renunciatum fuit l. qui cum tutoribus ff. de tranſatione not. in l. ſi decreta l. ſub pretextu 11. C. de tranſac. l. Iubemus C. ad velleia Bartol. in l. poſt quam liti in prin. ubi Iaſſon. n. 11. C. de pactis. Decian. conſil. 45. n. 10. lib. 2. n. 11. C. de pactis, quod quidem valet non ſolum de perſonis, ſed etiam iurium, & rerum. Gabriel conſilio 90. n. 3. & 9. lib. 1. immò renuntiatio unius Iuris, non inducit renunciationem alterius etiam in eadem re l. ſi demus ff. de Seru. verb. præd. l. ſi prius poſt princip. ff. de aquir. plur. arc. d. l. Iubemus Sgnor. conſil. 169. n. 16. Rom. conſil. 132. & conſil. 158. circa primum in princip. Tiraquellus de retract. lig. §. Glo. 9. n. 161. & de Iure primogeniture q. 86. n. 8., vide plura de hac re apud Doctores, de hac materia tractantes.

10. Dicerem ego tamen, quod renunciantes ſine cauſa, vel cum cauſa ficta tenentur ad omnia damna, ſicut dixi de illegitimè eligentes perſonas ineligibiles, prout dicam poſt hanc Rubricam, in una appendice, ubi in gratiam huius §. de renunciatione beneficiorum, de reſtitutione tractatulum faciam.

In §. propter conſcientiam criminis cum duobus ſeqq.

11. Proſequitur Author noſterti tulum, iuxtà textū, & in hoc §. cum ſequenti agit, & Queritur 1. quale debeat eſſe crimen ob quod quis Epiſcopus, vel Curatus poſſit renunciare, in

2. quæ

2. quæ debilitas corporis ſit ſufficiens in renunciante, ad hoc ut renunciatio ſit valida, & iuxtà conſcientiam bonam, & ego iuxtà meum ſtilum breviter, & clarè, reſolvam has duas difficultates, ut deinde ad alias tres difficultates conditionales tranſitum faciam.

12. Ad primum dico, quod ſi habet Epiſcopus defectus criminis, ita ut, non poſſit ſuas oves dirigere, ſicut quilibet Curatus, V. G. ſi ſit ſimoniacus, homicida, vel ſit intruſus, tenetur renunciare, neque ullo modo poteſt Eccleſiam retinere, quia matrimonium non tenet, eſſet enim adulter in ſuo genere, ſic text. noſter, ut ſimonia 1. q. 1. C. erga ſimoniacos, & C. tanta de ſimonia, Homicidium, C. fin. de tempore ordin. & C. minor. diſt. 50. & C. inquiſitionis, de accuſat. ubi de utroque crimine; item ſecundũ aliquos omne peccatum, quod ipſo iure irrogat infamiam. 3. q. 7. C. infame §. porro, & de hoc plenius, not. in C. niſi eod. poſt principium, in autem criminibus, de quibus pænitere poteſt remanendo in officij adminiſtratione, non tenetur quis petere ceſſionem, ut clarè habetur hic, & in dicto C. niſi, & dicto C. fin.

13. Ad ſecundum dico quod ſi debilitas corporis Prælati vel Curati animarum proveniat, ex morbo accidentali, ſivè ex ſenectute tenetur renunciare, cum licentia tamen ſui Superioris; prout Superius dictum eſt, C. niſi §. alia eod. nam & ſenectus morbus eſt, ut not. ſup. de coadiutore in principio, qui autem dicantur ſenes, vel valetudinarij, iam alibì dixi, nempe illi, qui animabus ſibi commiſſis, & Eccleſiæ ſuæ ſpontæ aſſiſtere non poſſunt, nec animabus neceſſaria præbere vide per Abb. & alias in C. fin. ut lit. non conſtet, & clarè loquitur de hac textus noſter, & præcipuè quando Senectus, eſt ita matura, ut reddat virum ſtolidum, & inhabilem, ad docendum neceſſaria populo, & ad Sacramenta miniſtranda.

In

In §. propter defectum quoque, cum seqq.

14. Magnus defectus ſcientiæ, & irregularitas, dant cauſam renunciationis Prælato, & Curato, ſicut & malitia plebis de his tribus cauſis agitur in iſtis tribus §§§. ab auctore iuxtà textum noſtrum, quæ quidem cauſæ etiam vigent in Prælatis regularium, & Conventuum Superioribus, ſcientia enim, ut dixi in Rubrica, de ijs, qui eligendi ſunt eſt valde neceſſaria in Prælatis omnibus, & curam animarum habentibus, quia ſcientia, eſt potiſſimum neceſſaria circa adminiſtrationem ſpiritualium, undè in §. præſenti textus noſter ſic loquitur; *præſul qui in utriuſque commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere, ſalubriter, & renunciat, ſi quo ipſam regere debeat ignoret*, & ſi eminens ſcientia non requiratur neceſſariò, & ſimpliciter, quæ tamen in Prælato eſt deſideranda; ſaltem mediocris neceſſariò, & ſimpliciter requiritur; immò ſi non eſt Prælatus, &c. eminens in ſcientia, tenetur ſemper addiſcere, ut perfectum, ſe faciat in his, quæ ad ſuum officium pertinent, C. fin. diſt. 38. & iuris conſultus firmat l. apud Iulianum ff. de Fideicommiſſ. liber, & D. Augnſtinus ait; *ab anniculo ſe doceri paratum*, & habetur 24. q. 3. C. fin. & not. in C. niſi verſ. pro defectu eod. & C. ſpiritualium C. niſi §. pro defectu eod. & diſt. 30. per tot. & diſt. 86. C. Fratrem noſtrum, & C. Petrus diſt. 39. & 36. dict. §. 1. nam ſemper ubiquè concluditur, quod neceſſaria eſt ſcientia temporalium, & ſpiritualium, quia in hijs alios docere debet Prælatus, & conſequenter, aliorum Doctrina indigere non debet 1. q. 7. C. convenientibus, & authen. de Santiſſ. Epiſc. §. damnamus, utinam iſta à Prælatis conſiderentur, quia non viderentur aſini ſella induti.

15. De malitia plebis dicendum eſt, quod quando Prælatus invenit in plebe ſibi concredita tantam malitiam, & cordis duritiam, ut eius Doctrina, & exemplum in bonum, non facit

facit profectum renunciare poteſt Prælaturam, ita textus noſter, non ſic ſi habet ſpes cum labore ſuo etiam graviſſimo, ut poſſit proficere, habetur hoc primo in actibus apoſtolorum cap. 13. & in C. niſi §. propter malitiam plebis 7. q. 1. §. hoc tunc ſervandum, & C. fin., C. niſi §. propter malitiam eod. & hoc de prima propoſitione. De ſecunda, videlicet, quod non debet renunciare quando habet ſpes fructum faciendi, in plebem ſuam circa bonos mores introducendos, prebet hoc argument; quia propter Secularium malitiam, non debet ceſſare Doctor à docendo ſi habet ſpes vincendi eos ſua patientia, & Doctrina, ita Ioannes Andreas, & But. in C. niſi §. propter malitiam, eod. iuxtà illud; *vince in bonum malum, ne vincaris a malo*, eſt etiam ſententia divi Gregorij in 2. Dialogorum, ubi ait quod; *aquanimiter portandi ſunt mali*.

16. Sicut etiam poteſt renunciare ob grave ſcandalum V. G. ſi ipſe Prælatus bonum, & iuſtnm animarum ſibi concreditarum quærat, & pro eo laboret, & hoc obtineri non poſſit ſine gravi ſcandalo, renunciare poteſt, ita textus, ſi alia via tale ſcandalum evitari non poſſit; & ratio eſt, ut ait textus, ne plus temporalem honorem, Prælatus videatur appetere, quam æternam ſalutem, nam quantum poſſumus ſinè peccato ſcandalum vitare debemus, at quando utilius eſt ſcandalum, permictitur, & hoc melius eſt quam veritas relinquatur, C. qui ſcandalizaverit, de re iudic. etenim veritas bonæ vitæ, vel iniuſtitiæ numquam eſt deferenda, ſicut, nec veritas diſciplinæ, at quando plebs vult defendere malitiam ſuam, tunc illi parcendum non eſt ei contra vero ſi dolent facit argument, C. commeſſationes diſt. 44. ubi de hoc, & diſt. 50. C. ut conſtitueretur, & C. latrones, de Cler. excomun. minim. ſi vero C. p. in fin. de penit. diſt. 6. & not. de hoc in C. niſi, §. pro gravi eo, & C. ſane; de tempore ord. & in C. cum quis, quis 23. q. 44 & 4. adiungo D. Thomam 2. 2. q. 43. art 1. & alibi pluribus in locis, cum

alijs

vel illud *Otia ſi tollas, perire cupidinis arcus.*
Quaritur Aegiſtus, quare ſit factus adulter.
Impromptu cauſa eſt, deſidioſus erat, & tunc longe damnoſius, quando amore otij, ab opere bono, ac laudabili divertimus, & diſcedimus, quod nullo pacto eſt concedendum iuxtà textum noſtrum, & noſtrum Auctorem, vt hic, & §. verum, & 16. queſt. 1. C. vos autem, unde not. Senecha, cum ijs verbis, *non eſt viri timere ſudorem*; *& Generatum labor nutrit*, & diuus Hyeronimus ad monachum dicit, *ſemper facito aliquid boni operis, ut te diabolus inveniat occupatum, & habetur C. nunquam de conſecratione diſt.* 5.

19. Etenim relinquens oves ſibi iam concreditas ob proproprium commodum, aut ratione avaritiæ, vel maioris dignitatis, non videtur hoc eſſe ſecundum Charitatem, undè iſti petendo renunciationem aut commutationem non ſunt audiendi, nam hoc otium eſt deſtitutorium, & eſt malorum hominum, e contra vero quando otium ėſt reſtitutorium, quod hoc conceditur benemeritis, eo quia amplius in vinea Dei laborare non poſſunt, & hijs permictitur renunciatio.

20. Quapropter aſſigniabo hic differentiam inter bonum, & malum prælatum. Bonus namque prælatus, & paſtor intendit commodum gregis, malus autem commodum proprium, differunt etiam, quia primus dicitur paſtor, exquo datur intelligi quod intendit paſcere gregem, malus autem dicitur mercenarius, quaſi mercedem quærens, differunt etiam quo ad ſollicitudinem, & quo ad affectum, ita firmat diuus Thomas lect. 3. in cap. 10. Ioannis, qua propter paſtor ſiuè Prælatus otioſus poteſt dici Tyrannus quia tyrannus querit lucrum, ſuum intereſſe, atque plus ſeipſum quam populum amat, e contra vero bonus paſtor, & Prælatus ex corde amat gregem ſibi commiſſum, & animam ſuam ponit pro ovibus ſuis, illas cognoſcit, &

 ipſe

ipſe cognioſcunt illum ; idem D. Thomas loco citato , undè infero ego quod prælati otioſi non ſunt admittendi ad renunciationem , ſed potius cogendi ad laborem , pro grege ſuo C. nunquam de conſecratione diſt. 1.

21. In alio §. incipiente Accidit autem , ubi agitur an Prælatus qui ſemel ad vitam monacalem tranſijt poſſit iterum ad ſtatum Epiſcopalem redire ; videtur cum ratione, ut pars affirmativa debeatur defendi , dummodo non reliquerit Epiſcopatum, ab conſcientiam Criminis, & hoc non obſtante Cõſtantinopolitano Concilio citato in textu noſtro , etenim , ſi aliquando de hoc fuerit dubitatum , ex eo quia Religioſus fuerit mortuus mundo , & ideo , &c. pro no:. in l. Deo C. de Epiſcop. & Cler. tamen cum Religioſus poſſit eſſe Epiſcopus , §. fin. , & ibi Gloſ. notat. ſupra de poſtulatione ; dictum à me , non ſolum demonſtratur verum eſſe , ſed in ſuper ceſſat omnis obiectio , undè monacus , qui numquam fuit Epiſc. poteſt eſſe Epiſc. ut 16. q. 1. C. vos autẽ & 8. q. 1. in ſcripturis, & 16. q. 1. C. unico, item ſi Pleb. fiat Monachus, poteſt iterũ fieri Pleb. cum licentia ſummi Pontificis , ut 16. q. 1. C. ſi quos a Clericato ; dummodo, ut dixi Epiſcopus non relinquat Epiſcopatum , & ad religionem tranſeat ob conſcientiam Criminis , ſed ſolum talem tranſitum faciat ad religionem ob merita augenda 27. q. 2. C. ſunt qui dicunt, quando autem in C. nequaquam , dicitur factus monacus de Epiſcopo non valet redire ad Epiſcopatum, valet de eo, qui convictus eſt de Crimine , & ob id detruſus fuit in Monaſterium C. poſt translationem , eod. & idem valet de illo Epiſcopo , qui rabie perſecutionis Epiſcopatum dimiſit , & habitum monacalem ſuſcepit , ceſſantibus cauſis iſtis poteſt iterum ad Epiſcopatum aſſumi . Textus facit , §. cæterum , &c. & idem valet . Si quis ob doctrine defectu locum regiminis Epiſcopatus deſerens , & auctoritate Papæ ad otium monacale ſe contulerit ubi ſi per exercitium lectionis ſcientiæ reperit Margaritam , procul dubio ad Cathedram vocatus

catus Paſtoralem redire poterit, fauet textus noſter, in §. idem iuris eſt.

In §. Rurſus ſi quis, cum ſequentibus.

22. Plurimas quæſtiones, in præſenti movet Auctor, & primo quærit, an aſſecutus Epiſcopatum ſimoniace, ſed ignoranter, ſi fiat poſtea regularis, poſſit redire ad ſtatum Epiſcopalem 2. apud, quem debeat fieri renunciatio Epiſcopatus 3. an quis Epiſcopus, per procuratorem renunciare poſſit 4. an qui impetravit facultatem à Papa renunciandi, teneatur renunciare, & ad hoc cogi poſſit pro reſponſione ad queſtiones poſitas.

23. Ad primam difficultatem dico, quod ſi promotus ſimoniacè, ipſo in ſcio, deveniendo poſtea in cognitione de tali promotione ſimoniaca, & ſtatim, vel ad tempus breve renuuciat, poteſt iterum ad Epiſcopatum aſſumi, non tamen ad primum, quem renunciavit, cum licentia Pontificis, ità Textus hic, & habetur in C. poſt translationem de renunciatione alias, ſi non ſtatim, ac fuit cognitor quod ſua promotio fuit ſimoniacè facta, vel poſt breve tempus non renunciet, habetur, pro ratiſicata ſimonia, nequit reaſſumi ad Epiſcopatum, etiam ſi diſpenſativè, cum erga ſimoniacos nulla miſericordia ſit adibenda 1. q. 1. C. erga ſimoniacos, & 7. q. 1. C. præſentium, & C. ſuper eo de electione, & C. nobis fuit de ſimonia, & ſententia eſt probabilis.

24. Probabilior tamen eſt contraria iuxta textum noſtrum expreſſiuum de hac re in fine §. Rurſus ſi quis, ubi ſic loquitur, *& ſi ad Eccleſiam eandem redire nequeat ad aliam tamen promoveri poterit, Conſtantinopolitani Concilij conſtitutione non obſtante*, etenim ubi non eſt culpa non debet eſſe pena, facit 1. q. 5. C. quiqunque, & C. præſentium, & C. de ſimonia, & C. ſi alicuius de electione. Sol, ut prolixe notat. in C. poſt translationem verſ. rurſus de renunciatione, hæc quoad primam quæſtionem.

25. Ad ſecundam, nempè, cui facienda ſit renunciatio

 dicen-

Digitized by Google

aliqua cauſa, & precipuè in renunciationibus Curarum animarum, ſiuè, renuncians prælatus ſit, ſive Curatus ſimplex, pronitur enim caſus renunciationis ſinè cauſa cuiuſdem Prælati, ſivè curati, qui volebat ſuam Eccleſiam renunciare, nulla cauſa ad id Suadente motus illa ratione communi, quod videlicet, vnusquiſque poteſt uti Iuri ſuo l. pen. C. de pactis, non conſiderando, dictus renuntians, quod inter ipſum, & ſuam Eccleſiam contracta erat mutua obligatio, quæ regulariter præſertim re non integra, diſſolvi nequit tale ligamen, argumento l. ab emptione probatur ff. de pactis, unde ſi non diſſolvatur cum cauſa legitima puto quod nulla ſit diſſolutio ſi autem legitima eſt cauſa, renunciantio admicti debet, ut per textum noſtrum in §. præſenti, & à contrario ſenſu ſicut renunciatio facta per cauſam, tenet, ità ſine cauſa facta non valet, C. niſi, in fin. eod.

5. Cauſæ renunciationis Epiſcopatus, &c. ab Epiſcopo facienda vel eſt, quia illi impeditur opus ſalutis erga ſubditos, & hoc accidere poteſt multipliciter, quando videlicet ipſe habet Canonica impedimenta ad tale munus exequendum, V. G. quia eſt ignarus, homicida, irregularis, ſimoniacus, ſenex, infirmus, &c. vel ſubditi ita ſunt iniqui, ut nihil præſentia ſua illis proficere poſſit S. Thomas 2. 2. q. 185. art. 4. hæc tamen renunciatio debet fieri cum licentia Papæ, non obſtante quaqunque cauſa 1. q. 1. C. ordinationes; & ſi in contrarium aliqui dicant, loco citato, quia iſti ſunt fures, & latrones, & quanto plus rem tenent, tanto magis peccant, nam fur ſemper eſt in mora ff. de decond. furt. l. ſi pro fure, & C. niſi ſuperius dictum à me contra argumentum poſitum pugnat. l. ſi pro fuere, dic, ut nat. in C. niſi eod. poſt principium.

6. Debet tamen renunciatio ſemper interpretari ad favorem renunciantis, nempè, ut talis renunciatio minus illi noceat quam fieri poſſit l. ſi Domus ff. de Seruis, Vrban. Prædit. deciſ. in l. poſtquam lit. n. 15. C. de pactis, Curt.

in

in conſult. 192. n. 35. Conſil. 23. n. 1. verſ. tria eſt regula, conſil. 320. n. 13. Cravel. conſil. 290. alum. 1. verſ. ſed non videtur conſil. 407. in fin. Oldrad. conſil. 295. Grat. conſil. 17.n.46.lib.1. Becius conſil. 111.n. 31. conſil. 106. num.45. Honded. conſil. 29. n. 94. lib. 1. Surdus conſil 431. n. 32. conſil. 446. in fin. & conſil. 72. n. 15. Vivius deciſ. 316. in fin. Ceph. conſil. 25. n. 48. conſil. 371. n. 60. Conſil. 605. n. 5. Maſcardus de probationibus concl. 1264. n. 4. & 11. Paris de reſignatione beneficij lib. 1. q. 18. & lib. 8. q. 1. n. 3. & 8. cum ſeq. & n. 19. Roland. conſil. 43. n. 25. lib. 3. Grammat. dec. 101. n. 12. & ſi ſit aliquod dubium in renunciatione, ſemper debet interpetrari ad favorem renunciantis, & quam primum operata eſt renunciatio nihil amplius operari debet. Curt. in citato ſupra conſil. 23. in principio. Sequitur Burſat. conſil. 347. n. 44. Maſcardus dicta concl. 1264. n. 5. Vivius dicta dec. 316. in fine, & ita defendunt communiter Doctores. Paris dicta q. 18. n. 26. & cæteri ſupra relati.

7. Nec renunciatio extendi debet ad omnia Iura, etiam ſi in renunciatione dicatur (cedo omnibus Iuribus) quia intelligitur renunciatio de Iuribus connexis; non autem de iuribus ſeparatis, & quando unum non venit in conſequentiam alterius, videantur ſequentes, DD. Soncin. iun. in l. 1. n. 503. ff. acq. poſs. Riminaldus Senior. conſil. 71. n. 26. lib 1. Cravett. conſil. 1000. n. 459., ſeparatorum quippe, debet eſſe ratio ſeparata l. pen. ff. de caluniat. |l. de bonis, & ibi not. ff. ad Carbonian l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. Poſſ. & ex ſeparatis inferri non poteſt l. neque narales C. de probationibus cap. 2. de tranſat. Epiſcoporum.

8. Extenditur tamen renunciatio ad connexa, ut notatur ex textu, & Gloſ. in l. ſi Domus ubi ſi is, cui debebatur à Domo vicini, utraque ſervitus, & ne altius tolleretur, & ut ſtillicidiorum reciperet ædificiorum, remiſſit ſervitutum altius non tollendi, non videtur id remiſſiſſe alteram ſervi-

Digitized by Google

totem, quæ eſt diverſa, & ſeparata; vndè ibi actum videtur, ut alius poſſit tollere, ita tamen, & taliter quod ſtillicidia non impediantur, ratio eſt quia illæ ſervitutes ſunt diverſæ, & ſeparatæ, atque adeo renuncias uni, non videtur alteri renunciaſſe Cephal. de ſervitute verb. prædior cap. 8. q. 10.

9. Reſtringitur renunciatio ad res ſeu iura, quibus expreſſim renunciatum fuit l. qui cum tutoribus ff. de tranſatione not. in l. ſi decreta l. ſub pretextu 11. C. de tranſac. l. Iubemus C. ad velleia Bartol. in l. poſt quam liti in prin. ubi Iaſſon. n. 11. C. de pactis. Decian. conſil. 45. n. 10. lib. 2. n. 11. C. de pactis, quod quidem valet non ſolum de perſonis, ſed etiam iurium, & rerum. Gabriel conſilio 90. n. 3, & 9. lib. 1. immò renuntiatio unius Iuris, non inducit renunciationem alterius etiam in eadem re l. ſi demus ff. de Seru. verb. præd. l. ſi prius poſt princip. ff. de aquir. plur. arc. d. l. Iubemus Sgnor. conſil. 169. n. 16. Rom. conſil. 132. & conſil. 158. circa primum in princip. Tiraquellus de retract. lig. §. Glo. 9. n. 161. & de Iure primogeniture q. 86. n. 8., vide plura de hac re apud Doctores, de hac materia tractantes.

10. Dicerem ego tamen, quod renunciantes ſine cauſa, vel cum cauſa ficta teneantur ad omnia damna, ſicut dixi de illegitimè eligentes perſonas ineligibiles, prout dicam poſt hanc Rubricam, in una appendice, ubi in gratiam huius §. de renunciatione beneficiorum, de reſtitutione tractatulum faciam.

In §. propter conſcientiam criminis cum duobus seqq.

11. Proſequitur Author noſterti tulum, iuxtà textũ, & in hoc §. cum ſequenti agit, & Queritur 1. quale debeat eſſe crimen ob quod quis Epiſcopus, vel Curatus poſſit renunciare, in

2. quæ

2. quæ debilitas corporis ſit ſufficiens in renunciante, ad hoc ut renunciatio ſit valida; & iuxtà conſcientiam bonam, & ego iuxtà meum ſtilum breviter, & clarè, reſolvam has duas difficultates, ut deinde ad alias tres difficultates conditionales tranſitum faciam.

12. Ad primum dico, quod ſi habet Epiſcopus defectus criminis, ita ut, non poſſit ſuas oves dirigere, ſicut quilibet Curatus, V. G. ſi ſit ſimoniacus, homicida, vel ſit intruſus, tenetur renunciare, neque ullo modo poteſt Eccleſiam retinere, quia matrimonium non tenet, eſſet enim adulter in ſuo genere, ſic text. noſter, ut ſimonia 1. q. 1. C. erga ſimoniacos, & C. tanta de ſimonia, Homicidium, C. fin. de tempore ordin. & C. minor diſt. 50. & C. inquiſitionis, de accuſat. ubi de utroque crimine; item ſecundũ aliquos omne peccatum, quod ipſo iure irrogat infamiam. 3. q. 7. C. infame §. porro, & de hoc plenius, not. in C. niſi eod. poſt principium, in autem criminibus, de quibus pænitere poteſt remanendo in officij adminiſtratione, non tenetur quis petere ceſſionem, ut clarè habetur hic, & in dicto C. niſi, & dicto C. fin.

13. Ad ſecundum dico quod ſi debilitas corporis Prælati vel Curati animarum proveniat, ex morbo accidentali, ſivè ex ſenectute tenetur renunciare, cum licentia tamen ſui Superioris; prout Superius dictum eſt, C. niſi §. alia eod. nam & ſenectus morbus eſt, ut not. ſup. de coadiutore in principio, qui autem dicantur ſenes, vel valetudinarij, iam alibi dixi, nempe illi, qui animabus ſibi commiſſis, & Eccleſiæ ſuæ ſpontæ aſſiſtere non poſſunt, nec animabus neceſſaria præbere vide per Abb. & alias in C. fin. ut lit. non conſtet, & clarè loquitur de hac textus noſter, & præcipuè quando Senectus, eſt ita matura, ut reddat virum ſtolidum, & inhabilem, ad docendum neceſſaria populo, & ad Sacramenta miniſtranda.

In

ſacit profectum renunciare poteſt Prælaturam, ita textus noſter, non ſic ſi habet ſpes cum labore ſuo etiam graviſſimo, ut poſſit proficere, habetur hoc primo in actibus apoſtolorum cap. 13. & in C. niſi §. propter malitiam plebis 7. q. 1. §. hoc tunc ſervandum, & C. fin., C. niſi §. propter malitiam eod. & hoc de prima propoſitione. De ſecunda, videlicet, quod non debet renunciare quando habet ſpes fructum faciendi, in plebem ſuam circa bonos mores introducendos, prebet hoc argument; quia propter Secularium malitiam, non debet ceſſare Doctor à docendo ſi habet ſpes vincendi eos ſua patientia, & Doctrina, ita Ioannes Andreas, & But. in C. niſi §. propter malitiam, eod. iuxtà illud; *vince in bonum malum, ne vincaris a malo*, eſt etiam ſententia divi Gregorij in 2. Dialogorum, ubi ait quod; *æquanimiter portandi ſunt mali.*

16. Sicut etiam poteſt renunciare ob grave ſcandalum V. G. ſi ipſe Prælatus bonum, & iuſtum animarum ſibi concreditarum quærat, & pro eo laboret, & hoc obtineri non poſſit ſine gravi ſcandalo, renunciare poteſt, ita textus, ſi alia via tale ſcandalum evitari non poſſit; & ratio eſt, ut ait textus, ne plus temporalem honorem, Prælatus videatur appetere, quam æternam ſalutem, nam quantum poſſumus ſinè peccato ſcandalum vitare debemus, at quando utilius eſt ſcandalum, permittitur, & hoc melius eſt quam veritas relinquatur, C. qui ſcandalizaverit, de re iudic. etenim veritas bonæ vitæ, vel iniuſtitiæ numquam eſt deferenda, ſicut, nec veritas diſciplinæ, at quando plebs vult defendere malitiam ſuam, tunc illi parcendum non eſt ei contra vero ſi dolent facit argument, C. commeſſationes diſt. 44. ubi de hoc, & diſt. 50. C. ut conſtitueretur, & C. latrones, de Cler. excomun. minim. ſi vero C. p. in fin. de penit. diſt. 6. & not. de hoc in C. niſi, §. pro gravi eo, & C. ſane; de tempore ord. & in C. cum quis, quis 23. q. 44 & 4. adiungo D. Thomam 2. 2. q. 43. art. 1. & alibi pluribus in locis, cum

alijs

alijs non parvi momenti, DD. de materia ſcandali loquentibus ut infra in appendice dicam.

17. De cauſa irregularitatis dicam modo, *ob irregularitatem, cauſa bigamiæ, vel ſi non ſit natus de legitimo matrimonio, licet huiuſmodi irregularitatem ſubicere non potuerit, ſi tamen, & culpa latet, & cauſa cum eo, qui ſuum laudabiliter implevit officium, iniuncta ſibi competenti penitentia, poterit non minus utiliter, quam miſericorditer diſpenſari*, ſunt verba textus; unde ſi tales defectus fuerunt celati ab eo in ſua pro notione peracta penitentia illi impoſita, poterit ſi eſt utilis, Eccleſiæ, diſpenſari, ſi verò non eſt utilis, & ipſe petit abſolvi ab officio ratione irregularitatis, certè poterit illi à Papa concedi.

In §. ceterum ob alias cauſas, cum duobus seqq.

18. Aggredior magnam meſſem, & ego ſum ſolus operarius in hac re prout vidi apud ſcribentes, ſi enim Prælati ad diuum Martinum reſpicerent, otium, & laborem non fugerent, renunciando unam Eccleſiam pauperem, & laborioſam [ſi qui ſunt quod non credo) ut aliam commodiorem, & honoratiorem haberent, ut ſæpe ſepius faciunt Curati, &c. D. enim Martinus, dixit in extremo vitæ ſuæ Deo noſtro creatori; *Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborem, fiat voluntas tua*, quare textus noſter dicit, quod Prælati, &c. affectantes cauſas, vel ratione laboris nimij, vel ratione aeris ipſis nocentis, &c. non ſunt audiendi, etenim iſti non quærunt, quæ dei ſunt, ſed ſua; otium enim iſti quærunt, & cupidigia decipiuntur, neſcientes, quod otium, & cupiditas non bene ſonat cum ijs, qui curam animarum tenent. Quarè otium, & voluptas ſunt arma antiqui oſtis ad animas capiendas, C. niſi § verum eod. inde naſcitur laſcivia, & turpis amor (oh utinam falſum ſcribentem) vide verſus ſequentes, non imperiti huius rei, ſed magis experti.

Otia

vel illud *Otia ſi tollas, perire cupidinis arcus.*
Quaritur Aegiſtus, quare ſit factus adulter.

Impromptu cauſa eſt, deſidioſus erat, & tunc longe damnoſius, quando amore otij, ab opere bono, ac laudabili divertimus, & diſcedimus, quod nullo pacto eſt concedendum Iuxtà textum noſtrum, & noſtrum Auctorem, vt hic, & §. verum, & 16. quęſt. 1. C. vos autem, unde not. Senecha, cum ijs verbis, *non eſt viri timere ſudorem*; *& Generatum labor nutrit*, & diuus Hyeronimus ad monachum dicit, *ſemper facito aliquid boni operis, ut te diabolus inveniat occupatum, & habetur C. nunquam de conſecratione diſt.* 5.

19. Etenim relinquens oves ſibi iam concreditas ob pro- proprium commodum, aut ratione avaritiæ, vel maioris dignitatis, non videtur hoc eſſe ſecundum Charitatem, undè iſti petendo renunciationem aut commutationem non ſunt audiendi, nam hoc otium eſt deſtitutorium, & eſt malorum hominum, e contra vero quando otium eſt reſtitutorium, quod hoc conceditur benemeritis, eo quia amplius in vinea Dei laborare non poſſunt, & hijs permictitur renunciatio.

20. Quapropter aſſigniabo hic differentiam inter bonum, & malum prælatum. Bonus namque prælatus, & paſtor intendit commodum gregis, malus autem commodum proprium, differunt etiam, quia primus dicitur paſtor, exquo datur intelligi quod intendit paſcere gregem, malus autem dicitur mercenarius, quaſi mercedem quærens, differunt etiam quo ad ſollicitudinem, & quo ad affectum, ita firmat diuus Thomas lect. 3. in cap. 10. Ioannis, qua propter paſtor ſiuè Prælatus otioſus poteſt dici Tyrannus quia tyrannus querit lucrum, ſuum intereſſe, atque plus ſeipſum quam populum amat, e contra vero bonus paſtor, & Prælatus ex corde amat gregem ſibi commiſſum, & animam ſuam ponit pro ovibus ſuis, illas cognoſcit, &

catus Paſtoralem redire poterit, fauet textus noſter, in §. idem iuris eſt.

In §. Rurſus ſi quis, cum ſequentibus.

22. Plurimas quæſtiones, in præſenti movet Auctor, & primo quærit, an aſſecutus Epiſcopatum ſimoniace, ſed ignoranter, ſi fiat poſtea regularis, poſſit redire ad ſtatum Epiſcopalem 2. apud, quem debeat fieri renunciatio Epiſcopatus 3. an quis Epiſcopus, per procuratorem renunciare poſſit 4. an qui impetravit facultatem à Papa renunciandi, teneatur renunciare, & ad hoc cogi poſſit pro reſponſione ad queſtiones poſitas.

23. Ad primam difficultatem dico, quod ſi promotus ſimoniacè, ipſo in ſcio, deveniendo poſtea in cognitione de tali promotione ſimoniaca, & ſtatim, vel ad tempus breve renuuciat, poteſt iterum ad Epiſcopatum aſſumi, non tamen ad primum, quem renunciavit, cum licentia Pontificis, ità Textus hic, & habetur in C. poſt translationem de renunciatione alias, ſi non ſtatim, ac fuit cognitor quod ſua promotio fuit ſimoniacè facta, vel poſt breve tempus non renunciet, habetur, pro ratificata ſimonia, nequit reaſſumi ad Epiſcopatum, etiam ſi diſpenſativè, cum erga ſimoniacos nulla miſericordia ſit adibenda 1. q. 1. C. erga ſimoniacos, & 7. q. 1. C. præſentium, & C. ſuper eo de electione, & C. nobis fuit de ſimonia, & ſententia eſt probabilis.

24. Probabilior tamen eſt contraria iuxta textum noſtrum expreſſiuum de hac re in fine §. Rurſus ſi quis, ubi ſic loquitur, *& ſi ad Eccleſiam eandem redire nequeat ad aliam tamen promoveri poterit, Conſtantinopolitani Concilij conſtitutione non obſtante*, etenim ubi non eſt culpa non debet eſſe pena, facit 1. q. 5. C. quiqunque, & C. præſentium, & C. de ſimonia, & C. ſi alicuius de electione. Sol, ut prolixe notat, in C. poſt translationem verſ. rurſus de renunciatione, hæc quoad primam quæſtionem.

25. Ad ſecundam, nempè, cui facienda ſit renunciatio

 dicen-

teſt Eccleſiam repetere, quia ceſſit iuri ſuo per renunciatio-nem,dummodo non fecerit hoc invitus, ita Abbas in C. quod indubijs, eod. imò in hoc dum non ſe movit videtur habere tacitum pactum; & conſequenter conſenſiſſe l. ſi unus §. pen. ff. de pactis l. ſi acceptilatum ff. de acceptatione; verum eſt quod ſecundum aliquos re integra poteſt renuncians pœniteræ, de qua re non difficulto, ut per Abb. in dicto C. cum in dubijs.

27. Ad dubium poſitum ab auctore, an Papa poſſit renunciare Papatum, vel Papatui, cum non habeat Superiorem ſupra ſe, cui faciat renunciationem, quæ quidem difficultas fit in hoc titulo de renunciatione §. de Romano Pontifice, non parva eſt difficultas, eo quia ex ſupradictis apparet, quod renunciatio debeat fieri coram confirmante, non eligente, aut proponente, cum ergo Summus Pontifex Romanus non habeat confirmantem; ſed ſolum eligentem, videtur quod non poſſit renunciare Papatui, ipſe enim electus eſt vice Deus in terris, atquè adeo non habet Superiorem, cum ergo acceptatio, renunciationis ſit Superioris, Papa non habens Superiorem non poterit renunciare Papatui, quæſtio eſt magna, ſed paucis verbis reſolvitur; renunciatio quidem facienda in manu Superioris, ubi adeſt Superior, at in caſu renunciationis Pontificatus quia non eſt Superior Pontifici, non valet hæc regula, facit C. indemnitatibus §. penult. de elect. in 6. & C. licet in fin. extr. eod. tit. ratio eſt, quia Papa à nullo confirmatur, unde ſicut ſine Superiore inſtituitur, ita ſine Superiore renunciare poteſt, ita in C. primo, de re iudicata.

28. Non poteſt tamen talem renunciationem facere Pontificatus, ſi ſe habilem cognoſceret ad gubernationem Eccleſiæ, ut ex ſupradictis, ſed ſolum hanc renunciationem facere poteſt quando ſe ad tantam Sanctam Machinam in habilem ad gubernandam ſe practicè cognoſcit, vide C. ſi licet in fin. extra eod. titulo, ratio eſt ut dixi, quia Papa à nullo

confir-

confirmatur, unde ſicuti a Superiore non inſtituitur, ità ſinè Superiore renunciare poteſt, not. in cap. 1. de re iudicata, & habetur determinatum per Bonifacium in cap. 1. de renunc. in 6. ubi per Archiepiſcopum Florentinum Antoninum S. 3. p. tit. 23. quamquam pauci reperiantur qui hoc faciant, nam bonum eſt nos hic eſſe, & deo ſervire, & Eccleſiæ ſponſæ Chriſti.

29. Ad quartum dubium, videlicet, an quisquis Epiſcopus, vel alius Prælatus, aut beneficiatus poſſit per Procuratorem renunciare ſuam dignitatem, vel beneficium, certum eſt hoc unuſquiſque facere poſſe, ſicut dixi in ſecundo inſtitutionis Canonicæ, cum de Matrimonio locutus fui, & adeſt textus clariſſimus hic in §. poteſt autem, dummodò concludatur renunciatio, antequam mandatum procuræ revocetur., & talis revocatio [ſi fiat nota] ſit illi qui erat Procurator inſtitutus, Clement. 1. eod. not. 2. cap. 1. de Procuratore in 6. factum ſequtum fuit in perſona Gregor. XII. Angelo Coratio qui mandatum procuræ dedit Carolo de Malateſtis medio, quo renunciavit Papatum in Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 14. prout legitur apud Bapt. Platinam in vita Gregorij, dummodo hoc factum non ſit metu cadente in virum conſtantem, quia tam renunciatio, quam conſtitutio Procuratoris, libera debet eſſe, facit C. accedens, de Procuratore, & libertatem conſtituti, diei, & conditionis, ff. qui pat. in ping. habe. l. potior 2. reſp. & fac. C. pro te, & quod ibi not. de reſcriptis in 6.

30. Ad ultimam difficultatem, nempè, an qui impetravit licentiam renunciandi poſſit compelli ad renunciandum, reſpondetur quod actu non ſecuto ſemper eſt in libertate renunciantis, vel non renunciare, vel renunciare favorabilia enim non cogunt, ſicuti eſt Privilegium conceſſum, &c. renunciandi; ſed hoc argumentum non valet etenim, quia illa licentia obtenta, habetur pro renunciatione ipſa quoad effectum, nam idem eſt promittere, vel donare, ac vendere

dere, & donare, ut dicunt Iureſconſulti Civiles, C. divortum de pœnit. diſt. 1. & l. ſi mulier, C. ad ſi velle fac. C. quidam, eod. eſſet enim illudere auctoritatem Summi Pontificis, C. quidam eod. quia quando Papa concedit poſtulationem [quæ ſupponitur eſſe liberam] non eſt ab ea recedendum, C. bonæ de poſtulatione Prælatorum; hæc quoad hanc Rubricam, modo videndum eſt de aliquibus, ad dicta pertinentibus, nam in hac Rubrica locutus fui de renunciantibus abſquè cauſa legitima, an teneantur ad reſtitutionem damni dati Eccleſiæ, & populo, prout n. 10. tetigi, & num. 16. in ead. rub. tetigi tranſeunter materiam ſcandali, ideò nunc, ut promiſſi Appendicem ponam. in qua tractabo, materiam reſtitutionis, & ſcandali, ut hoc opus omnibus iuvet, ſi volunt legentes eum ut iuvet, ſcio certè, quod deſpectum erit, quia ad capiendum multi inveniuntur apti, pauci, autem nulli ad reſtituendum, de ſcandalo vero inveniuntur multi Magiſtri, ſed non deficiunt diſcipuli, ergo.

APPENDIX.

De Reſtitutione, & Scandalo.

1. IN hac appendice tractatum inſtituam de reſtitutione & ſcandalo, quia Superius in Rubrica antecedenti tetegi hanc materiam tranſeundo; de renunciantibus nempè cum ſcandalo, & damno populorum, ob ſuam comoditatem, & ibi dixi, quod ad reſtitutionem omnium damnorum ſuccedentium populis, undè prius quam hoc maremagnum, incipiam navigare, quid ſit reſtitutio, explicabo.

2. Quapropter ita à Doctoribus reſtitutio definitur; *eſt actus iuſtitiæ commutativa, perquem redditur alteri, ad æqualitatem, quod iniuſtè ab eo ſublatum eſt*, ſic ſtrictè ſumpta iuſtitia definitur, & non alias, de deffinitione iuſtitiæ largè acceptà non loquor, quia iſta multa capita habet; in diſcurſu tamen

tamen tangam illam, hæc definitio à me tradita, eſt ad mentem Angelici Magiſtri 2.2.q.62. art. 1. Navarr. lib. 2. cap. 1. n. 1. & eiuſdem cap. 17. n. 5. Leſſ. lib. 2. cap. 7. dub. 4. n. 15. Filiucc. tract. 32. n. 9. hic eſſent multa tractanda circa deffinitionem reſtitutionis, ſed ego ſolum, ad caſus aliquos deveniam, ut Confeſſarijs ſatisfaciam, & primo loquor de præcepto reſtitutionis.

3. Multi enim dicunt præceptum reſtitutionis eſſe negativum atque adeo obligare ſemper, & ad ſemper, alteri dicunt, partim eſſe affirmativum, & partim negativum, de primo ſenſu defendit Medina q 2. de reſtitutione n. 3. Molin. diſp. 716. n. 3. pro ſecunda ſtat Valentia tom. 3. d. 5. q. 6. p. 2. cum Filiucc. tract. 30. n. 151.

4. Ego tamen puto eſſe affirmativum, reſtituendi præceptum, & nullo modo negativum, etenim in præcepto negativo ſolum præcipitur abſtinentia ab aliquo opere poſitivo, at in affirmativo, ſolum actus poſitiuus præcipitur, deindè, hoc præceptum reſtituendi non obligat ſemper, & à ſemper, ſed ſolum quando eſt opportunitas reſtituendi, ſiuè pro modo, ſiuè, pro re, aut tempore, & loco.

5. Non eſt tamen negandum, quod obligatio reſtituendi oriatur ex præcepto negativo, *non furtum facies*, nam eiuſdem rationis eſt furari, & alienum retinere quando quis reddere poteſt, ita firmant Sotus l. 9. q. 6. art. 2. Vaſq. de reſtitutione cap. 5. §. 1. dub. 3. n. 25. Bonacc. & Clavis regia de reſtitutione.

6. Oritur autem obligato reſtituendi ex triplici capite nempe ex re iniuſtè accepta, vel illam invenit, aut quando bona fide illam conſumpſit, & in ea factus eſt dictior, quod etiam valet, quando quis alicui damnum intulit, vel ex contractu naſcitur obligatio reſtituendi, eo quia inter aliquas perſonas fuit contractus celebratus ratione cuius oritur talis obligatio, ut ratione Pignoris, aut comodati, ita Leſſ. lib. 2. cap. 7. dub, 5. n. 20. Filiucc. de reſtit. n. 17. Clavius

vis reg. lib. 10. tract. 2. cap. 1. Layman lib. 3. ſect. 5. art. 2. cap. 1. n. 2. Sylv. 2. 2. q. 62. art. 6.

7. Quapropter obligatio reſtituendi, oritur ſolum ex delicto patrato contra Iuſtitiam, non vero contra alias virtutes, undè ſicut mala acceptio, aut retentio mala eſt contra Iuſtitiam, ita reſtitutio actus Iuſtitiæ eſt, quo alteri redditur ad æqualitatem, quare qui in neceſſitate etiam extrema noluit ſuccurrere indigenti, ad quod non tenebatur ex iuſtitia, ſed ſolum ex Charitate, non tenetur ad reſtitutionem, quia ſolum Charitatem violavit, non autem Iuſtitiam; nam ex violatione, aliarum virtutum nihil aufertur ab aliquo, per Iniuſtitiam vero, ſiue per violationem Iuſtitiæ ſic.

8. Quapropter ſecundum probabiliorem ſententiam nunquam eſt obligatio reſtituendi, vbi non eſt peccatum mortale, ſi alias non obligetur quis ad reſtitutionem, ratione contractus, vel officij, ita firmat Reginaldus de reſtitutione lib. 12. n. 65. valent 2. 2. d. 5. q. 6. punct. 3. Navar. cap. 17. n. 11. Clavis reg. lib. 10. cap. 1. ſa verb. reſtitutio ad finem Azzor. 3. p. l. 4. cap. 1. q. 5. ratio eſt quando ſola culpa venialis adeſt, dicitur actus incompletus in ratione iniuriæ, atque adeo non inducit obligationem reſtitutionis, ſaltem perfectam quam abſtringat ſub peccato mortali etenim non poteſt eſſe maior obligatio in ſuo ordine quam fuerit iniuria, ex qua naſcitur in ſuo; & ſi P. Navarrus, & Reginaldus apud Bonaccinam dicant etiam per peccatum veniale induci obligationem reſtitutionis, ſed meo videri hæc ſententia ſupponit materiam furti, deinde leve, quod facit materiam notabilem reſpectu præcedentium furtorum per ſe non eſſe niſi peccatum veniale; nihilhominus admictit eſſe obligationem reſtituendi, eo quia detentio rei alienæ voluntaria in notabili quantitate, quæ tunc inchoatur, eſt peccatum mortale, undè DD. vtriuſque ſententiæ conveniunt, & non videntur eſſe in re diſſidentes.

9. Quando vero obliget præceptum reſtituendi, dico

Digitized by Google

quod ſtantibus dictis, non obligat pro omni tempore, ſed ſolum quando eſt opportunitas reſtituendi, verum eſt, quod ommiſſio reſtitutionis æquivalet iniuſtæ acceptioni, equè enim damnoſa, eſt proximo, quare Apoſtolus ad Romanos 13. utrumque præceptum, tum affirmatiuum, tum negatiuum indicavit dicens, *reddite omnibus debita, nemini quidquam debeatis*.

10. Vtrum vero reſtitutio ſit neceſſaria ad ſalutem, Reſpondendum eſt affirmativè; quia cum conſervare Iuſtitiam ſit de neceſſitate ſalutis, conſequens, eſt quod reſtituere id, quod iniuſtè ablatum eſt alicui ſit de neceſſitate ſalutis. Etenim cum reſtituere ſit actus Iuſtitiæ commutativè, eſt ſervare Iuſtitiam, ita Angelicus Doctor 2. 2. q. 62. art. 2. in corpore, & 4. ſententiarum diſt. 15. q. 1. art. 5. quæſtiun. 2. in corpor. Sequntur Palud. 4. ſententiarum diſt. 15. q. 2. art. 2. Sotus lib. 4. de Iuſt. & Iuræ q. 6. art. 2. Adrianus in 4. in materia reſtitutionis in Principio; uterque Navarrus, Martinus in Manuali cap. 17. n. 11. Petrus lib. 1. cap. 1. de reſt. Salon. hoc in loco controu. 1. Sairus lib. 10. Clavis Reg. cap. 3. n. 3. & hanc ſententiam docuit diuus Auguſtinus in Epiſt. ad Maced. epiſt. 5. & habetur 14. q. 5. ubi ait, ſi res aliena propterquam peccatum eſt reddi poſſit, & non redditur, penitentia, non agitur, ſed ſimulatur, ſi autem veraciter agitur, non remictitur peccatum, niſi reſtituatur, ablatũ, reſtitutio nãquæ, eſt, & de iure divino, & de iure naturali; de Iure divino, patet expluribus locis Sacræ Scripturæ, ut ad Romanus 8. Tobiæ 2. Ezzechie 35. Levit. cap. 6. exod. 22. Lucæ 19. de iure etiam patet, quia ratio naturalis dictat, quod tibi non vis fieri alteri, ne facias.

11. Quæritur hic, an illi qui non acceperunt rem alienam teneantur reſtituere, ex dictis patet reſponſio, nempè quod quis, quis dedit cauſam iniuſtæ acceptioni reſtituere tenetur, quod totum ſequentibus verſibus compræhenditur, de quibus dabo explicationem.

Iuſſio

Iuſſio, conſilium, conſenſus, Palpo, recurſus,
Partecipans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Quinque ex præmiſſis, ſemper obbligant ad reſtitutionem, nempe. Iuſſio, nam ille, qui Iubet eſt principaliter mouens ad furtum committendum, atque adeò principaliter ad reſtitutionem tenetur, quapropter ſi quis ordinat prælato, vel dat illi conſilium, ad renunciandum; quando alias Eccleſiæ utilis erat, tenetur ad omnia damna ſecuta illi Eccleſiæ, ſuç quod idem valet in furto ſecuto. Deinde conſenſus in furto vel damno alterius, ſine quo conſenſu tale damnum non eſſet ſecutus tenetur ad omnia damna, quod idem valet de conſilio; Recurſus, receptor namque latronum, & præſtans eis patrocinium ad reſtitutionem tenetur, quia, ſine tali patrocinio, non veniſſent probabiliter ad actum furti, & idem valet de palpo. Participans, de hoc non debet verti in dubium, quia participans in Crimine latrocinij, & in preda, ad reſtitutionem tenetur. Non obſtans, hæc eſt magna difficultas pro Princeps Ciuitatis, & nec non viarum cuſtodibus. Princeps namque tenetur cuſtodire Iuſtitiam in terra, unde ſi ab eorum defectum, ac negligentiam latrones increſcunt, ad reſtitutionem tenentur, nam redditus principum, ſunt ſtipendium ad hoc inſtitutum, ut videlicet iuſtitiam conſeruent, undè in tribunalibus eorum debent inuigilare, ut iuſtitia rectæ fiat alias ad damna innocentis tenentur, tam in Ciuili quam in Criminali cauſa, in alijs autem caſibus enumeratis non ſemper tenetur ad reſtituendum, nam non ſemper conſilium, aut adulatio, eſt cauſa infallibilis furti, aut rapinæ, vndè ſolum tenetur palpo, vel adulator reſtituere, quando probabiliter extimari poteſt quod ex huiuſmodi cauſis fuerit acceptio iniuſta ſubſecuta, vide Angelicam Magiſtrum 2. 2. q. 62. art. 7. in corpore, & 4. ſententiarum diſt. 15. q. 1. ar. 5. queſtiunc. 3. in corpore.

12. Verum eſt, quod in hac re procedere debemus cum aliqua diſtintione cum Caietano hic, vel cauſa furti eſt in-

 tencta

tenƈta directè, à præcipiente, Laudante, &c. vel indirectè, ſi directè, cum inducat alium ad accipiendum, &c. certè ad reſtitutionem tenetur, ſi indirectè; hoc eſt ille, qui poteſt impedire, & non impedit, tenetur ad reſtitutionem, verũ eſt quod ſi præcipiens erat Dominus furis tenetur reſtituere, ſi minus, & alias fur paratus erat furari, non tenetur ad reſtitutionem, Sicuti quando ego conſulerem furtum, & non ſequitur furtum non teneor reſtituere, quia ex tali conſilio nullum ſequitur damnum, item dico quod conſiliator adulator, non repræhendens, non manifeſtans, non ſemper tenentur ad reſtitutionem, quia non ſemper conſilium, adulatio, vel aliquid huiuſmodi, eſt efficax cauſa furti, aut rapinæ; Sed ſolum reſtituere tenentur quando probabiliter (ut dixi) exiſtimari poteſt quod ex huiuſmodi cauſis fuerit in iuxta acceptio ſubſecuta.

13. Qui vero rem alienam bona fide emit, etiam à fure neſciendo quod ſit fur. ille qui illam vendit, vel aliquid bona fide poſſidet, putando eſſe ſuam, ſtatim quod venit in cognitione, quod res eſt aliena tenetur reſtituere proprio Domino, & ſi eſt res empta, nullo modo poteſt à Domino cui facienda eſt reſtitutio prætium rei illius petere, non enim eſt iuſtum, ut Dominus rem ſuam emat, quod ſi poſſeſſo malæ fidei non vult reddere rem, Domino proprio, tenetur ad reſarcienda omnia damna Domino illata à Die, in quo cæpit eſſe poſſeſſor malæ fidei, ita D. Thomas 2. 2. q. 62. art. 6. Navarr. cap. 17. n. 7. Tolet. lib. 5. cap. 17. Layman. lib. 3. ſect. 5. tract. 2. cap. 3. n. 1. Sanchez lib. 2. moral. cap. 23. n. 2. Sylv. 2. 2. q. 62. n. 6. q. 1. concl. 3.

14. Cum quis alienavit, vel conſumpſint rem alienam, bona fide, quia credebat eſſe ſuam, non tenetur ad reſtitutionem niſi de eo, in quo factus eſt ditior, nam id in quo factus eſt locupleƈtor ſumitur pro re accepta, & conſumpta, dummodo res non ſit amplius apud ipſum, nec ne habere poſſit. Indubitatum eſt tamen, quod in caſu in quo dubitaretur

retur

retur an factus eſſet locupletio iam malæ fidei, nec ne, iuris ſtat pro ipſo, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis Rebellius p. 1. l. 2. q. 3. Sanchez cap. n. 37.

15. Redeo ad receptatorem furis (antequam ad aliam tranſitum faciam) deinde redibo ad poſſeſſorem malæ fidei, qui recipit, vel nutrit, vel conſervat malefactorem, ſivè antè, ſivè poſt delictum, recipiendo in Domum ſuam, reddendo, eum ſicurum, efficiendo, ut non capiatur, tenetur ille talis ad reſtitutionem, quia eſt cauſa iniuſtæ acceptionis, antequam fiat, tanquam præbens ſecuritatem iniuſtæ agendi, & tamquam conſervans hominem in perſeverando ad actiones iniuſtas, & poſtquam facta eſt, tamquam iniquitatis Patronus, Patrocinium illi præſtans; & ad hoc genus perſonarum non ſolum reducuntur illi apud quos fures furta ſua conſervant, & ipſi latitant. Sed etiam ij, qui coram Principe, vel Iudice ſtant pro fure, aut raptore, nè malè ablata reſtituere cogatur, aut favorem illi impendunt ne aliena poſſint recuperari à proprio Domino, factum excuſando; vel furem defendendo, ut ſolent facere aliqui Procuratores, & aliqui Advocati, &c. ſic firmat Petrus Navarr. lib. 3. de reſtit. cap. 4. P. pro dub. 3. Franc. Ghetius in ſuo Animæ Theſauro verbo reſtit. pag. mihi 263. col. 2.

16. Non tenetur ad reſtitutionem ille, cui res aliena perit, caſu, aut etiam propia culpa, dummodo perierit tunc temporis quo ipſe rem bona fide poſſidebat, credens ſuam eſſe; nec ille, qui rem bona fide emit, quam poſtea vendidit æquali, vel minori prætio; ſecus vero ſi maiori prætio vendiderit, quia tunc tenetur reſtituere pretij incrementum, item non eſt facienda reſtitutio ab eo, qui rem alienam bona fide alteri donavit, cuius ſimilem, vel diſſimilem non donaſſet, ſiren illã non habuiſſet, quia non cenſetur factus ditior in illa re. Et comedens rem furtivam bona fide apud amicum tenetur tantum ad reſtitutionem illius, in quo rei ſuæ pepercit. Et qui apud amicum comedit bona fide rem

furti-

furtivam valoris 30. Aſſes, ſed domui ſuę commediſſet pro 40. ſolum tenetur reſtituere triginta, quemadmodum qui veſtem alienam bona fide conſumpſit, vel ea uſus eſt, comparente Domino, tenetur reſtituere veſtem, ſi adhuc extet, vel valorem comſumptæ veſtis, ſi alias veſtem æqualis valoris conſumpſiſſet. Item qui celebravit contractum uxurarium, putando talem non eſſe, ſi deinde factus ſit certus, quod uxurarius eſt, tenetur ſolum reſtituere, rem extantem & in quo invenit ſe factum eſſe ditiorem, à tempore, quo cognovit in iuſtitiam contractus, pro omnibus caſibus in hoc n. 6. poſitis videantur ſequentes DD. tom. 1. d. 246. & 720. Clavis Regia cap. 2. n. 4. Sanchez cap. 23. n. 30. Filiucc. C. n. 20. Vaſquez de reſtit. cap. 9. §. 2. Rebell. lib. 9. q. 18. n. 9. & alij quam plurimi citati à Baſſ. verbo reſt. pag. 745.

17. Item ſi quis impedit, alicui viro, aut mulieri, ſivè loco Pio conſecutionem, alicuius boni, vel rei, ut melius dicam; V. G. ne Franciſcus ratione legati, vel alterius tituli relinquat. Petro, vel alicui Eccleſiæ, mille V. G. ad quem habebat ius ſtancte contracto, ſivè teſtamento condito iam, & facit illum revocare, cum dolo, tenetur ad reſtitutionem, nam tunc per illam actionem doloſam lædit libertatem collatoris ille ſcilicet, qui dolosè perſuaſit non ſic ſi hoc faceret, vel ratione charitatis, aut Blanditijs, & pollicitationibus, etiam ex odio alterius, non tenetur reſtituere; quia non violatur Blanditijs libertas collatoris, ità Leſſ. lib. 2. cap. 12. dub. 18. n. 123. eſt tamen contra Caietan. 2. 2. q. 62. art. 2. tenet tamen Diana p. 3. tract. 5. reſol. 53. & tract. 6. reſol. 33. & 34.

18. Advertendum tamen eſt hic, quod non quæcunque in iura obligat ad reſtitutionem, ſed illa ſolum quæ infertur in ipſa rei conſequtione; V. G. Franciſcus præoccupavit licteras Petri, & eas aperiendo, invenit, quod Petrus ſcribebat Ioanni Romam vacare beneficium in menſe Pontificis, Franciſcus procurat pro ſeipſo tale beneficium, non tenetur ad

reſtitu-

reſtitutionem; etenim iniuria fuit cõmiſſa in præoccupatione licterarum, & aperitione illarum, non in conſecutionem beneficij [idemque probabiliter dicendum putat Leſſ. cap. 2. dub. 5. n. 43. de paupere, qui eum maneat ad oſtium divitis expectando elemoſinam, & advenienti alteri pauperi dicat, iam elemoſinæ ſunt diſtributæ. Secus vero, ſi ille primus pauper, dicat diviti, illum alium, non eſſe pauperem, nec eleemoſina indigere] Diana firmat p. 3. tract. 8. reſol. 21. & p. 3. tom. 6. reſol. 33. Sylv. tamen limitat. in 2. 2. q. 62. art. 2. q. 25. concl. 5. dicendo quod dicta Doctrina ſolum valet in hijs, quæ ordinata ſunt ad bonum publicum, qualia ſunt beneficia, officia, &c. quæ nimirum in Eccleſiæ bonum, & publicum ſunt inſtituta, non verò in bonis ordinatis principaliter in bonum ſingulorum, ut ſunt èraria publica, Montes Pietatis, piæ fundationes, &c. in hijs enim, quia ſinguli habent ius aliquod, ob quod, ſibi debeatur ſua pars, impediens aliquem, ab eius conſecutione, etiam per preces, & munera tenetur ad reſtitutionem, idem Diana reſol. 33. cit. a §. hinc, uſque in finem.

19. Qui rem alienam bona fide accepit, & deinde dubitare incepit an aliena eſſet, & fecit diligentias neceſſarias, ut proprium Dominum inveniret, nempè an ſua vel alterius eſſet, & non illi dubium ceſſavit hijs non obſtantibus, quęritur hic an illam poſſit vendere, donare, conſumere, vel apud ſe retinere tuta conſcientia, reſpondeo poſſe eam conſumere, vendere, aut donare, modo paratus ſit reſtituere id in quo factus eſt dictior comparente Domino, verum, èſt quod ſi iſte poſſeſſor, negligens fuit in indagando, & impotens factus fuerit ad veritatem ſciendam, tenetur reſtituere illi, cuius rem eſſe dubitat prout aſſerit Molina tom. 1. diſput. 36. cap. 11. Sanchez l. 2. Moral. cap. 23. nu. 183. vel eo ignoto, dare pauperibus, iuxtà qualitatem dubij, & ſpei quem habebat inveniendi Dominum. Rebellius tamen lib. 2. de reſtitut. q. 5. n. 12. cum multis alijs apud ipſum

non

non ſine probabilitate defendunt non teneri ad reſtitutionem etiam ſi peccauerit negligendo inquiſitionem veritatis, nam quia incæpit poſſidere bona fide, in dubio melior eſt conditio poſſidentis vide Dianam par. 4. tract. 3. reſol. 27.

20. Participantes in furto, ſic actione in iuſta tenentur ad reſtitutionem, dicuntur autem participantes ſocij Criminis, mediatores, exploratores, & quoqunque modo exequentes dictam actionem, dando inſtrumenta, quibus damnum proximo infertur, ſiue illa conficiendo, vel vendendo, dummodo ſint cauſa, aut concauſa iniuſtæ actionis ut benè notat Caietanus in ſummula verb. reſtitut. cap. 1. ad cuius concluſionis maiore intelligentiam, & Claritatem aliqua dubia proponuntur. Primo, an quando plures concurrunt, ad actionem Iniuſtam, puta ad damnificandum, ſinguli teneantur ad reſtitutionem faciendam inſolidum? huic difficultati dicendum eſt, quod quando quilibet eſt cauſa totius damni illati in ſolidum, quilibet tenetur ad reſtitutionem totius damni inſolidum. Sic docet S. Antoninus 2. p. tit. 1. cap. 12. §. 12. & tit. 2. cap. 2. §. 4. Sylv. verb. reſt. 3. q. 6. uterque Navarr. Martin. in manual. cap. 17. n. 20. Petrus lib. 3. de reſt. cap. 1. dub. 5. & dub. 3. cap. 4. dub. 4. Salon. hoc in loco, nam cum quilibet ſit cauſa totius damni, & cum non ſit maior ratio de uno hac de alio omnes tenentur ad reſtitutionem in integrum. E contra verò quando plures damnificaverunt Caium. V. G. ita ut non quilibet ſit cauſa totius damni, ſed tantum partis, tunc unuſquiſque tantum pro ſua rata ad reſtitutionem tenetur. Explico meipſum exemplo, de militibus aliquam Civitatem depredantibus, & unus unam Domum, alius aliam depredatur, dux autem exercitus, & conſiliarij ad totum damnum tenentur, quia iſti ſunt cauſa totius damni, miles autem ſolum partis damni cauſa eſt, & ideo tantum ad reſtitutionem ſuæ partis tenebitur. Sic Angelicus Doctor S. Thomas hic, ad 2. & 4. ſententiar. diſt. 15. quæſtiunc. 1. art. ultimo, quæſtiunc. 3. quem ſequi-

ſequitur diuus Antoninus p. 2. titulo 1. cap. 12. §. 14. Sylveſter verbo reſtitutio 3. q. 6. Caietanus 2. 2. q. 62. art. 6. in reſponſione ad 2. Dominicus Sotus lib. 4. de Iuſtitia, & iure q 7. art. 3. Petrus Navar. l. 3. de reſtitut. cap. 4. dubio 8. Aragonus, & Salon, hic cum innumeris DD. & ſi unus ſatisfacit pro omnibus, cæteri tenentur ſatisfacere illi, nam penitens non debet eſſe peioris conditionis, Doctores ſupra, citati, & poſt alios Franciſcus Ghetius verbo reſtitutio pagin. 264. columna 2.

21. Secundum probabiliorem ſententiam, ſimulans paupertatem, vadit Elemoſinando, & multas elemoſinas invenit, cum tali fictione, tenetur ad reſtitutionem, ratio eſt quia, qui decipitur circa conditionem propterquam donat, non dat liberaliter, nec donat, intantum enim donat, quia putat eſſe pauperem, illum cui donat; quia cum copia elemoſinarum illi datarum per illam ſimulatam paupertatem poteſt diteſcere cum damno verorum pauperum; fraus enim nemini debet patrocinari prout habetur in C. ſedes, & C. ex tenore de reſcriptis; & patrocinaretur, ſi non teneretur reſtituere poſita materia gravi.

22. Verum eſt quod talis reſtitutio debet fieri burſç comuni illius loci, ubi pauper ſimulando eſſe in extrema neceſſitate, petulanter elemoſinis factus eſt dives, ita Scotus, Alenſis, & Gabriel, quos citat. & ſequitur Philippus Faber de penitentia in 4. diſtin. 15. q. 2. diſput. 50. cap. 4. n. 120.

23. Sagæ, & ſtriges tenentur ad reſtitutionem damnorum, quorum ſuis filtris in cauſa ſunt, & omnes alij qui in hijs rebus dant operam, docet expreſsè Suarez tom. 1. de religione lib. 2. de ſupeſt. cap. 14. n. 12. Toletus lib. 4. ſum. cap. 16. n. 3. Leſſius tom. 1. lib. 2. cap. 8. dub. 2. Navar. cap. 15. n. 19. ratio eſt quia, qui cauſa damni iniuſti dat damnum fec: ſſe cenſetur; ſagæ autem, & ſagi, huiuſmodi filtra, & pocula amatoria conficiunt, quæ ſæpè nocent, vitæ hominum, & ſaluti illorum, animalia occidunt, &

bona temporalia dilapidant, ergo ipſe cenſentur damnum inferre, & per conſequens damna ipſa reſtituere tenentur.

24. Quæritur hac occaſione, an quando dictæ ſagæ à Iuſtitia puniuntur, liberæ ſint à tali reſtitutione damnorum illatorum ab ipſis? Negativa eſt reſponſio, nam per illam pænam corporalem ſatisfaciunt reipublicæ, & iuſtitiæ legali, non autem parti læſe, nec Iuſtitiæ commutatiuæ, unde ſi ipſi ſagi, vel ſagæ habent bona, quę ad ſuos hæredes trāſeāt; ipſi hęredes tenēturreſtituere, illis quibus dāmnū fuit illatū, ſic in C. in literis de raptoribus, & C. ultimū de ſepulturis. Si vero talia bona pervenerunt in manibus fiſci, Fiſcus tenetur talia damna reſarcire, iuxta l. non poſſunt, & l. in ſumma ff. de iure fiſci, & adducitur ratio, nam quæ eri alieno abnoxia ſunt, in bonis defuncti non computantur, quod commune eſt omnibus alijs debitis, ita Suarez allegatus ſupra dicto n. 12. iuxta Doctrinam Navarri in cap. 15. n. 25. & Petrus Biſfeldius tract. de confeſs. malefic. præludio 13. & poſt iſtos Stephanus fagundez in 1. preceptum decalogi lib. 1. cap. 41. n. 20.

25. Dubitatur etiam hic, quid dicendum ſit de reſtitutione, ex cauſa homicidij, nempè, an conſulens homicidium, & non eſt certus, an homicidium ſecutum ſit vel non, quid agere debeat. Reſpondeo, quod ſi dubium eſt, an illi cui datum eſt conſilium, occiderit, non tenetur ad reſtitutionem aliquam; quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, etenim cum homicidium, ſit quid facti non præſumitur fuiſſe factum, in dubio, an factum detur, vel non detur; Si verò de homicidio conſtet, & facta morali, ac ſolicita diligentia, dubium eſt an conſilium cooperatum ſit ad homicidium, & aliquid in illud influxerit, tenetur conſulens, reſtituere omnia damna data in homicidio, non reſtituente homicida, nam in hoc dubio damni dati, non ſtat poſſeſſio pro ipſo conſulente, ſed contra illum, quare optime ait Carbon. tract. de reſtitut. q. 66. verſ. 4. dictum, ut conſulens

ab

ab obligatione reſtitutionis immunis ſit, neceſsè eſt, ut ipſi conſtet ſuum conſilium nihil fuiſſe cooperatum; & ita loquendo de reſtitutione docet Sanchez tom. 1. Decalogi lib. 1. cap. 10. n. 44. in medio verſic. Sed mea ſententia, in hac difficili quæſtione.

26. Dato quod quis impediat, ne Franciſcus Prebendam obtineat, vel aliquod aliud beneficium, ſive dignitatem, aut Prælaturam an teneatur ad reſtitutionem. Reſpondeo, vel iuſtè impedire habet ne N. V. G. aquirat præbendam, &c. vel iniuſtè, ſi primo modo impedit, non tenetur reſtituere; Si ſecundo modo ad reſtitutionem tenetur omnium damnorum; dixi ſi impediat Iuſtè, eo quia non erat pro utilitate Eccleſiæ, & dei honore ac animarum ſalute, & propterea illi impedire habet conſecutionem præbendæ, ut digniori conferatur; undè in tali caſu non tenetur ad reſtitutionem; at ſi alios erat, & bonus ad Dei honorem augendum, & pro animarum ſalute ad reſtitutionem totius damni tenetur, ut dixi de Electoribus, cum de electione locutus fui, ratio eſt, quia talis impediens non aufert ius alterius, ius enim poſtulat, ut præbenda digniori detur, quia ſic honor Dei, & utilitas Eccleſiæ augentur; Sicut nec tenetur ad reſtitutionem ille, qui impedit ne præbenda conferatur indigno, nam non facit contra iuſtitiam, immò juxtà Iuſtitiam operatur, eſt divi Thomæ 2. 2. q. 62. ad 2. & ad 4. & 4. ſententiarum diſt. 15. q. 1. art. 5. & quæſtiunc. 2. ad 3. Toletus etiam defendit lib. 5. cap. 19. n. 6. Rebellus lib. 3. de reſtitutio q. 1. Azzor. 3. p. lib. 4. cap. 9. Leſ. lib. 2. cap. 12. dubio 18. Molina tom. 3. diſput. 727. Vaſquez de beneficijs cap. 2. §. 4. dubio 19. Emanuel ſa verb. reſtit. n. 21. & alij plures.

27. Sed quid iuris, quoad geſtores negotiorum alienorum? In hoc ſpatio ſomariſmulta ſunt dicẽda, eſt enim hæc materia pelagus difficultatum, unde dico, quod geſtores negotiũ alienorũ tenetur ei cui negotiũ gerit de omni damno, quod proceſſit dolo

ſuo, vel lata culpa, vel levi, vel etiam leviſſima, quando alius diligentior erat geſturus, ut in inſt. de obl. nam (alijquando) eſt quaſi contra; Na in principio, ubi Ang. de Are not. quod regulariter geſtor non tenetur de leviſſima culpa, niſi quando, alius diligentior eſſet geſturus, & rationem huius rei vide per Bar. in l. quod nerva ff. depo. 2. teneatur in caſu fortuito. Gloſa in verbo obligatum ſex caſus enumerat, in quibus tenetur, & e contrario ille cuius negotia geſta ſunt teneturad expenſus, quos fecit negotiorum geſtor, quod tamen fallit in pluribus caſibus primo quando præceſſit proteſtatio, quod non gerat, ut in l. ne Sennius ff. de negotijs geſt. Secundo quando geſtit paterna affectione; ut ſi vitricus præſtitit alimenta privigno vel in eum erudiendo expendit l. ſi paterno C. de nego. geſ. ſecus ſi alimenta præſtitit ut reciperet quod probare debet ſecundum quoſdam; ex proteſtatione; vel ſecundum Bart. in dicta l. ſi paterno, quando de eo, quod expendat, faciebat librorum rationem, plura de hac re vide apud ſummam Silveſtrinam ubi difuſè fit ſemo pag. 287. n. 8.

28. An confeſſarius qui ignorantia Craſſa, aut affectata abſolvit pœnitentem, qui debet alicui reſtituere, &c abſquè eo, quod præcipiat illi dictam reſtitutionem, ſi poteſt reſtituere; tenetur ipſe Confeſſarius reſtituere; ſi alias pœnitens non reſtituat; quia non precipiendo Coſeſſarius pœnitenti, ut reſtituat, eſt cauſa quod creditor ſuam non recuperat Roſella verb. reſt. 2. §. 5. Angel. eod. tit. §. 5. Manuele Confeſſ. in 7. præceptum cap. 16. n. 22. pag. mihi 233.

Scandalum.

29. Scandalum; *eſſe dictum, vel factum, minus rectum, prabens alteri occaſionem ruinæ*, ita a S. Thoma definitur, nec immorabor in explicatione talis deffinitionis; ſed ſolum dicam, quod ſecundum eundem S. Doctorem. Scandalum, aliud

aliud eſt activum, aliud paſſivum; Activum, eſt actus attrahens ad peccatum, paſſivum, eſt ipſa ſpiritualis proximi ruina, activum ſcandalum duplex eſt, aliud enim eſt per ſe, quod intendit ruinam proximi, de induſtria, aliud eſt per accidens, nempè preter intentionem operantis, interquæ medium eſt illud quod non quidem, ex intentione operantis, ſed ex natura operis proximum invitat ad peccatum, undè reſpectu operantis eſt per accidens, reſpectu operis eſt per ſe, quia ſuapte natura idoneum eſt, ut alias, trahat ad ruinam; V. G. ſi quis in coſpectu filiorum domi alat concubinam. Scandalum paſſivum ſimiliter duplex eſt, datum, & acceptum, datum dicitur id quod vere oritur ex activo ſcandalo alterius, & ſolet vocari ſcandalum puſillorum, ſivè infirmorum, acceptum eſt ruina alterius, non vero orta ex ſcandalo activo operantis, ſed ex malitia propria, quod alio nomine vocatur ſcandalum Phariſeorum, plures aliæ ſpecies ſcandali enumerantur, de quibus videndi ſunt DD. difficultates non paucæ ſunt in hac materia, de quibus principaliores proponam, & illas reſolvam.

30. Quæritur ergo 1. an actus iuſtitiæ, debeat deſeri propter ſcandalum vitandum. Pro reſponſione dicendum eſt, quod cum duplex ſit iuſtitia, nempè alia commotativa, quæ præcipit dare unicuique, quod ſuum, eſt, & alia punitiva nempe quando delinquenti datur pœna iuxtà delictum ab eo commiſſum; hinc deduco reſponſionem dubio propoſito; & dico quod iudex quantumcunque ſcandalum ſequatur, facere debet, ut ius ſuum uniquique reddatur; è contra vero ſequitur in iuſtitia punitiva, nam ſi iudex vidit, quod Petrus meretur pœnam mortis, & ſi ad mortem illum condemnat, turbat rem publicam, tunc poteſt, vel pœnam prætermictere, vel mitigare, & præcipuè quando aliqua multitudo eſt in cauſa, quia bonum publicum, anteponendum eſt bono particulari, quare dixit D. Auguſtinus, quod cum multitudine peccatorum, agendum eſt magis monendo,

quam

quam minando, ſeveritas exercenda eſt in peccato paucorum; hoc tamen intelligendum eſt, quando ex tali diſſimulatione, maius periculum non timetur, quam ex pœna, ita D. Thomas 2. 2. q. 43. art. 7. ad 1. & 4. ſentent. diſt. 38. q. 2. ad 4. quæſtiunc. 1. ad. 1. & quodlibet 11. a 15. in corpore.

31. Quæritur 2. an ille, qui alterum iuſſu, conſilio, & malo exemplo ad peccandum movet, etiam ſi eius ruinam directè non intendat, peccet ſpeciali peccato ſcandali, adverſus charitatem, & miſericordiam?

Reſpondeo cum probabiliori ſententia, quod non, nam ad ſpeciale peccatum ſcandali, requiritur ſpecialis intentio ruinæ ſpiritualis. Ratio, mea eſt, quia ſpeciale peccatum requirit ſpecialem finem, & oppoſitio ſpecialis contra ſpecialem virtutem; atqui ſi non intendatur ruina proximi; non adeſt ſpecialis finis, nec eſt oppoſitio ſpeciali virtuti: ſed diverſi ſunt fines, diverſæque virtutes, iuxtà diverſorum vitiorum diverſitatem, ad quem eſt inductio, undè tantum talis delinquens peccat in eo genere peccati, in quo alter labitur, & ſecundum hanc ſententiam, peccatum ſpeciale ſcandali, rariſſimè committitur, quia hæc affectio alterum in ſpiritualem ruinam præcipitandi, demonum propria eſt, & in hominibus expreſsè, ac formaliter reperitur, ita Angelicus Magiſter 2. 2. q. 43. art. 3. & in 4. ſentent. diſt. 38. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 2 Vaſquez. 1. 2. diſp. 102. cap. 4. a n. 7. Azzor. tom. 1. l. 4. cap. 7. q. 1. & cap. 20. q. 6. & tom. 2. l. 12. cap. 16. q. 2. & 4. Filucc. tract. 28. n. 225. Sanchez. lib. 1 moral. cap. 6. n. 3. Bonacc. & alij.

32. Speciale peccatum ſcandali committitur quoties aliquis ex intentione, vult alterum trahere ad peccatum, exempli gratia, aliquis vult ſe inebriare, ut alium etiam inebriet. Si quis autem præter intentionem, & per accidens, ex cupiditate bibendi, vel ex mala conſuetudine, alium inducat ad peccandum, non eſt ſpeciale peccatum, ſed ſolum circumſtantia aggravans in eadem ſpecie; Bisfeld. in ſuo Enchiridion.

Theo-

33. Eſt ſpeciale peccatum ſcandali, quoties aliquis ex intentione, tamet ſi non expreſſa ſaltem interpetrativa trahi alterum ad peccatum, ut fert verior ſententia, teſte Sylveſtro verb. ſcandalum.q. 2. Antonin. p. 2. tit. 7. cap. 4. pag. 4. ſuplem. Gabriel di. 38. ideoque etiam illi, qui ex conſuetudine peccant poſſunt ſpeciale peccatum committere, ſi coram ijs illud faciunt, quod notum eſt alios inducere ad peccandum & de facto inducunt, unde qui talem ſcandalum dant, non ſolum debent confiteri id quod ſcandaloſè fecerunt; ſed inſuper tenentur exprimere illam peccati ſpeciem, ad quam alium, vel alios induxerunt, ſeu inducere voluerunt.

34. Quæritur 3. an ſcandalum activum ex ſuo genere ſit peccatum mortale? reſpondeo affirmativè: nempè quoties quis tenetur impedire eam occaſionem, abſtinendo ab opere, quod eſt occaſio, & non abſtinet, ſivè ſit ex expreſſa ruinæ intentione, ſivè abſquè illa. Ratio eſt quia eſſe alteri voluntariam ruinæ occaſionem, eſt contra charitatem, & actum eius, quo tenemur beneficare proximo, ſed cum quis tenetur impedire, & non impedit eſt voluntaria occaſio ergo &c. Tum quia omnis actus liber, qui ſcandalizat, quantum in ſe eſt, eſt peccatum, & qui ſcandalizat quantum in ſe eſt, eſt cauſa ſufficiens cur proximus ad peccatum trahatur, etiam ſi illud non ſequatur, ergo &c. ita valentia p. 2. Sanchez cap. 6. n. 9. Tanner. tom. 3. diſp. 2. q. 6. dub. 8. n. 96. poſt D. Tomam.

35. Verum eſt, quod ſi intendatur ruina proximi in materia veniali erit peccatum tantum veniale, ſi vero intendatur ruina proximi, in materia peccati lætalis, lætalis culpa erit, Sylv. verbo ſcandalum q. 2. Tabiena ibidem q. 4. Roſella ibidem n. 3. S. Antoninus 2. p. tit. 7. cap. 4. §. 4. & aliorum eſt opinio, ut docet Sanchez. & Filiucc.

36. Mortaliter peccat, qui alteri dat occaſionem ruinæ mortalis, niſi indeliberato excuſet, & ſit opus indiferens, & ve-

& veniale, quod quidem opus aliquando tranſit in mortalem ratione ſcandali V. G. ſi locorum verbum proferat religioſus coram fœminis, vel alis, exquibus occaſionem peccati mortali ſumere poſſunt, ille Religioſus mortaliter peccat, ita Layman. l. 2. tract. 3. cap. 13.

37. Scandalizans præter peccatum Scandali, etiam peccatum eiuſdem ſpeciei comitit, ad quod alterum inducit, ideòque confiteri debet ſpeciem peccati mortalis, per quod, & ad quod induxit, cum numero inductorum, vel qui probabiliter induci potuerunt, ità Sanchez; Azorius; Laym. Cardi. de Lugo de pænitentia d. 16. ſec. 4. Diana de Sacramentis tom. 2. cap. 4. eccipitur tamen ſi præpter intentionem Scandalum dederit, tunc enim ſufficit, vt dicat, fui multis occaſio peccandi meo exemplo, Doctores citati ità firmant. & Buſembaus lib. 2. tract. 3. cap. 2. n. 3.

38. Peccat ſimiliter peccato Scandali, qui facit, uel petit aliquid ab eo, qui paratus erat, ad illud faciendum, ſeu ad peccandum, etiam ſi faciat, vel petat aliquod opus indifferens, immò non præſtet opus indifferens ex iuxta, & rationabili cauſa (opus autem indifferens dicitur, quod benè, & malè fieri poteſt) & illud non ità proximè ad peccatum ordinatur, ut per ſe malum ſit merito cenſendum; ſi vero opus per ſe indifferens remotè tantum ſe habeat ad peccatum, tunc operans poſſet excuſari jà peccato, ſaltem mortali, quia, hæc eſt levis cooperatio.

39. Vndè vendens ornamenta, fucos, &c. quibus mulier iam parata abutetur, excuſari poteſt à mortali, ſi ipſo non vendente alter illi venderet, & ſi hoc faciat Iuſta de cauſa, ita Sanchez l. 1. Moralium cap. 7. n. 16. Diana p. 5. tract. 7. Reſolut. 38.

40. Excuſatur petens à mago ſolutionem maleficij, qui illud ſcit ſolvere licitè, quam vis petens ſciat illicitè ſoluturum, hoc enim ſecundum, ex ſua malitia evenit, ita Mendoza ſect. 16. §. 205. contra Caietanum in opuſcolo, tom

2. tract.

8. tract. 12. q. unic. firmat Diana p. 5. tom. 7. reſol. 15.

41. Non licet tamen rogare Iudicis Concubinam, ut ipſa mediante, iudicem prædictum ſibi propitium reddat, quia hæc non poteſttalem Iudicē propitiū alicui reddere, quin periculo peccandi ſe exponat ita multi DD. Sed ego contrariū teneo, dummodo ego non habeam aliam viam, ad reddendum mihi Iudicem propitium in cauſa iuſta; nam, & iudex, & Concubina poſſunt benè agere, quod ego peto ſinè peccato, quod ſi poſtea male agunt eſt hoc ex eorum malitia, quod à me nullo modo intenditur, nec teneor vitare cum meo maximo damno, ita Mendoza ſect 11. §. 143. Diana p. 3. tract. 6. reſol. 44. §. ex his; & part. 4. tract. 4. Reſol. 138. & part. 5. tract. 7. reſol. 20. & alibi.

42. Excuſari poſſunt Caupones, & tabernarij cænam, vel Ientaculum matutinum, aut pomeridianum parantes nolenti Ieiunare, qui alios cibos invenirent ipſis non parantibus cænam, vel Ientaculum, &c. ita Navarrus cap. 20. n. 16. & cap. 21. n. 25. Leſſius, lib. 4. cap. 2. n. 24. Bonacc. de peccatis d. 2. q. 4. p. 2. §. vnic. n. 37. cum quam plurimis alijs.

43. Sicuti excuſari poſſunt famuli parantes menſam, aut menſæ inſervientes, coquentes Cibos (dummodo nonſint Cibaria prohibita ab Eccleſie in talidie) ratio eſt quia ij non concurrunt ad commeſtionem, ut eſt fractio, Ieiunij, ſed ſolum, ut eſt quid deſerviens ad refectionem, quod non eſt intrinſecè malum, ſed indiferens, firmat sà verbo peccatum n. 9. Sanch. ibidem n. 24 Nauarr. cap. 20. n. 16. Azzorius tom. 2. l. 12. C. ult. q. 8.

44. Quæritur etiam hic curioſitatis gratia, an omne quod habet ſpeciem mali ſit relinquendum propter Scandalum; Sicut etiam dubitatur, an aliquis non debeat ingredi Religionem propter ſcandalum parentum.

45. Ad 1. reſpondeo, & dico quod Dius Thomas dicit quod quis poteſt ſcandalizare aliquem non ſolo faciendo ma-

 lum,

lum; ſed etiam faciendo id quod ab aliquibus ſupponitur malum etiam ſi non ſit malum ; quia apud ignorantes , & infideles a multis debemus cavere .

Ad 2. dubium idem S. Thomas reſponſum dat cum diſtinctione , & dicit quod poteſt aliquid habere ſpeciem mali dupliciter , primo ſecundum oppinionem eorum , qui ab Eccleſia ſunt præciſi . Secundo , ſecundum oppinionem eorum , qui adhuc ab Eccleſia tollerantur , undè quæ habent ſpeciem mali primo modo non ſunt relinquenda propter ſcandalum , ſed ſolum quæ habent ſpeciem mali ſecundo modo, unde advertendum , eſt , quod præciſi ab Eccleſia ſunt hæretici , qui nullo modo tollerantur ; alij autem ſunt infirmi in fide , & iſti tollerantur ab Eccleſia, multa ſunt amittenda propter ſcandalum .

46. In 4. Sententiarum diſt. 38. q. 2. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 2. movet Angelicus Doctor pulcram difficultatem , quæ eſt ſequens . An aliquis non debeat ingredi Religionem propter ſcandalum Parentum , pro cuius difficultatis ſolutione , ipſemet Sanctus lococitato quadruplici diſtintione reſpondet , & ſic loquitur ſi iſte talis , eſt in periculo ſalutis animæ ſuæ manendo in ſæculo ; debet ingredi religionem , etiam cum ſcandalo Parentũ , nam ordo Charitatis poſtulat , ut quis plus animam ſuam , quam parentes diligat , unde qui de ſalute Animæ ſuæ timet manendo in ſæculo , debet potius religionem ingredi , quam in ſæculo remanere , ut parentibus inſerviat , etiam ſi hoc faciendo Parentes ſcandalizarentur , nec obſtat exodi dictum 20. *honora Patrem tuum* , quia hic agitur de ſalute animæ, quæ preponderanda , eſt honori Parentum , cum talis honor corporalis ſit , at ſi talis , &c. non timet de ſalute animæ ſuæ vivendo in ſæculo cum parentibus , debet remanere cum parentibus ne per eius ingreſſum in Religionem ſcandalizentur , nam ſubventio Parentum , eſt præceptum , & eſt in præcepto , ingreſſus autem in Religionem eſt de Conſilio , præceptum autem Con-

filio

filio præponitur, tanto magis quod tempore congruo ſi vivat poteſt ingredi Religionem, V. G. quando eius parentes de hac vita iam migraſſent, vel quia amplius non indigent copia filiorum, nec eorum opera. Si poſtea eſſet voto ligatus iſte talis ad religionis ingreſſum, tunc etiam ſtante ſcandalo parentum deberet ingredi religionem; nam ſupponitur votum factum fuiſſe cum conſilio, & maturitate, undè cum parentibus inſervire ſit præceptum, & impletio voti ſit de iure divino; hoc ſecundum antecedere debet docet hoc etiā Suar. lib. 7. cap. 6. & Clavis Regia n. 9.

47. Si autem proximus noſter occaſionem peccandi ſuſceptus prævideatur nobis iuſtæ bonorum temporalium aquiſitioni incumbentibus. Iuxtà Lorcam in 2. 2. q. 43. art. 8. n. 11. debere nos illam differre, quouſque aſſignetur illis, vel illi ratio Iuſtitiæ, & doceatur nos male non agere; at ſi data illi ratione non convincitur; non debemus nos attendere illius ſcandalum, cum noſtra magna Iactura. Vndè Suar. diſp. 10. ſect. 3. n. 10. excuſat ſummum Pontificem ſimulantem, aut conviventem quando Princeps ſæcularis bona temporalia Eccleſiæ uſurpat, dum id ſine maiori damnò, aut ſcandalo impedire non poteſt, non tamen excuſat Epiſcopos, &c. qui non habent dominium rerum, ſed tenentur ſub mortali ſe opponere lupis volentibus devorare eius oves, & Iura ſuæ Eccleſiæ violare, & ſcandalum Phariſaicum, non debent timere; maius ſcandalum enim eſt ſuam Eccleſiam renūciare ad evitandos labores; ſivè ad meliorē habendam, quā pro animabus ſuis, & ſua Eccleſia, ac illius Iura, litigia habere, facere enim id, ad quod tenemur, ſub pæna peccati non eſt ſcandaloſum, ſed meritorium.

48. An mulier teneatur ſe abſtinere Coreis licitis ob dubium, ne eam quis libidinoſè reſpiciat, vel deſideret. Dico quod ſi id certo ſciat, aut probabiliter timeat, & ſine incommodo poſſit ſe abſtinere, tenetur ſe abſtinere, & præcipuè, ſi ille de quo timet, eſt perſona, quæ ſtatim à paſ-

ſione vehementi movetur, ita Mendoza ſect. 28. §. 319. Diana par. 5. tract. 7. reſolut. 25.

49. Ab ijs autem, qui ſoli agimus, & proximos ex infirmitate ſcandalizantur, aliquando tenemur abſtinere etiam ſi licita ſint. V.G. mulier habet ius audiendi Sacrum in Eccleſia tali, & tali, & in omnibus alijs Civitatis Florentiæ, ſicut & tranſeundi, per omnes vias, & vicos civitatis eiuſdem, ſe exponendi, in omnibus feneſtris, & portis ſuæ Domus, at ſi timet, quod eundo per talem viam, aut ſe exponendo in feneſtris, vel ianua ſuæ Domus, vel eundo ad audiendũ Sacrum in Eccleſia tali, aliquis eam proſpiciet, & accipiet occaſionem ruinæ, non tenetur ſe abſtinere, ſi hoc facere non poteſt ſinè ſuo gravi incommodo, è contra vero; ſi ſine ſuo gravi incommodo facere poteſt, quia tenemur vitare damnum proximi, quando poſſumus, ſinè noſtro magno incommodo. Palaus tom. 1. tract. 6. diſp. 6. punct. 7. n. 4. Diana part. 3. tom. 3. tit. 7. reſol. 31. §. ſed ego, Mendoza ſect. 31. §. 404.

50. Vndè Granadus controverſ. 3. tract. 13. diſp. 5. ſect. 5. n. 31. docet non teneri mulierem ornamenta, & ſuo ſtatui convenientia reſpuere; teneri tamen non deferre, valde nimios ornatus, & ſuo ſtatui non convenientes, quia talis ornatus, eſt illicitus, & hoc ſub mortali; quia ad talia ornamenta deferenda non habet ius; etiam ſi Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. n. 11. q. 13. putet quod ſi talis mulier hoc non faciat ad malum finem, deferendo talia ornamenta ſolum peccet venialiter, nam inquit ipſe, ſecundum ſe non eſt malus, nec prohibitus, & confirmat Mendoza ſect. 24. §. 299. etenim non eſt peccatum ſcandali, ſi mulier vult ſe ornare, & comere cum peccato veniali oſtentationis inanis, nam ſcandalum in tali caſu non procedit ab illa intentione, ſed à ſubſtantia ornatus a qua mulier non precipitur abſtinere.

51. Petere mutuum ſine ulla cauſa ab uxurario parato eſt peccatum mortale, prout tenet Vaſquez opuſc. de ſcandalo

art. 8.

art. 8. n. 33. nam abſquè ulla cauſa neceſſitante, datur cauſa proximo peccati mortalis, quidquid dicat Mendoza. Sicut nec licitum eſt invitare ad cœnam paratum ieiunium præceptum frangere, quia eſſet cooperari rei illicitæ.

52. Opera præcepta, ob aliorum ſcandalum, numquam omittenda ſunt. Sic docet Vaſquez opuſc. de ſcandalo art. 8. dub. 1. n. 4. & habetur etiam, in C. cum ex iniuncto de novi operis enunciat. ibi, illa enim opera, quæ ſine peccato mortali omitti non poſſunt, non ſunt pro evitando ſcandalo ommictenda, neque ea debent pro eccitando ſcandalo commicti, quæ ſine peccato mortali commicti non poſſunt. Tanto magis, quod unuſquiſque tenetur evitare potius proprium peccatum, quam alienum.

53. Neque quis dicat, quod evitare ſcandalum, eſt præceptum naturale, & per conſequens magis obligare, quam præceptum Eccleſiaſticum; V. audiendi Sacrum, ieiunare quatuor tempora, &c. nam Deus vult miſericordiam, non Sacrificium. Reſpondeo negando conſequentiam, nam præceptum naturale, tunc magis obligat, quam Eccleſiaſticum; quando utrunque primario refertur, ad vitandum peccatum proprium, undè poſitivum relatum ad cavendum peccatum proprium, magis obligat quam naturale ad precavendum peccatum alienum ordinatum.

54. An autem circunſtantia ſcandali ſeu inductionis ad peccatum, ſit confitenda, ſi alter ad peccandum paratus erat, affirmant Sanchez lib. 1. moral. cap. 6. n. 14. Bonacc. tom. 1. diſp. 5. q. 5. punct. 2. §. 3. difficult. 3. n. 19. cum multis alijs DD. quia etiam in iſto caſu quis cooperatur peccato alterius, undè iſte graviter peccat non tantum proprio peccato, ſed etiam alieno, quod imputatur ipſi cooperanti.

55. Limita tamen [oh lector] quando dicta circunſtantia non cenſeatur ſatis explicata in actu principali, ſecus autem ſi ſufficienter, &c. V. G. quando quis inducit fœminam ad peccandum, alias ad peccandum paratam peccato fornica-

tionis,

tionis, explicato actu principali ſufficienter, videntur explicata eius accidentia, nempè virum petiſſe; ſecus ſi fœmina petiſſet, vel ſi vir petiſſet à non parata, vel ſi petiſſet, & non obtinuiſſet intentum.

56. Verum eſt quod ſententia contraria eſt probabilior, quia non videtur probabiliter ſcandalum dare, ſivè eſſe cauſam ruinæ, ex eo, quod altera pars erat parata, & expoſita, unde non cenſetur cauſa inducens, & ita ſentit Suar. 3. p. tom. 4. diſp. 22. ſect. 4. n. 18. Henriquez lib. 2. de pænitentia cap. 6. n. 7. Fagundez præcept. 2. lib. 4. cap. 5. n. 1. Diana p. 1. tract. 7. reſol. 34. Azor. tom. 2. lib. 12. cap. 16. q. 5. verum eſt, prout notat, Sancius quod invitatio, mutat ſpeciem, prout ipſemet Sancius in ſelectis diſput. 1. nu. 24. unde neceſſariò debet confiteri, nempè quando invitatio extrahordinarijs precibus, & promiſſionibus facta eſt, quæ æquivalentibus ſunt violentiæ morali, ita ut difficiliſſime reſiſti poſſit.

57. Item probabile eſt Iudici exigere Iuramentum à reo qui Creditur per iuraturus, nec eſt paratus ad periurandum, modo concurrat cauſa iuſta, neceſſitatis eius Iuramenti. Ratio eſt quia non petitur ab eo periurium, ſed Iuramentum, quod vere preſtare poteſt, & id intendit pætens; poteſt enim iurare verum, quod ſi falſum Iurat, eſt propter ſolam malitiam, à qua iudex non tenetur abſtinere, cum gravi damno Iuſtitiæ, undè nulla eſt in hoc caſu inductio ad periurium, nec conſenſus in illud, ſed ſolum quædam illius permiſſio quæ aliquando in bonum finem, & ad proprium ius obtinendum, non ſolum eſt licita, ſed neceſſaria, tenet Suarr. de religione tom. 2. l. 3. cap. 14. n. 16. & 17. Leſſius l. 2. cap. 42. dub. 10. n. 49. Sanchez lib. 3. moral. cap. 8. n. 7. Diana p. 5. tract. 7. reſolut 9.

58. Locantes Domos meretricibus excuſantur à mortal peccato, etiam nulla alia iuſta, & urgenti cauſa concurrente, & excuſante à ſcandalo, etiam ſi alijs poſſent commo

de

de locare, ratios huius Concluſionis eſt, quoniam talis locatio valde remota eſt à peccato, cum non ſit illius materia neque occaſio, tanto magis, quia tales locantes iure ſuo utuntur, quod idem dicendum eſt de Vſurarijs, circa locationem Domorum etiam iſtis, & de eis vendentes neceſſaria ad humanam vitam conſervandam, abſquè intentione, aut cooperatione peccati. Verum eſt, quod ſi ob loci circumſtantiam ratione ſitus, eſſet ſpecialis aptitudo ad ea peccata committenda, alias non perpetranda; vel vicinia meretricis Domum conducentis plurimum fœminis honeſtis vicinis noceret, tunc tenetur quis non locare Domum meretricis, vel uxurario, niſi aliqua iuſta cauſa locantem excuſaret, quæ quidem cauſa eſt, V. G. ſi non poſſit alijs locare, & non habet aliam viam qua poſſit ſeipſum alere, & familiam ſuam, &c. ita firmant DD. quam plurimi inter quos, eſt Vaſquez de ſcandalo q. 43. ar. 8. dub. 5. n. 39. Sylu. 2. 2. q. 77. art. 4. quæſt. 1. concluſ. 5. Sanchez. lib. 1. cap. 7. n. 20. Valentia 2. 2. diſp. 5. tract. 7. reſol. 26. Bonac. punct. 14. n. 5.

59. Tenet Baſſeus. Verbo ſcandalum, pag. 785. calum. 1. §. 3. quod Puella, excuſatur à peccato ſcandali, & ab alio peccato, dum ſe præbet conſpiciendam adoleſcenti, à quo ſcit turpiter amari, dummodo hoc aliqua neceſſitate faciat, vel utilitate, aut ne ſe ſua libertate privet, vel iure exeundi Domo, vel ſtandi ad Oſtium Domus vel ad feneſtram. Ratio huius propoſitionis, eſt quia, & ſi ità faciendo occaſionem det Iuveni ad illam concupiſcendam, talis occaſio provenit, a Iuvene non à Puella, nam ipſe Iuvenis hoc facit ex propria malitia, undè iſta occaſio amandi illam libidinoſè, eſt ab ipſo Iuvene accepta, non a Puella data, nam in ipſam malitiam non ſupponitur, ſed ſolum quod ibi maneat, ut utatur Iure ſuæ libertatis, qualiter ex parte Puellæ illæ amor libidinoſus Iuvenis, eſt per accidens, & quam vis previſus ſit à Puellà non eſt tamen ab ea intentus.

60. Ve-

60. Verum eſt quod ſi Puella abſquè ulla cauſa ex dictis offerret ſe coſpectui Amaſij, ſed ſolum vanitate ducta, & turpis illius iuvenis amoris conſcia, etiam ſi talem amorem libidinoſum non intendat, non tamen eſt excuſanda a mortali culpa, firmant ſequentes DD. rem Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. & q. 169. art. 2. Bonacc. de Matrim. 4. punct. 9. n. 17. & tom. 2. diſp. 3. q. 4. punct. 2. n. 27. §. unic. Sanchez l. 1. moral. cap. 6. n. 16. & 17. Navarr. cap. 23. n. 18. & 19. & cap. 14. n. 30. Filiucc. n. 28. cap. 10. 232. Diana p. 2. tract. 1. reſol. 30. Azor. tom. 2. l. 12. cap. 18. q. 12. cum alijs DD. non parvi momenti.

61. Non licet tamen Patribus, & matribus, prebere filijs occaſionem furandi, ſicut nec Domino famulis ſuis, nec marito paciſci cum uxore ſua, ut cum Amaſio ſollicitanti eam conſenſum ficte præbeat, quia iſtæ actiones ſunt intrinſecæ malæ, & eſt ad peccatum cooperari, quod ego puto valere, etiam de patre, & matre conſulentibus filiam ſuam, ut det ingreſſum Amaſio ſua in Domo, ut ibi deprehenſus pſa deſponſare teneatur, &c. ob eandem rationem, &c. Non ſic Dominus qui famulis ſuis non auferunt occaſionem furandi ut de illorum fidelitate experimentum accipiant, quis finis non eſt malus, nec modus, & actiones ſpecificantur a fine, & a modo tendendi in eum; has concluſiones firmant Sanchez de Matrim. l. 10. cap. 12. n. 52. & 53. Sa verb. peccatum n. 7. P. Navarr. l. 3. de reſtit. cap. 4. n. 127. Molin. tract. 3. diſp. 99. n. 18, Sanchez in ſelectis diſp. 35. n. 22.

62. Ad evitandum ſcandalum proximi, nullum peccatum eſt committendum, etenim nullum peccatum etiam veniale, eſt ordinabile in aliquem finem bonum, etenim habet malitiam quandam reſpectu finis infinitam, adeò, ut a nulla bonitate finis exauriri poſſit, quale eſt mentiri, ad ſalvandam totam aliquam Provinciam. Tum quia, quiſque tenetur magis diligere ſeipſum, quam alterum, quod non fieceret quando vellet potius offendere Deum, quam permittere

tere

.tere, ut proximus offendat; ita D. Thomas 2. 2. q. 43. art. 7. Sylv. ibidem concl. 1. 2. & 3. Layman. lib. 2. tract. 3. cap. 13. n. 8. & 9. Becanus 2. 2. tom. 1. cap. 27. q. 5. n. 2. & q. 8. Tanner. 2. 2. diſp. 2. q. 6. dub. 9. Banhes 2. 2. q. 43. art. 8.

63. Hinc oritur dubium, an iudex qui protulit ſententiam mortis contra ſullanum, eo quia confeſſus eſt, vel teſtimonij legitimis convinctus erat, de homicidio merente morte, vel alio huiuſmodi delicto; quando data eſt talis ſententia ad relationem peritorum poſſit illā revocare, aut commutare ne accuſator qui erat Sacerdos, incidat in irregularitate? Dubium quidem pulchrum, in quo ſumus in præſenti tempore.

64. Pro reſolutione dictæ difficultatis, videre prius eſt, an talis accuſator incidat in irregularitatem, & ſecundum probabilem ſententiam, non incurrit irregularitatem, ſi ipſe non accuſat intendendo accuſati homicidium, nam ad incurrendam irregularitatem requiritur cauſa propinqua, gloſ. in C. de cætero de homicidio, per ſe intenta, & volita; illa autem dicitur cauſa per ſe, quando ex intentione quis operatur circa homicidium, ut qui præcipit, iuvat, qui ſuadet, ſimiliter qui ex ſe facit actum ordinatum ad homicidium de ſe, ut qui teſtificatur, vel falſo accuſat aliquem de aliquo, unde ſequitur infallibiliter homicidium, vel mutilatio, poſſunt videri exempla plurima apud Card. Tolet. lib. 1. cap. 29. unum exemplum aſſignabo, ſit V. G. quis Sacerdos, qui adulterare habet cum Berta, Franciſcus maritus bertæ invenit ſuam uxorem bertā adulterante cum Sacerdote, & illam occidit, & tamen ille ſacerdos non fit irregularis; quia adulter non commiſit tale adulterium, intendendo necem Bertæ adulteræ. Sic Sotus de Iuſtitia, & iure lib. 5. q. 1. art. 9. col. 3. nam adulterium eſt ordinatum ad libidinem, non ad homicidium, facit Mari Socir. in C. ad audientiam de homicidio nec non Covarruyias in Clement. ſi furioſus, §. 4. n. 10. de homicidio, ita

 accu-

accuſans, cum ſolum remotè ſe habeat ad Iudicium mortis, nam ſolum dat locum Fiſco inquirendi. Navarrus titulo noſtro n. 5. conſ. 35. videatur Graffi. lib. 5. conſ. conſil. 5. de homicidio pag. mihi 305. & 306. colum. 2. a num. 6. 7. & 8.

65. Hijs poſitis ad caſum decidendum devenio, & ſi plurima dubia quæſtio continet, ideo diſtinctè unica reſponſione illam ſolvam. Non poteſt tuta conſcientia Iudex nec retractare ſententiam datam, nec illam mutare, nam cum ſit iuxta, illam revocando aut mutando faceret actum Iniuſtitiæ in re gravi, & per conſequens, damnaret animam ſuam, ut honorem alterius, vel vitam temporalem ſalvaret, ultrò quod eſſet peccatum ſcandali quod impius non puniretur, & videretur, quod Princeps, vel Iudex potius vellet offendere Deum, quam perdere famam alterius, quod male ſonat apud fideles, & Dei timoratos, iuxtà à me dicta antecedenter n. 62. ſecundum doctrinam graviſſimorum Doctorum, facit pro hac ſententia argument. per Iulium Clarum q. 55. n. 15. & 15 contra ſalicetum, alias de facili, poſſe aliqua occaſione mortem evadere, concludo ergo non poſſe Principem ſententiam revocare ſinè præiudicio Iuſtitiæ punitivæ abſquè ſcandalo, & conſequenter in caſu propoſito, quia nemo tenetur damnare ſeipſum, & Deum, & Iuſtitiam offendere, ut bonum alterius ſalvetur, & maxime quando lex non eſt ab eodem Principe inſtituta, ſed eſt lex imperialis aut Pontificia, hæc dixi aliter, & tranſeunter gratia alicuius amici curioſi.

RUBRICA DECIMASEXTA.

De depoſitione, ſeu degradatione.

1. Eſſent in hac Rubrica multa tractanda per lex SS. nempè, an ſpirituale coniugium diſſolvatur per

 degra-

degradationem, quid ſit degradatio, & quatuplex, quis poſſit degradare, & qui degradandi ſunt, qui intervenire debeant in tali functione degradationis, in cauſis diverſis, cui tradatur degradatus, & quia pœna puniatur degradatus ſe immiſcens in rebus ſacris, ut quia de hac re plura tetigi in meo opuſcolo, de Iudicæ Sanctæ Inquiſitionis, pauca dicam, ſed per plures concluſiones breviter cuncta reſoluam.

2. Concluſio 1. degradatio, eſt remotio ab officio indignè, ſicut quando aliquis degradatur in militia, male inſervientibus auferuntur arma ob delictum, & à conſortio militum detrahuntur, ſic textus in §. per degradationem.

3. Concluſio 2. duplex eſt degradatio, verbalis, & actualis, verbalis eſt quando aſſiſtente Superiore in delicto commiſſo à degradando fertur ſententia contra Eccleſiaſticum delinquentem, & degradandus veſtibus Eccleſiaſticis ſpoliatur iuxta Bonifacianam conſtitutionem, pro utraque concluſione facit textus citatus, & §. eſt autem.

4. Secunda concluſio in degradatione Sacerdotum etiam ſi ſecundum textum noſtrum poſſit procedere ſolus Epiſcopus prout in §. quod autem, modo tamen debet intervenire Reverendiſſimus Inquiſitor loci, qui talem functionem facere debet, de hac revide Doctores de hac materia tractantes.

5. Concluſio 3. degradatus traditur curiæ Sæculari tamen Eccleſia debet pro eo intercedere iuxtà textum noſtrum in §. Clericus igitur, C. novimus de verb. ſignificatione.

6. Concluſio 4. degradatus miſcens ſe Sacris excommunicatus eſt, iuxtà textum noſtrum, in §. quod ſi cingulo. Conficit tamen corpus Dominicum, quia non admictit characterem, ſed tantum executionem, vide auctorem, & textum citatum, quia de hijs rebus plura dixi in meo opuſcolo de iudice Santæ Inquiſitionis, propterea, ego paucis verbis tranſitum in hac materia feci.

RVBRICA DECIMASEPTIMA.

1. **E**Sſet hic agendum iuxtà ordinem auctoris de Sacerdotibus in inferiori gradu conſtitutis, de ordinatis in Sacris, de ordinatis in minoribus, de communibus tam maioribus quam minoribus, de hijs qui promoveri non poſſunt, per multas Rubricas; at quia de iſtis omnibus ſatis dixi in antecedentibus Rubricis, cum de electione, promotione, & poſtulatione vanum eſſe iudicavi hic illa repetere, & in vanum laborare; ſolum de remanentibus quid, quid, mihi iuxta veritatem textus dicendum eſt, dicam, & primo de præbendis, & alijs beneficijs.

RVBRICA DECIMAOCTAVA.

De præbendis, & alijs beneficijs

1. **L**Oquitur in præſenti titulo auctor noſter, de multis ſpectantibus ad præbendas; Et primo, quid ſit præbenda. Secundo cur inſtituta ſit. Tertio quomodo concedatur. Quarto an per collationem, an per inſtitutionem, at quia in antecedentibus locutus fui de dignitatibus Eccleſiaſticis, quibus annexæ videntur eſſe præbendæ, non ſinè cauſa hic, de præbendis tractatum inſtituo, qui quidem tractatus ab auctore in §§. quinque dividitur, & ego brevius, qua potero ipſam hanc materiam iuxtà textum, & auctorum Doctrinam tractabo; undè Redemptoris Crucifixi nomine invocato, & Glorioſæ V. M. ſuffragio implorato, prius quid ſit præbenda examinabo, igitur.

In §. præbenda cum ſeqq.

2. In iſtis duobus §§. Secundum textum nihil aliud agit auctor

auctor cum textu, quam quid ſit præbenda; & cui præbendæ debeantur, quibus dubiis duobus ego ſatisfare cupio, per explicationem, & reſolutionem.

3. Præbenda nihil aliud eſt, quam ius percipiendi proventus Eccleſiaſticos, tamquam uni de Collegio competens & ex Canonia procedens, undè auctor data definitione iſta, quæ eſt iuxtà textum. Quæritur primo, cui conferenda ſit præbenda. Secundo, à quo conferatur. Tertio, quomodo conferatur.

4. Præbenda igitur, eſt nomen iuris, quod deduco ex ipſa definitione, ut in C. cum M. Ferrarienſis de conſtit. & per Archid. in C. ſi iuxta de reſcriptis in 6. & per Arch. in Rubric. de conceſſione præbend. & in C. maioribus, & C. dilecto de præbendis, undè quando præbenda eſt connexa Canonicatui, eſt Ius ſpirituale, ſecus verò quando Canonicatui non eſt connexa, cum etiam Laicus habere præbendam poſſit, undè à ratione rigoroſæ præbendæ excluduntur præbendæ, quæ Laicis conferuntur per illa verba textus poſita in definitione præbendæ nempè: *tamquam uni de Collegio, &c.* Laicis enim præbenda non competit, tamquam perſonis de Collegio, nec deſcendunt ex Canonia, ut in C. cum M. Ferrarien. de conſtit. ſicut deſcendit actio ex obligatione l. licet §. ea obligatio ff. de procurr. & in C. maioribus eod.

5. Præbendæ ergo de rigore loquendo, iuxtà textum in §. cum enim iuxtà legem divinam, Eccleſiaſticis tantum deberentur, nam qui altari ſervit de altari vivere debet, dignum, enim eſt, ut qui divinis adſcribuntur obſequijs Eccleſiæ ſubſtententur ſtipendijs, & ſi alibi dicatur quod bona Eccleſiæ ſunt pauperum, intelligendum eſt ſecundum portionem, non autem in totum, ut DD. declarant, quia mercenarius, nempe Clericus dignus eſt mercede ſua, undè Clerici poſſunt iuſtè vivere de bonis Eccleſiæ C. quicunque 12. q. 2. concordat, C. ex hijs, 12. q. 1. & C. Eccleſiaſticis 12. q. 2. & C. cum ſecundum, & C. extirpande, & C. re-

latum eod. Vivere inquam debent Clerici de bonis Eccleſiæ, ſed non luxuriari, facit diſt. 44. in princip. & not. per Abb. in C. cum ſecundum, extra eod. Facit 12. q. 3. cap. 1. & cap. 2.

6. Dixi; *ſed non luxuriari*, quia male diſpenſare proventus Eccleſiaſticos, eſt peccatum mortale, & puto quod teneantur ad reſtitutionem, non enim eſt Dominus Clericus proventuum Eccleſiarum, ſed diſpenſator, non enim devoti fideles dederunt Eccleſiæ ſuas ſubſtantias ut alerentur equi in magnis ſtabulis; nec ut ædificarentur alta palatia, aut multis ſervis diſtribuerentur, &c. ſed ut inde ſumerent victum & veſtitum illi, qui die, noctuque in choro Deum laudarent, & in animarum ſalutem tempus conſumpſiſſent, proptereà inquit textus, qui altari ſervit de altari vivere debet, unde ultrà neceſſitatem ſuam nihil ſumere poſſunt, videatur Sanctus Thomas 2. 2. q. 185. art. 7. & ibi Caietanus: Sed ſi alias aliquid facere vult, & poteſt, faciat de bonis proprijs, ita Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in p. 2. tit. 2. cap. 1. § fin. at quomodo mortui ſunt iſti antiqui electi à Deo, erant lucernæ ardentes mundum illuminantes, ſuis verbis, operibus, & ſanctitate, non quærebant beneficia pinguiora, ut faſtum mundanum tenerent, ſed etiam, quæ neceſſaria illis erant ſuis Eccleſijs, & pauperibus erogabant, non erant tunc temporis tot presbiteri, potius deſpernendi ob eorum mendicitatem, quam venerandi, ſed illos ex ſuis redditibus Prælati alebant, iuxtà textum noſtrum hic in §. cum enim.

7. Hac de cauſa movent DD. quæſtionem, an Epiſcopus ordinans Clericum non habentem beneficium ex quo alere ſe poſſit, teneatur illi beneficium conferre eo ipſo quod illum ordinavit, alias illum ordinando ſine beneficio, teneatur ipſe Epiſcopus ipſum alimentare?

8. Reſponſio eſt affirmativa, quia in collatione ordinis conſideratur iuriſdictio: Beneficium enim, & ordo habent

de

de iure unionem ad conſervandam dignitatem ordinis, iuxtà notata per DD. in C. cum ſecundum eod. ita, & taliter ordo habet connexionem cum beneficio, ut qui habet unum debet habere & aliud, iuxtà C. cum ſecundum, & C. dilectò deprębendis, undè Epiſcopus ordinans aliquem, qui non habet beneficium vel ipſe non dat illi, puniri poteſt, ut ei det undè vivat uſquè dum de beneficio aliquo ſit proviſus. Sic in textu noſtro §. cum enim; & dicto C. cum ſecundum; verba textus ſunt ſequentia; *ut ſi Episcopus ordinet aliquem ſine certo titulo unde vita neceſſaria percipiat, tandiu, ipſe, aut eius ſucceſſores ordinato, neceſſaria ſubminiſtrent, donec in aliqua Eccleſia convenientia Cleris militia ſtipendia aſſignentur*, quia bona Eccleſiæ inſtituta ſunt ad commodum Clericorum, C. neminem, & C. Sanctorum diſt. 70. & C. cum ſecundum extrà eod. & per Concilium Trident. ſeſſ. 23. cap. 6. in decretis, de reformat. & ſeſſ. 21. cap. 2. in decretis reformat. ratio eſt, quia Clericus datus eſt ad Eccleſiæ inſerviendum, non ad vaganter deambulandum, nec ad pedantandum, aut ſæcularibus in rebus etiam viliſſimis inſerviendum, non poteſt autem Eccleſiæ inſervire, abſque ſubſtantia rerum, C. ſi quis abiecerit 1. q. 3.

9. Hinc oriuntur multa dubia, ſtante illo nomine beneficij, nempe an nomine beneficij Eccleſiaſtici veniat altare, ſivè Cappellania, ita quod Cappellanus non presbiter faciens per alium deſervire, teneatur ad horas in Cathedrali, & conſequenter dando Epiſcopus talem Cappellam, vel altare bene, & ritè ordinet, ita ut non ſubdatur pœnis ſupra poſitis in numero antecedenti.

10. Reſpondeo huic primæ difficultati, dicendo quod in hoc caſu inſpicienda eſt inſtitutio Cappellaniæ, ut altaria quæ dantur in titulum perpetuum dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, ſi inſtituta ſunt Epiſcopi auctoritate, ita notat gloſ. ordinaria 1. in fin. ſi Clementin. ſi beneficiorum, de decim. ubi habetur illa eſſe beneficia Eccleſiaſtica,

quę,

quæ ſic ſunt per Epiſcopum ordinatæ, ut in quæſt. qui §. quæſitum, & C. penult. extra de præbendis, & C. ſignificatum; Sic locutus authoritate Epiſcopi deputatus ad hoſpitalitatis uſum Religioſus eſt, & ad Mundanos uſus redire non debet, C. ad hæc de Religioſis Domibus, unde ſequitur magnus effectus quod gaudet privilegio Clerici, quo ad bona, ut dixit Ancaran in dicto C. ad hæc de Religioſis Domibus, at ſi ſine auctoritate Epiſcopi Altaria erigantur rationem Beneficis Eccleſiaſtici habere non poſſunt, ita Gloſ. contrario ſenſu in dicta Clement. ſi beneficiorum, quia non poteſt privata perſona ex re profana, rem ſacram facere, immò, nec religioſam, dicto C. ad hæc, licet de Iure Civili poterat facere Religioſum locum, ut ſepelliendo ſe defunctum in alieno Sepulcro de voluntate Domini l. 2. de religioſ. & ſumpt. funeb. [illegible]
11. Hinc fit, quod Hoſpitale ædificatum, ſive fundatum ſine auctoritate Epiſcopi, poteſt ad humanos uſus reduci, (limita tamen vivente fundatore) qui poteſt tollere Locum & reducere ad ſtatum priſtinum, facit pro hac de C. Inter dilectus, & quod ibi notat Innocentius, extra de donatione, ſecus autem (quando fundator ex hoc vita deceſſit) probatur per authent. de Eccleſ. titul. § ſi quis ædificationem, ita Panormit. in dicto Capitulo, ad hæc, hoc tamen Hoſpitale authoritate Epiſcopi inſtructum dicatur locus Religioſus, eo quia non poteſt iterum converti in profanos uſus, non propterea dicitur beneficium, quia eſt inſtitutum ad pauperum beneficium, non ad Clericorum alimentum, ut optimè dixit Zabarel, in Clement. quia contingit, quæſtione 2. de Relig. Domibus, ſic, nec Capellaniæ, quæ fundantur, ſive dotantur per Laicum, in ſuis propriis fundis abſque auctoritate Diœceſani, non poſſunt libere conferri per hæredes talium fundatorum, abſque præſentatione Diœceſani, vel alterius Superioris facienda illis, quibus placet juxtà diſpoſitionem teſtatoris, modo conferantur idoneis perſonis ad hoc
iuxtà

iuxtà notatâ per Guglielmum de Monte Lauduno in Clement. gratiæ de reſcriptis. Ratio eſt: quia ex quo non ſunt authoritate Diœceſani inſtitutæ, non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, ſed profana, ut per Ioannem ſub inſtitut. de rerum diviſione, §. nullus.

12. Verum eſt quod poteſt Eccleſia contra laicum præſcribere, qua propter, ſi certo annorum tempore, nempè 44. terve, aut bis Cappellaniam, Epiſcopus contulerit, aut in illa inſtituerit Clericum nominatum, & ablatum à Laico haberi debet pró Eccleſiaſtico beneficio, etiam ſi Cappellania, aut beneficium ſua prima inſtitutione non fuerit beneficium, &c.

13. Quare multa dantur ſigna, quibus cognoſci poſſit beneficium Eccleſiaſticum, ut notat Antonius de Butrio in C. in noſtra n. 19. depræbendis, & 1. ex qualitate perſonæ providentis, ut quia de tali non providet, niſi prælatus Eccleſiaſticus; vel Eccleſiaſtica perſona, nam ab hoc cognioſcitur, quod eſt Eccleſiaſticum; quia Laicus realiter hoc non poteſt, licet præſentare poſſit ita de conceſſione præbendæ C. fin. de iure patronatus cap. 1. per totum; niſi hoc haberet ex Papali privilegio. Papa enim ſolus hoc concedere poteſt, ut benè notatur in C. quod ſicut C. Maſſana C. Sacroſancta, extra de electione, niſi quando, ut dixi Rex, aut Princeps, in ſuo Regno, aut ſtatu authoritatem haberet à Papa conferendi aliquod beneficium, facit textus diſtinct. 63. C. Adrianus, & C. ſequenti ubi Ius ſpirituale competebat Imperatori, ſecundum Oſtien. & Compoſtellam ex privilegio Sedis Apoſtolicæ, cui tantummodo ſpectat concedere hoc privilegium, nam Laicus eſt incapax ſpiritualium active, & paſſive, ut notatur extra de Iudicio cap. 2. de conſuetudine C. quanto. Do. Anton. in dicto C. Maſſana Zab. in dicto C. quod ſicut oppoſit. 5. quod tamen privilegium in dicto C. Adrianus poſtea fuit revocatum, ut diſtinct. 63. §. verum. Secundo cognioſcitur ex qualitate

actus, cui aſſignatur, quia ut dictum eſt Eccleſiaſticum beneficium non aſſignatur niſi Clerico, de reſcript. capit. cum adeò extra de tranſactione, & C. ex literis.

14. Immò dato, quod Laicus haberet propoſitum ſe ordinandi, & ad ſtatum Clericalem deſtinatus eſſet non eſt tamen capax beneficij, ut concludunt Innocentius, Ioannes Andreas, & doct. in cap. 2. de Inſtitut. Abbas in C. cum adeo, quod ſic obſervaſſe Bonifacium in perſona ſui Nepotis, prout dixit Archidiaconus 12. q. 1. C. pen. facit textus in C. Religioſo de ſententia excommunicationis in 6. ubi ante emiſſam profeſſionem non poteſt quis dici Religioſus, etiam ſit intra annum probationis 3. ex qualitate beneficij, quia habet aliquid ſpiritualitatis annexum, & quia perpetuum, ut diſtinct. 70. C. Sanctorum diſtinct. 33. C. præcepta Gloſ. in Clement. 2. §. ut autem verbo committatur; de Relig. Dom. Quarto, ut altare ſit conſtitutum auctoritate Epiſcopi, ut patet per oſtienſem, in ſumma, de Eccleſia ædific. §. cuius auctoritate, ubi dicit, quod in conſtructione cuiuscumque rei Religioſæ debet intervenire conſenſus Epiſcopi, & auctoritas aliàs nihil agitur.

15. Hinc Felinus conſil. 43. n. 3. dixit, quod licet fundator beneficij exprimat ſe velle creare beneficium, non tamen per hoc eſt beneficium, niſi Epiſcopus expreſſe approbet, Gloſ. 1. circa finem in Clement. 2. dec. Abbas in C. recolentes, in verbo altaria, in Gloſ. de ſtatu monacorum. Decius conſil. 210. n. 4.

16. Quarè Arbitror in tali materia, non poſſe tuta conconſcientia dari reſponſum, niſi prius viſis, ac ponderatis verbis teſtatoris, facit textus in C. porro de privileg. C. licet vbi Baldus n. 1. de tranſlatione. Epiſcopus igitur cum iſta omnia habeant reperire in huiuſmodi Altaribus, dicuntur beneficia Eccleſiaſtica, quia fundata fuerunt Eccleſiaſtica, authoritate; eligitur perſona Eccleſiaſtica, & perſonæ Eccleſiaſticæ confertur, non ad libitum, ſed in perpetuum, ergo

ergò ita Navar. lib. 3. de præben. conſil. 5. & 6. & habetur etiam per Gloſ. in Clement. 2. per Gugliel. de Monte Lau in extravagant. Execrabilis in Gloſ. ſuper verbo diſpenſatione, verſ.; quid erit de conſuetudine;& etiam probatur per. cap.2. de conceſſio.præben. & ità tenet Geminianus in cap. 1. n. 14. de conceſſione præbendarum in 6. alias non erit beneficium Eccleſiaſticum ſed laicale, quoniam tantum auctoritate laicali inſtitutum eſt, undè, qui ad talem titulum erit ordinatus malè ordinatus erit, & Epiſcopus, qui ad talem titulum Clericum ordinavit, puniri poteſt prout in Textu noſtro, ſicut ſi Altare non eſt datum in titulum perpetuum, ità ut tolli non poſſit C. inventum diſt. 51. niſi illud tollatur ob aliquod crimen, ob quod veniat illo privandus, quomodo ſunt homicidę, ſimoniaci; Adulteri, concubinarij (qui à uulgo dicuntur Clerici cum cane] ſtante quod correpti non reſipiſcunt, excommunicationem ſubſiſtentes per annum, vel ultra. Iuxta Abbatem, & alias in cap. 1. de Iudic. per iuri, Felinus in C. ex parte de reſcriptis. Parriſius de Reſignatione benefic. lib. 5. q. 6.

17. Hinc ſequitur, quod Cappellanus uno ex hijs beneficijs inveſtitus etiam ſi non ſit in ſacris ordinatus, & per ſuum Vicarium faciat beneficio inſervire, tenetur tamen horas Canonicas quotidiè recitare, etiam, ſi tali ſuo Vicario det omnes fructus beneficij, quia obligatio recitandi horas Canonicas, eſt perſonalis, nempè coniuncta perſonis ipſis, quæ ad ordinem ſacrum, vel ad beneficium ſunt promotæ, cum igitur onus ſit perſonale, perſonam non tranſgreditur, facit argument. in text. l. quia tale ff. ſolum matrimon., & ideo per ſeipſos horas Canonicas perſolvere debent, alias non ſatisfacient. Sic Medina C. de oratione q. 7. verſ. ſequitur ultra.

18. Quod ſi conſtet Clericos beneficiatos non recitare horas Canonicas, in pænam privantur fructibus beneficij, & ſecundum aliquos DD. etiam beneficio ipſo ſecundum con-

ſtitutionem Lateranenſis Concilij celebrati ſub Leone decimo, quamquam Sotus de Iuſtitia, & iure q. 5. art. 6. lib. 10. dicat talem conſtitutionem non fuiſſe uſu receptam, quoad priuationem beneficij, at Menoch. de arbit. caſu 429. dicit Arbitrio Iudicis puniri omittentem recitare horas Canonicas, & in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, quidam Clericus, qui per decem annos non recitaverat divinum officium, fuit beneficio privatus; teſte Graſſicio conſil. liber. 3. de præbendis pag. mihi 102. column. 2.

In §. quod ſi Epiſcopus cum duobus ſeqq.

19. Dictum eſt in antecedenti §. cum ſequenti, quid ſit Præbenda, quibus debeant conferri, & a quibus, necnon dixi, quod Epiſcopus conferens ordines ſacros Clerico, qui non eſt proviſus de beneficio, vel Epiſcopus non poteſt ſtatim providere, tenetur ipſe Epiſcopus ordinans illum alere, donec de beneficio proviſus ſit, nec non dixi quomodo conſtituantur beneficia, à quibus, ad hoc, ut Clericus poſſit ſuper beneficium ab Epiſcopo ordinari, ad hoc ut dictus Clericus benè, & legitime ordinatus ſit. Modo in præſenti §. cum duobus ſequentibus plura conſideranda ſunt.

20. Et primò, an mandatum ſuſcipiens de ordinibus conferendis certis perſonis teneatur eis providere de beneficio, ſivè teneatur mandans, quomodoqunque mandatum ſit; ſivè generale, ſivè ſpeciale.

21. Secundò, quomodo concedantur præbendæ, & quia iſta fere omnia explicata ſunt ſatis, pacua de illis dicam per duas concluſiones.

22. Tertiò, an præbendæ concedantur per collationem an per inſtitutionem, & ſingulæ ſint nominandæ.

23. Ad primam difficultatem dicendum obligationem alendi Clericum ordinatum ſinè beneficio, ſpectare ad Epiſcopum mandantem ordinationes, ſivè concedentem, ſicut, & præ-

& prædictum Clericum de beneficio providere; Abbas in C. cum ſecundum eod. & not. in l. miles, ff. de re iudic. & C. ut ea 1. de tempore ordin. in 6. concordat ea ſi Epiſcopus eod. in 6. & in C. ſi Epiſcopus eod. in 6. nam madans eſt in culpa, cum prævidere deberet an ordinandus haberet titulum, C. ſi Epiſcopus §. ſi vero eod. lib. 6.

24. At quia differentia multa eſt inter mandatum, & præceptum, nam mandatum ſolum dicit literas monitorias quæ neceſſitatem non important; at per præceptum intelliguntur literæ præceptoriæ, quæ neceſſitatem inducunt, quapropter, ego putarem quod in utroquæ caſu, idem dicendum eſſet. etenim qui per alium facit, per ſi ipſum facere videtur, ut de homicidio, ubi eodem modo punitur mandans homicidium, ac punitur Sicarius homicidium commites; C. qui per alium de regulis iuris, & facit textus de elect. C. ſi compromiſſarius §. 1. & l. ſi Procurator in princip. ff. de condit. in deb. ubi vigore generalis mandati non poteſt indebitum ſolvi.

25. Cui negotio Concil. Trident. ſeſſ. 21. in decretis reformationis cap. 2. proviſionem fecit ordinando, quod in futurum nullus ordinaretur in ſacris ſi de beneficio ſufficienti non eſſet proviſus? & ſi aliqui teneant, quod habens patrimonium ſufficiens, poſſit ordinari in Sacris, ego dico quod non, ut not. in C. ſi Epiſcopus, eod. in 6. quia compertum eſt patrimonia multa facta fuiſſe fictitia, quapropter optimè ſegerunt illi Epiſcopi, qui ad titulum patrimonij ad ordines Sacros neminem admitunt.

26. Sed eſto, quod quis ordinatus eſſet ad titulum patrimonij, & deindè beneficium conferatur, an liceat illi coſervare fructus patrimonij, & conſumere beneficij fructus; vel debeat è contra ſe genere. Reſpondeo, poſſe, dummodo honeſte vivat, facit Abb. in quadam ſua diſputatione incipiens titius, &c. & in C. Epiſcopus eod.

27 Ad ſecundam difficultatẽ, nempè, quomodo concedantur præben-

præbendæ, per collationem, & inſtitutionem; ſecundum noſtrum textum, eſt maxima differentia ſpecifica interduas iſtas actiones prout in §. conceduntur clarè apparet.

28. Præſentatio, ſivè inſtitutio ſunt modi, & una poteſt ſtare ſine alia; nam ſtante collatione ſequitur ius in perſona, cui collatum eſt beneficium, ſivè præbenda, non ſit in inſtitutione, aut præſentatione, Abb. facit in cap. 2. in fine de conceſſione præbendæ, & ſi aliqui dicat quod inſtitutio, ſivè præſentatio, eſt modus electionis prout in textu de elect. cap. 1. & per tot. Reſpondeo; quod hic non ſit ſermo de electione, quia de electione ſatis dixi ſuo loco; quomodo autem differat electio, à præſentatione, inſtitutio à collatione, &c. & inveſtitura vide Abb. in C. auctoritate, de inſtitut. & infra tit. 2. §. ſunt autem, & §. diſſimiles, & per Ioannem de Sel. in tract. de beneficijs in 1. p. q. 14. & facit textus noſter in §. conceduntur, nam præbendæ conceſſio nihil aliud eſt quam ius præbendalis ad præſentationem quod quidem ius ſpirituale à præſentato non aquiritur ante Epiſcopi approbationem; habita approbatione ab Epiſcopo, tunc præſentatus aquirit, &c. hijs poſitis, quia ſupra in hac Rubrica tetigi de horis Canonicis, & num. 24. etiam tetigi exemplificando de homicidio, hinc eſt, quod ad maiorem intelligentiam, & utilitatem confeſſariorum; tam de horis Canonicis, quam de peccato homicidij, prout materia, & locus mihi permictet, appendicem brevem de utraque materia inſtituam, &c.

APPENDIX.

De horis Canonicis, & homicidio.

1. NOlo hic inſtituere ſermonem, quare vocentur horæ Canonicæ, quia apud authores copioſè hoc inveniri poſſunt, ſed ſolum aliquos caſus proponam, & reſolvam;

Digitized by Google

ſolvam ; nec de numero earum quæſtionabor, quia certum eſt, non tranſcendere numerum ſeptennarium, nec eſſe minorem earum numero. Solum hic loquor, de hijs, qui tenentur eas recitare, quomodo, & quando debeant recitari, de parvitate defectus in eis, & de gravitate, de tempore, & modo, &c. de numero horarum Canonicarum certit. in cap. 1. de celebratione miſſarum.

2. Tria genera hominum ad horas Canonicas tenentur iuxtà Reginaldum, & alios communiter DD. Clerici ſacrorum ordinum, Beneficiati, & Religioſi ad Chorum Profeſſi, de primis probatur ex C. dolentes, de celebratione miſſarum nec non, ex communi conſuetudine, ac antiqua totius Romanæ Eccleſiæ, quæ quidē conſuetudo cum vim legis habeat, ſufficit, ut illi ad horas Canonicas obligati remaneant, nam per ordinem Sacrum accipiunt ſtatum in Eccleſia quiad laudes divinas in Eccleſia eſt ordinatus.

3. Hinc fit, quod Clerici Ordine Sacro initiati, etiam ſi captivi apud Turcas maneant, vel ſi degradati ſint, & ad perpetuas carceres, vel ad trimenes damnati, officium divinum recitare quotidie teneant; ſicut etiam, excommunicatus, etenim, non debent, ex delicto illi commodum reportare, dummodo non ſint alias impotentes, vel habeant aliam iuxtam cauſam. Clerici verò coniugati vel diſpenſatione Summi Pontificis; etiam ad horas Canonicas tenentur niſi in hoc fuerint diſpenſati, vide Sayr. de cenſ. lib. 2. cap. 3. Suar. de cenſ. diſp. 12. ſect. 2. n. 16. Azor. cap. 5. q. 6. Navar. & alios.

4. Religioſi verò, & Religioſæ Choro deputati, vel deputatæ ſtatim poſt profeſſionem, ad perſolvendum divinum officium tenentur ſub mortali, ita Toletus de cenſuris lib. 2. cap. 12. Reginaldus lib. 18. n. 140. Suar. de relig. lib. 4. tract. 2. cap. 17. n. 9. Diana de horis Canonicis reſol. 17. p. 2. unde poſt alias firmavit Boſſeus de horis Canonicis 419. colum. 1. n. 5. quarè ſententia contraria fuit correcta à Magiſtro

giſtro sacri Palatij in ædictione Romana, quam quidem ſententiam, etiam Diana p. 7. tract. 11. reſolutione 4. iterum contra Caramuelem reprobat.

5. Verum eſt, quod ad ſatisfaciendum divinum officium in Choro, non tenentur Epiſcopi, & Prælati, niſi in diebus feſtivis ratione publicæ ædificationis, ut docet Suar. lib. 4. cap. 10. & S. Thomas 2. 2. q. 91. art. 2. ad 3. & ſumitur, ex C. ultim. diſt. 92. ubi nulla fit Epiſcoporum mentio, ſed ſolum presbiterorum, & aliorum Clericorum.

6. Regulares autem licet non obligentur ad eorum in particulari, niſi iuxtà eorum ſtatutum, tamen in communi tenentur omnes ad ſatisfaciendum choro, quæ quidem obligatio propriè ſtingit, & ligat Superiorem, cui cura debet eſſe, ut religioſi dicant dictum officium in choro debitis horis, & cæremonijs, at quando Superior, eſt legitime occupatus, ligat alios omnes, ut prout dictum eſt in Choro officium Cantetur; Canonici vero, qui Choro non interſunt nullo modo diſtributiones accipere poſſunt, etiam ſi alij Canonici illis eos dare vellent, ut habetur ex C. unic. de Clericis non reſidentibus in 6. & ex Concilio Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. ubi dicitur, qui aſſiſtunt, diſtributiones accipiant, quibus privantur abſentes, qua vis colluſione, aut remiſſione excluſa.

7. Religioſi ad Chorum deputati, qui abſque legitima cauſa, & præcipuè Superiores, tam maiores, quam inferiores, ad Chorum non accedunt, per ſe delinquere habent lætaliter, ita communiter Doctores; probatur hæc propoſitio ex pœnis gravibus latis contra ſubtrahentes ſe à choro, unde ex gravitate pænè, arguitur gravitas culpæ; iſti enim privantur voce paſſiva, ad prælaturas; etenim Clemens octauus Pontifex maximus hanc edidit conſtitutionem *ad officia, gradus, & Prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueverint regulas ordinis, & conſtitutiones obſervare, præſertim in concernentibus officium chori, & victum*

tium, veſtitumque communem, &c. & in Concilio Toletano 10. excommunicantur abſentes à Choro abſquè cauſa, & excommunicatio, etiam ſi ſit comminatoria, culpam lætalem ſupponit ergò &c. & Clemens V. in Clementina, de miſſarum celebratione, mandat compelli ad Chorum Clericos Eccleſiæ Cathedralis, ac regularis ſivè collegiatæ etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, & Clemens VIII. in decretis pro reformatione Regularium datis 25. Iunij 1599. ſtatuit, *quod nullus omninò cuiuſqunque Privilegij, vel Superioratus, etiam generalatus, à ſervitio Chori cenſeatur immunis, niſi pro tempore; quo quis in proprij officij munere fuerit occupatus*; cum Lectoribus autem, & prædicatoribus, Superiores, ij tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint, idemquoque præſtare valeant, cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa legitimè impeditis, in eos vero qui inobedientes, aut negligentes fuerint, pænitentia ſalutari Superiores animadvertant ad præſcriptum regulæ, & conſtitutionum; *alimenti etiam ſi opus fuerit ſubſtratione*, vidè de hac re Sylveſtrum, verbo horæ n. 12. Armillam verbo horæ Can. n. 21. Angelum verb. horæ n. 25. Graſſium tom. 2. conſil. tit. de miſſarum celebratione lib. 3. conſil. 1. dific. 1. n. 6. Marchinum de ſacro ordine tract. 2. p. 6. difficult. 11. & multos alios, ſi vis, oh Superior negligens in hoc, & videbis quanta, & quam gravia ſint peccata tua, qui negligis ita Dei cultum in omnibus, ſpernendo domum Dei & tuam, illam diſſipando, ut domum aliorum impinguas; tuos filios relinquis in dàmnationem, ut aliorum nutrias. Recordare quod redditurus es rationem, de te, & de alijs; & quod contra Deum non eſt poteſtas, ſi pro te eſt protectio malorum.

8. An verò converſi, & Laici teneantur horas recitare, vel loco illarum, dicere, tot Pater noſter, & totidem Ave Maria, quod idem dico, de Converſis monialium; non eſt ſine probatione pars affirmativa, immo quod tales horas

 non

non recitando pecent mortaliter, quia eo ipſo quod applicati ſunt totaliter ad Dei cultum, habent beneficium interpetratiuum, nempè vivendi, ex elemoſinis, vel redditibus monaſterij, de hac re conſulantur, DD. & præcipuè Sylveſtrum, & Laymannum, & multos alios.

9. Notandum eſt tamen, quod obligatus ad recitandum divinum officium, non ſolum Ratione ſacri ordinis, verum ratione beneficij, unm tanctum peccatum cōmittit, ſi divinum officium omittat, ratio eſt quia uterque titulus eandem Religionis virtutem reſpicit, tenet Palaus tom. 1. diſp. 2. punct. 1. §. 2. n. 29. cum multis alijs tenet etiã Diana in ſumma V. horæ Canonicæ pag. mihi 351. n. 16.

10. An vero plures voluntates omittendi divinum officiũ in uno die, ſint plura peccata mortalia, an unum tancium, difficultant DD. graviſſimi; ſed ego libentius defendo eſſe unum tanctum peccatum lætale ſecundum communem apud Bornatium lib. 2. cap. 20. n. 6. & affertur ratio quia videtur continuari una voluntas in externa omiſſione, ſicut plures voluntates occidendi, in externo homicidio, & ſic eſſe unum peccatum tantum, vide Diana p. 4. tit. 4. reſol. 219.

11. Plures omiſſiones horarum eiuſdem diei ſunt unum peccatum tantum, nam præceptum de recitandis horis unius diei unum eſt, & habet pro obiecto aggregatum ſeptem horarum non per modum plurium, ſed per modum unius, nec eſt neceſſe numerum horarum omiſſarum in confeſſione exprimere, firmat ſic Navarrus cap. 7. n. 16. Diana p. 2. tit. 12. Reſol. 5. quamvis Leſſius contrarium defendat, & non ſine aliquo fundamento, ut alibi dixi.

12. Datur tamen parvitas materiæ in omiſſione divini officij, quæ quidem parvitas materiæ excuſat à peccato mortali, unde omiſſio ſufficiens ad peccatum mortale, eſt totum principium unius horæ cum primo pſalmo ita Navarrus, ſecundum Malderum, eſt tertia pars horæ. Sed ego teneo, quod omiſſio partis horæ parvæ, ſufficiens ad peccatum

mortale

mortale eſt dimidium horæ (non loquor de matutino, neque de Veſpere, aut laudibus) Sic Fermandez par. 3. cap. 13. §. 7. q. 3. immo in toto officio Bonartius putat eſſe integram horam partem levem, immo qui in hora parva tantum unum Pſalmum recitaret excuſaretur à mortali: dicendum eſt tamen quod ſi quis in toto officio unius diei multa parva omitteret, & iſta multa modica facerent unam quantitatem notabilem, peccaret mortaliter, quia continuantur reſpectu ad totum officium quod præcipitur, vide Diana p. 4. tit. 4. reſolut. 216. in matutino, laudis, & veſperis, dicit Bonartius, quod materia notabilis eſt quantitas unius Paruæ horæ, quod etiam firmat (Palaus tom. 2. diſp. 2. punct. 5. num. 1. Diana p. 5. tract. 5. reſolut. 26. idem ſentit Ragucius de officio Can. q. 13. n. 4. ubi ait quartam partem, eſſe materiam gravem; at ſi quis in toto anno, relinqueret totum officium, trium dierum, diceretur parvitas materie ita Aragonius 2. 2. q. 83. art. 12. hoc totum quod dictum eſt, eſt verum in officio privato non in Choro ubi ſi quis omitteret hebdomodarius, Deus in adiutorium, eſſet materia, gravis, ac ſi omitteret unum Pſalmum, ob deformitaté ut antedixi in alijs locis.

13. Vtrum vero habens beneficium ita tenue, ut non ſufficiat ad eius vitæ ſubſtentationem, teneatur ad horas Canonicas? non uniuntur Doctores in hac materia, ſed aliqui affirmant, aliqui negant, aliqui contendunt, de quantitate redituum; &c. ita ut potius rem confundant, quam reſolvant.

14. Ego tamen partem affirmativam tenere volo cum communi ſententia Canoniſtarum, & Theologorum, ratio mea eſt, quia præcipuè hoc onus recitandi divinum officium datur propter officium, ſeu adminiſtrationem, quæ adminiſtratio, non durat per omnes horas diei, ita quod beneficiarius non poſſit alia via ſibi victum præparare, ac procurare, dummodo ſit via honeſta, & conveniens habitui,

& ſtatui Clericali, aliter enim quilibet poſſet ſe excuſare, dicendo non habere, totum victum, atquè adeo non teneri ad dictum officium recitandum; ſumo hanc rationem, ex C. Clericus diſt. 19. ubi loquitur de Clerico paupere, ſic omnes Canoniſtæ cum Gloſs. in eod C. Clericus diſt. 91. Hoſtienſis, Ioannes Andreas. Panormitanus, & alij in cap. 1. de celebr. miſſarum, & alij in Clement. cap. 1. eod. tit. & in dicto C. Clericus, quas ſequitur Turecremata in principio diſt. 91. q. 6. Navarr. Covarruvias, Azzorius, Medina, diuus Antoninus, & alij multi, quos ſequitur Suarius, lib. 4. de horis Canonicis cap. 21. n. 3. Filiucius tract. 23. cap. 5. num. 181. vide. Trullen. cap. 7. dubio 12. §. 3. n. 14. & ſequenti. Contonium lib. 3. controuerſ. 3. cap. 1. n. 20. cum DD. ibi relatis.

15. Quando autē recitandum ſit officium divinum, ordinatim ſinè dubio recitandum eſt, nempè, ut matutinum dicatur ante primam, prima ante tertiam, undè horas invertendo quis peccat mortaliter. ſecundum Suar. tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 11. n. 7. & Filiucc. cap. 6. num. 188. tract. 23. at quia præcipuum fundamentum, doctorum iſtorum eſt ne ſcandalum ſequatur in populo, ſecundum hanc eorum ſententiā ſecluſo ſcandalo putant aliqui non eſſe peccatum mortale, ita Bonacc. diſp. 1. q. 3. punct. 4. n. 5. in fine, ego tamen contrariam ſubſtineo, nam quelibet hora habet ſuum Myſterium in Chriſti paſſione, undè invertendo horas pariter Myſteria paſſionis Chriſti inverțuntur, & in hoc ſub mortali tenetur Superior, ut officium in Choro modo debito perſolvatur ex cap. 2. de celebratione miſſarum, & Suar. cap. 23. n. 1. & 2.

16. Requiritur etiam ad divinum officium, ſive recitetur in choro, ſivè extra, attenctio, & intentio, & adeo eſt neceſſaria ipſa attentio, & intentio, ut non ſolum peccet mortaliter illas ommittendo voluntariè; ſed etiam ſi ſit præbendatus teneatur ad reſtitutionem fructuum; firmat meum

dictum

dictum Navarr. de oratione cap. 20. Vaſquez opuſc. de beneficijs cap. 4. §. 1. dub. 4. n. 104. Suar. 3. p. tom. 5. diſp. 4. ſect. 2. n. 26. & tom. 2. de relig. lib. 4. cap. 26. Rodriquez tom. 1. cap. 143. n. 1.

17. Quapropter vagantes quoad actus externos, ad alia negocia, confabulando, ridendo, &c. non ſolum peccant peccato ſcandali, verum non ſatisfaciunt ullo modo divino officio præcepto ab Eccleſia; nam recitare divina officia eſt actus Religionis, quod non adimplerur confabulando, & ridendo, ſed potius videtur ſaltem externe quod illudeatur, ſequtus eſt Diana hanc ſententiam 2. p. tract. 12. reſol. 2. nec non durandus in 4. diſt. 15. q. 12. Sylv. verb. horæ n. 13. Medina C. de oratione q. 14. Angelus verb. horæ n. 13. Palud. in 4. diſt. 25. q. 4. art. 2. concl. 4. nam ad actus externos omnes Choriſtæ tenentur cum ſumma modeſtia peragere; Sancta enim Sancte tractandæ, & agenda ſunt.

18. Debet ergo ex dictis eſſe magnum ſilentium in choro, pluribus de cauſis, primo, ut unuſquiſque de choro ſatisfacere poſſit, ſecundò, ut habeatur finis, ad quem cantus in Eccleſia fuit inſtitutus, de qua re loquendo Caſſian. lib. 3. de inſtit. cap. 8. ait; *ideoque eos tripartitis diſtingunt officijs, ut labor hac diverſitate diviſus de lectione quadam, defectionem corporis relevet*, & D. Baſilius Epiſt. 63. inquit; *alternis canunt, atque ex eo ſimul eloquiorum dei exercitationem, & meditationem corroborant*.

19. Advertendum eſt tamen, quod ſi quis ex accidia, & ſine iuxta cauſa officium præſcriptum in aliud brevius commutaret, V. G. officium de feria in officium de aliquo Sancto, utique non ſatisfaceret præcepto, quoniam illud quoad ſubſtantiam non adimpleret, quod quidem præceptum eſt, quod quotidiæ ab ordinatis in ſacris recitentur ſeptem horæ Canonicæ, credo quoad ſubſtantiam, & quoad modum, nempè, quoad qualitatem, eſt ſubſtantia præſcripta ab Eccleſia Romana, quæ gubernata a S. Spiritu errare non

poteſt,

poteſt, ſic firmat Caiet. verbo horæ cap. 2. contra Vaſquez verbo beneficium cap. 4. §. 1. n. 60. licet frequenter hoc faceret; nam ſi non licet ſemel non licet etiam frequenter; cum ſingulis diebus adſit novum præceptum, peccaret ergò tamen letaliter iuxtà veram Doctrinam.

20. Verum eſt, quod R. Pater meus Vega p. 1. cap. 128. caſu 17. hanc ſententiam non admittat, & adducit rationem de illo, qui loco aſſiſtendi ſacrificio miſſæ in die feſtivitatis, non adſiſtit, ſed loco talis aſſiſtentiæ aliud opus bonum facit, & tamen præcepto non ſatisfacit, elige oh Lector benevole, ex hij duobus ſententiis, quem ſibi probabiliorem eſſe videbitur, quoniam ex utraque parte adeſt ratio fundamentalis, non parvi ponderis.

21. Advertant tamen qui ad officium divinum recitandum tenentur, quod debet recitari ſtudioſè, & devotè, Iuxtà præceptum Innocentii 3. in Concilio generali, & habetur etiam in C. dolentes de celebratione miſſarum, ad quod faciendum tria requiruntur, iuxtà Azzorium tom. 1. cap. 7. quæſito 11. Toletum lib. 2. cap. 13. n. 9. Filiucium tract. 23. cap. 6. q. 9. Leſſium lib. 2. cap. 37. d. 10. & alios non paucos. Primò, ut abſque Syncopa, nempè ab alicuius verbi omiſſione, ut dum fit dum prima verba verſiculi Iunguntur ultimis, abſortis mediis, quæ quidem Syncopatio certè non erit peccatum mortale de facili; niſi ſit enormis exceſſus, quo caſu infallibiliter tenebitur eos repetere, alias erit tantum veniale, ſi voluntariè fiat. Si vero involuntarie fiet ut ſuccedit in defectuoſibus circa loquelam, quibus difficillimum eſt omnia verba pronunciare; quia illa ſincopatio in non defectuoſo erit peccatum mortale precipuè in officio quod canitur in Choro, in privato erit veniale, ſi non ſit exceſſus, ſi fiat voluntariè, undè qui verſiculum incipiunt ante quam Socij alium totaliter pronuncient non ſatisfaciunt præcepto, nam pars, què anticipatè dicitur non communicatur cum ſociis, quia eam audire nequeunt, ut do-

cent

cent Sylvius, & Caramuel, primus 2. 2. q. 83. art. 13. cap. 5, ſecundus in Regul. S. Benedicti n. 1383.

22. Recitans divinum officium privatim non tenetur ſeipſum audire, ſed ſufficit, ut omnia verba diſtinctè proferat, ſivè ſeipſum audiat, ſiue non, quia nullo iure probatut recitantem ad hoc teneri, cum præceptũ ſit, de dicẽdo nõ vero de audiẽdo, vox enim nihil aliud eſt, quã facta reſpiratio certo modo per labia, & linguam, at qui non poſſunt labia, & lingua moveri quin ſit vox, quomodoqunque articulent eſt vox ergo, & pronunciatiatio audibilis, ac proinde ſatisfaciens præcepto, ità Azorius p. 1. l. 10. cap. 11. q. 4. Diana tractatu de horis Canonicis reſolutione 11. p. 2. Caramuel. in Regul. S. Benedicti n. 1380. & 1381. Tamburinus de iure Abbat. tom. 2. diſp. 10. q. 9. n. 5. & ſi Diana hanc ſententiam ſolum lococitato admictat pro ſcrupoloſis; de reliquo dicit, quod verba debent Clarè proferri, ut poſſint audiri à proferente illa, & ſententia hçc putatur à me probabilior, & tutior.

23. Petes an dormientes in choro, dum laudes divinas canunt, præcepto ſatisfaciant, Marchinus de Sacro ordin. tract. 2. p. 6. difficul. 2. cap. 12. diſtinguit in hac re, & dicit; vel dormitans advertit ſe omittere notabilem partem divini officij, & tunc niſi repetat quæ omiſit non ſatisfacit præcepto de recitandis horis Canonicis, ſi autem tunc quando advertit proponat eos repetere, & deinde obliviſcatur repetere, non peccat, etenim oblivio ab inadvertentia non differt, & utroque à culpa excuſat, Si autem ſciens, & volens, notabilem partem officij omiſſam negligit repetere fit reus mortalis culpæ, nam tunc fit tranſgreſſor præcepti Eccleſiaſtici obligantis ad actentam, & devotam divinarum horarum recitationem.

24. Verum ſi quis dum recitat ſomno reſiſteret, & pro viribus conaretur verba dixtinctè proferre, quantum vis poſteà, ita ſomno opprimeretur, ut neque ad verba, ne-

que

que ad verborum ſenſum, aut ad aliud divinum myſterium attenderet non peccaret utique, quia ità poſſunt eſſe ſenſus ſoporati, ut moraliter nequeat talis ſopor ſuperari. Sic Rodriquez in ſumma p. 1. cap. 140. n. 17.

25. Tenẽtur etiam regulares ad Pſallendum in choro, ſicut, & ad celebrandam miſſam ſolemnem; non quidem de iure; quia in textu Canonico de hac re nulla eſt conſtitutio, ſed ex laudabili conſuetudinæ prout ait Granadus tom. 2. lib. 6. q. 2. cap. 6. §. 3. n. 22. nam Eccleſiæ regularium inter Cathedralibus, & Collegiatis numerantur, ut interpetratur Clementina 1. de Celebratione miſſa. C. dolentes, & C. creatura, & quidem miror, quod & ſi quoad officium fere ab omnibus talis conſuetudo recepta ſit, ab aliquibus tamen regularibus, qui verecundantur, de tanto conſpicuo nomine; non ſit recepta, quaſi, magis honoretur Deus, ſilendo, quam divina officia, & miſſam ſolemniter cantando & tamen neſcio quomodo, hoc tuta conſcientia ſalvare poſſint uide quidquid dicit Peregrinus in 3. p. tract. 2. reſol. 8.

26. Si quis autem recitaret horas Canonicas abſquè intentione ſatisfaciendi præcepro, ſatisfaceret, immò ſatisfaceret illas recitando, cum expreſſa intentione non ſatisfaciendi pro tunc, quod valet in omni præcepto, eſt ſententia Leſſij lib. 2. cap. 37. dubio 11. n. 68. ego tamen contrariam ſententiam temerem.

27. An poſſit dari caſus extra infirmitatem, ut quis in ſacris conſtitutus excuſetur à recitatione divini officij, reſponſio eſt affirmativa, prima eſt timor mortis, ut ſi quis eſſet inter infideles, vel hæreticos, & dubitaret de eorum crudelitate; ad illam obviandam; poſſet tunc quis non recitare divinum officium, ratio eſt; quia præcepta humana non obbligant cum magno incommodo, nec dicta omiſſio eſt contra fidei confeſſionem; dummodo non ſequatur ſcandalum, aut Religionis contemptus, nam alias unuſquiſque tenetur ad confeſſionem fidei ex iure divino, firmat Suarius

lib. 4.

lib. 4. cap. 28. n. 31. & corroborat poſt ipſum Filiucc. tract. 23. n. 296. & 297.

28. Poteſt dari etiam alia cauſa excuſans ab officio divino, & eſt exercitium incompoſſibile, quod quis habet, & poteſt provenire ex obligatione præcepti, ad quam quis tenetur ex Iuſtitia, aut ex charitate; dummodo tendat tale exercitium ad publicum bonum, ut ad audiendas confeſſiones, ad concionandum, ita quod ſi recitet divinum officium non poteſt populo ſatisfacere, ſicut ſunt etiam Lectores, & compoſitores librorum ad publicam utilitatem, & gravis occupatio honeſta, & neceſſaria ſecus autem eſſet ſi tale impedimentum, nullatenus talia opera non impediret, & in hoc currit regula. S. Bernardi lib. de præcepto, & diſpenſatione ubi habetur, *quod propter Charitatem introductum eſt, non obligat cum huiuſmodi Charitatis diſpendio, nulli enim licitum eſt talia opera omittere, cum diſpendio ſuæ famæ*, an vero ſit minus malum relinquere actum charitatis, an exequtionem præcepti Eccleſiæ, videatur regula Concilij Toletani 8. cap. 2. & cap. 1. diſtinct. 13. apud Gregor. ibidem cap. 2. ex lib. 32. moralium cap. 18. ex quibus locis colligitur, quod non ſemper requiritur magna neceſſitas; ſed ſufficit magnum incommodum proprium, vel proximi, tenent Suarius, & Filiuc. ac mairon. primus n. 34. & 35. Secundus tract. 23. cap. 9. n. 300. & 301. Tertius in 4. diſt. 12. q. 6. art. 5. in fine.

29. Datur etiam alia cauſa excuſans à recitatione horarum divinarum, ut eſt Cenſura Eccleſiaſtica, ſed hæc ſolum eſt cauſa excuſans à recitatione publica, non verò à Privata; non ſic eſt ſubſpenſus, qui non reicitur à Publica recitatione divini officij, quamvis dicere non poſſit: *Dominus vobiſcum*, ſed iſte ſolum debet aſſiſtere in Choro, ut faciunt Clerici puri in ſacris non ordinati, etiam in loco interdicto poſſunt recitari horæ Canonicæ, cum moderatione tamen tenet C. Alma mater. Non loquor hic de diſpenſa-

tione ſummi Pontificis in hoc; quia ipſe eſt ſupra ius Eccleſiaſticum, ut alibi dixi fere in principio huius operis vide apud Suar. cap. 28. n. 38. verum eſt quod non deſunt DD. etiam ex iuriſtis, qui ſententiam contrariam tenent, nempè Papam non poſſe talem diſpenſationem concedere, & maxime cum beneficiato, nam beneficiatus ex iure naturali tenetur in quo Pontifex diſpenſare non poteſt. Iuxtà Panormitanum in cap. 1. de celebratione miſſ. maior in 4. diſt. 12. q. 6. ad 1. Turecremata in C. Eleutherius diſt. 91. q. 5. Angelus verb. horæ n. 6. & Roſella n. 13. idem tenent, ego tamen ut dixi officium divinum, eſt de iure Eccleſiaſtico, & per conſequens poteſt à Papa diſpenſari, ſicut etiam diſpenſare poteſt in omnibus, quæ ſunt iuris humani, videatur Suarius ſupracitatus, & antecedenter ad ipſum Ioannes de Lignano in Clement. 1. de Celebrat. miſſar. Sylv. verb. hora q. 8. Tobb. n. 15. Armilla n. 11. Navar. cap. 11. n. 31. Aragon. 2. 2. q. 83. art. 12. Toletus lib. 2. cap. 14. non ſic poteſt facere Epiſcopus. Iuxtà Suar. ſupra lococitato n. 40. & 41. in fine, & n. 11.

30. Non tenetur ad reſtitutionem, qui partem parvam officij relinquit V. Pſalmum, & ſi fructus ſint in quantitate maxima, [loquor de beneficiati] immò ſecundum aliquos etiam per omiſſionem unius horæ non eſt aliquid reſtituendum, videatur Toletus lib. 2. cap. 12. Reginal. lib. 30. n. 44. tract. 3. Filiuc. cap. 10. q. 7. Diana tract. de horis reſol. 26. Bonacc. q. 5. punct. 2. n. 13. P. Navar. lib. 2. cap. 2. n. 196. Suar. cap. 30. quibus me remitto.

31. Advertendum eſt tamen, quod ex Bulla B. Pij V., & ex Concilio Lateranenſi. Reſtitutio ob omiſſinem horarum Canonicarum, facienda eſt fabricæ beneficij à beneficiato, vel pauperibus pro voluntate beneficiarij, dummodo alia non ſit conſuetudo; vel aliquod ſtatutum receptum. qua propter ego exiſtimarem quod ſi beneficiarius pauper eſt poſſit ſibi illam reſtitutionem aplicare, quia tunc non eſt

minoris

minoris conditionis ipſis Pauperibus, me remito tamen dicto auctorum Citandorum, qui ſunt ſequentes, Filiucc. nu. 324. Leſſius cap. 34. n. 177. Toletus lib. 2. cap. 12. Suar. n. 17. Rodriquez p. 1. cap. 145. n. 3. quid autem ſentiat Diana reſol. 27. & Navarr. in Manuali cap. 25. n. 122. videatur apud ipſos locis citatis.

De homicidio.

32. Homicidium ſic definitur [ut explicetur eius ratio eſſentialis) ex qua definitione tradenda multos caſus pro nam, & ſolvam Deo auxiliante eſt ergo homicidium, *iniuſta hominis occiſio*, & eſt peccatum mortale, tantoque gravius, quanto Iniuſtitia, quæ fit homini, dum vita privatur, maior eſt, ita diuus Thomas 2. 2. q. 100 art. 8. ad 3. Tolet. lib. 5. cap. 6. victoria de homicidio a n. 14. uſque ad 20.

33. Quod quidem præceptum, prohibens homicidium, non verſatur Circa animalium necem, immò de fide tenendum eſt homines in ſuos uſus, animantia, & plantas poſſe interimere, quia in ſacra pag. homo conſtituitur Dominus omnium inferiorum ergo poteſt ea in ſuum uſum convertere, ut patet per illud Geneſis 9. *omne quod movetur, & vivit erit vobis in Cibum*, ita Angelicus magiſter 2. 2. q. 64. art. 1. Sylvius ibidem. Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 4. Leſſius lib. 2. cap. 9. dub. 1.

34. Vndè neſciò ego capere, quomodo hodie, occiſio animalium, ita rigoroſe prohibita ſit, fere ab omnibus magnatibus, cum tanto damno Colonum in ſuis prædiis, quando, animalia à lege naturæ communia omnibus ſint, & contra talem legem facta ſint Particularia. Concedo, quidem quod Principibus licitum ſit habere aliqua loca; venationum pro eorũ divertimentũ; at quod omnis nobilis, hoc facere velit, nimis durũ videtur, & quod pro occiſione unius animalis in talibus locis, contra occidentem, aliquando ſe-

excommunicationis, & ex iure Civili l. 1. C. de vi, & vi armata, l. ſcientiam §. qui cum aliter ff. ad legem Aquilam & l. vim, vi ff. de iuſtitia, & iure, & docet ipſa ratio naturæ, ut notatur apud Tullium orat. pro Milone; undè ex Abbate, & alijs, docuit Binsfeld. de iniuria, & damno dato cap. 1. q. 5. concl. 3. quod ſi quis invaderet Sacerdotem celebrantem, Sacerdos, miſſam intermictere poſſet, & ſe defendere, & ſi Sacerdos cum moderamine, &c. invaſorem occidat, poſſet ſacrificium proſequi, ut ego dixi Superius in Appendice de irregularitate; immò poteſt intendere mortem, quando videret illam neceſſariam eſſe, ad ſe præſervandum. Tenet poſt alios Diana p. 5. tom. 4. reſol. 16.

38. Dicitur autem quis occidere aliquem cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando, vidit in conflicto, non habere aliam viam tutam evadendi de manibus inimici, ſivè aggreſſoris, Diana ibidem, & eſt Doctrina communis apud Doctores Claſſicos. Nec tenetur fugere aggreſſus ſi eſt vir Nobilis, aut miles ad vitandam invaſionem cum ſuo dedecore. Si vero ſit plebeus, & fugere poſſit, abſquè ulla contumelia, & ſuæ vitæ periculo tenetur fugere ex charitate; ſi Clericus ex iuſtitia, nam fugiendo, ſi libere poſſit non perdit famam, ſed illam acquirit. Tenet ſic Navarr. de reſtit. lib. 2. cap. 3. n. 389. Leſſ. tamen tenet, non teneri Eccleſiaſticum fugere, ex iuſtitia, ſed ſolum ex charitate. Sicut filius à ſuis maioribus invaſus, quia illi tunc non abſcribetur ad dedecus, ſed ad pietatem; ſic Mendozza 2. 2. diſp. 170. ſect. 16. §. 136. ſicut à furioſi, & Ebrij in vaſione, quis invaſus fugere tenetur, quia non eſt ignominia, ut oſtendit Malder. 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 12. Diana reſol. 9. citata in fine.

39. An vero bannitus poſſit occidi ſinè, peccato, qûando eſt bannitus, & condemnatus ad pœnam mortis, multi negant, quia occidere alium prohibitum eſt lege divina, per præceptum non occides, & dicunt quod bannum publicatum

quod

quod quis poſſit occidere, & occiſor evadat impunis, eſt contra ius divinum, prout continetur in lege, & Evangelio ut notatur in ſumma diſt. 1. & 5. & in C. non eſt §. ijs itaque diſt. 6. ergo eſt immutabile, ut habetur in ſumma diſt. 5. atque adeo dicunt iſti obligat ſemper, & ad ſemper, dicto §. ijs itaque, unde fit quod ex defectu poteſtatis inferior non poſſit abolere legem Superioris, C. cum inferior, de maior, & obedientia, tanto magis, quod expreſſè hoc firmavit Baldus in l. cum mulier 8. col. verſ. ſed an ff. ſolut. matr. & plenius oſtenditur per Bartol. in l. ut vim, in 1. col. ver. ſed numquid de iuſtitia, & iure, ubi dicitur bannitum non poſſe offendi in perſonam, item talem bannitum occidere videtur eſſe non ſolum contra ius divinum; ſed etiam contra ius naturale, gentium, ac Civile. Divinum, quod dicit non occides, naturale quoquis prohibetur inferre quod ſibi non vult cap. 1. diſt. 1. nam nemo vellet ſi bannitus eſſet interfici; Item, quia amicus amico, Filius Patri, &c. repugnat quoque iuri gentium hominem homini inſidiari, & lex nefas vacat l. ut vim, de iuſtitia, & iure; & ius Civile, non permittit hominem occidere, niſi cum moderamine inculpatæ tutelæ l. 1. C. unde vi, & numquam talis caſus, reperitur ſpecificatus. Tum quia tale bannum eſſe non poteſt ſine peccato, atque adeo eſt illicitum, unde bannitos occidentes per tale bannum ad peccatum inducuntur iuxtà notata per gloſ. in C. inter hæc hircum. 33. q. 2. bannum enim debet eſſe Sanctum. Sicut, & Lex. C. erit autem diſt. 4. gloſ. in C. cum contingat, de iur. iuran, & hoc eſt verum non ſolum in terris Eccleſiæ, ſed etiam imperij, & cuius vis Regis, & Principis, hic enim agitur de præcepto, ubi non eſt attendendum ius Civile, ſed Canonicum (de quo parum curant Criminaliſtæ) Ioannes Andreas in C. poſſeſſor malæ fidei de regulis iuris in 6. Felinus in cap. 1. de præſcriptione,

40. At non obſtantibus dictis, pono concluſionem affirmati-

mativam ; nempè quod tale ſtatutum poſſit à Principe fieri, nempe quod bannitus poſſit impunè occidi, facit primo, quia hec ſententia communis eſt per C. fin. de homicidio, quam teſtatur communem Dominus. Nellus in tractatu bannitorum ſecunda parte. Antonius de Butrio, & ſcribentes in C. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & in C. fin. ubi Abb. de conſuctudin. ratio Principalis eſt, quia tale ſtatutum conditum fuit ad publicam utilitatem, ad hoc ut homines territi a pœnis à malo ſe abſtinerent, ſcientes quod poſt malum factum, impune poſſunt occidi; nec non ad hoc, ut delicta non remaneant impunita, l. ita vulneratus ff. ad l. aquiliam, C. ut fame de ſententia excommunicationis.

41. Quarè cum hoc ſtatutum fundatum ſit ex iuxta cauſa etiam non ſolum in foro fori, ſed etiam in foro conſcientiæ ſervari debet, ut per Gloſ. in dicto C. in Eccleſiarum, & in ſpecie notat Decius in C. dilecti n. 41. de exceptione; ratio, valoris huius ſtatuti contra bannitos eſt, quia bannitus dicitur transfuga, hoſtis Civitatis; l. amiſſione §. 1. de Capit. dimin. Hoſtis autē Civitatis poteſt impune occidi l. 1. ff. ad l. Cor. nel, de ſic, & l. minime ff. de Religi. & ſumpti funè, ità notat Bart. in l. ut vim, & omnes populi; ff. de Iuſtitia, & Iuræ. Geminianus in C. non eſt peccatum §. iis itaque dixt. 6. nec valet pactum factum cum bannito de illo non occidendo quia tale pactum eſt contra voluntatem publicam, & de hac re, quam plurimum diſputant iuriſtæ, nam ſtante dicto ſtatuto non cadit occidens bannitum in pænam promiſſam, & impunè poteſt, qui promiſſit illum occidere prout aſſerit Nellus de bannitis in 3. p. 2. temporis q. 51. Baldus conſil. 221. anno Domini volum. 2. cum ſimilibus, dummodo bannitus ſit in culpa digna morte, ita Gloſ. in ſum. 4. q. 1. circa medium, & ſequntur. Antonius, & Imola in dicto C. quæ in Eccleſiarum.

42. Nec intelligitur de bannito propter contumaciam, quia non eſt maleficium, ſed culpa, ut ibi dicit Gloſ., & Felin.

Felinus notat. in C. ex literis extra, de electione. Tum quia hoc tale ſtatutum, debet fieri pro bono publico Civitatis, & Iuſtitiæ, ad hoc, ut cæteri metu pænæ perterriti ſe abſtineant à delictis, ſcientes ſe poſtea, impune occidi poſſe, nam tunc occiſor videtur deputatus Iuſtitiæ executor; verum eſt quod in dubium ſtatutum præſumitur factum in bonum publicum, prout firmat Baldus in l. 1. C. quando licet, & videri poteſt de hac re, diuus Thomas 2. 2. q. 64. art. 2.

43. Ad argumenta in contrarium poſita ſupra n. 49. dico quod aut inferior vult legem divinam in totum tollere, & non poteſt utique, ex defectu poteſtatis, 21. diſt. C. cum inferior, ſi quis venerit, de maioritate, & obedientia, aut non uult in totum tollere, ſed diſtinguere, tunc ſi tale ius reperiatur diſtinctum de iure divino poterit diſtingui, ut patet in præcepto, non occides, quod reperitur diſtinctum, ut liceat occidere malos prout exodi 2. *maleficos non patiaris vivere*, & habetur in C. reos §. 1. 23. q. 5. & tunc eodem modo bene per legem diſtingui, unde ex iis infert Geminianus in C. non eſt §. his igitur poſt Dominum Antonium in C. quæ in Eccleſiarum, undè valet ſtatutum in cauſa digna morte, prout in meo aſſerto, nempè, quod Banniti poſſint occidi impunè, quia hoc privatis perſonis permititur ob bonum publicum tamquam executoribus Iuſtitiæ, facit textus 23. q. 5. C. miles, & ſi hoc non reperiatur diſtinctum in lege divina. Lex tamen poſitiva poteſt iuri divino ex iuſta cauſa addere, ut peccata, & Facinora vitentur, quomodo eſt in illo dicto (*in ore duorum, vel trium ſtat &c.* C. in omni de teſtibus, nam in aliquo caſu ſtatui poteſt, ut plures teſtes requirantur prout notatur in C. cum eſſes, & in C. relatum de teſtamentis, &c. vide plura de hac re apud Authores.

44. Non licet ſeipſum directè, ſiue ex intentione, interficere; Nam ſecundum omnium Doctorum ſententiam, homo

homo non eſt Dominus vitæ ſuæ, nec membrorum ſuorum; undè nec poteſt ſe mutilare, licet tamen aliquando cooperari ad propriam mortem, & hoc tripliciter 1. indirectè, & per accidẽs, & mediatè, hoc eſt exponendo vitã ſuã periculo, ob rationabilem cauſam, nempè aut omittendo actiones ad vitam neceſſarias, 2. immediatè, & directè, ſed ex Dei pręcepto, ut eſt exemplum in Sanſone, & ſancta Appolonia, 3. publica authoritate, ſi quis coactè ſumat venenum; hæc enim cooperatio non videtur contraria iuri naturę, ex quibus colligitur ſolutio multorum Caſuum ſequentium, videatur Angelicus magiſter 2. 2. q. *64*. art. 5. Navarr. cap. 15. n. 11. Toletus lib 5. cap. *6*. Clavis regia lib. 7. cap. *9*. Leſſius, & sà verbo Iudiciales actus n. 54. Aragon. 2. 2. q. *69*. art. 4 & Sylvius cum alijs multis, non eſt tamen licitum Patri, aut Superiori cauſare montem filio aut ſubdito ſivè directæ, ſivè indirecte, nempe negando illi neceſſaria in infirmitatibus, tam quoad victum, quam quoad ſervitutem, nec poteſt prohibere alijs confratribus; ne illum viſitent, etenim infirmi ex præſentia amicorum ſublevamen accipiunt; Sicu ex talibus prohibitionibus triſtitiam, & ipſis augetur morbus, unde, ſi ex talibus occaſionibus infirmi moriuntur, aut inhabiles circa ſua membra remanent, neſcio excuſare dictos Patres, aut Superiores a nota homicidę, ſivè mutilatoris, ut videre eſt apud DD. res illicita tamen etiam Scitis, & Barbaris, & precipuè quando agatur de ſuperioribus religioſis in quibus debet vigere Charitas in ſummo, reſpiciant ad formicam, quæ debilem ducit ad Domum [& ſi in aliquibus tantum pro ſeipſis fit, pro alijs autem nequaquam, quando ipſos culex aliquis mordet ſubvertitur Conventus, quando alij in periculo vitę manent dicunt fingere eſſe infirmos, pro ipſis invenitur manna, pro alijs tantum deteriora, & parva) immemores quod, in victu, & veſtitu; omnes religioſi debent eſſe equales, ut ſanctiſſime docet in ſuis conſtitutionibus Clemens VIII. quas legant,

ſed nolunt intelligere ut bene agant ſed non omnes ſed, Intruſi tantum, utinam ſic amarent filios legittimos, ſicut ſpurios.

45. Et ſi unuſquiſque vitã ſuam teneatur conſervare quantum poteſt, & debet, nihil hominus, in quibus homo etiam ſi poſſit vitam ſuam conſervare non tenetur homo illam tueri 1. quando quis permittit ſe occidi ne alter moriatur in peccato mortali, ut quando agitur de perſona publica utilis Reipublicæ, & alijs, ipſe vero non eſt talis 2. miles poteſt ſe defendere, ſed non poteſt relinquere ſtationem in prælio, etiam ſi videat certo ſe occiſurum fore ab inimico, & hoc ad eccitandum malum aliorum 3. Reus in carcere conſtitutus non poteſt fugam arripere, & ſi certò ſciat ſe ſubſpendendum eſſe in patibulo forcarum, 4. Condemnatus ad mortem per famem, poteſt abſtineri à cibo Clanculum' oblato 5. in naufragio poteſt quis alteri committere tabulam à ſe occupatam, & ſe undis comittere, 6. ſi duo in extrema neceſſitate conſtituti ſint, poteſt alter alteri cedere panem, & ſinere ſe mori 7. poteſt quis obicere ſe tela, ad conſervandam vitam principis, & amici, immò, & ſi amicus ſit damnatus ad mortem iniuſtè, poteſt pro illo ſe offerre occidendum 8. licet militibus de communi conſenſu inicere pulveri tormentario ignem, quo navis incendatur, vel dare ſe præcipites in mare, etiam non aperto vitæ periculo, ne ipſi veniant innauibus infidelium ſimul cum navi 9. excuſari poſſunt etiam, qui ſua corporis agilitate ambulant ſuper funem, aut ſumunt venenum adhibito ſtatim remedio; Quam vis enim hęc ſint periculoſa, nihil hominus purgatur periculum per applicationem ſufficientis remedij, & Ratio horum omnium eſt, quia non eſt prohibitum homini ne vitam ſuam periculis umquam exponat, ſed tantum, ne ex intentione, illam quaſi exoſam auferat videatur Diana p. 5. tract. 4. reſolut. 26. 28. ~~31.~~ 41. & 42. & p. 6. tract. 7. reſol. 48. tenent etiam ſequentes. Clavis

regia

regia lib. 7. cap. 9. n. 19. & ſequenti. Bonacc. punct. 5. n. 4. & ſeq. Leſ. dub. 6. n. 27. & ſeq. sa verbo homicidium. Tolet. lib. 5. cap. 6. Sylvius, &c. Malder. 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 19. Petrus Navarr. lib. 2. cap. 3. n. 73. 82. & ſeq; Marcant. Decalog. cap. 5. q. 8. caſu 4. Rodriquez par. 1. cap. 137. n. 1, & 2.

46. Qui etiam dicunt, quod ſi quis ex intentione, aut etiā inadvertenter ſine tali intentione vitam ſuam notabiliter, ieiunijs, vigilijs abſtinentijs, ſtudijs pſalmorum decantatione, abreviat, mortaliter peccat, Navarr. & cap. 15. n. 12. P. Navarr. lib. 2. cap. 3. n. 88. nam quilibet ex charitate tenetur ſeipſum conſervare. & affectum contrarium non habere. Non tamen videtur peccare, qui per moderatam abſtinentiam, per ieiunium, per macerationes, vel ſtudia prævidet fore, ut vita obrevietur, non tamen intendens mortem, ſed virtutem, nam hoc non repugnat rationi, quoniam hæc opera ſunt digna laude. Videantur Victoria de temper. n. 12. Axor. p. 1. lib. 5. cap. 6. q. 7. Aragon. 2. 2. q. 64. art. 5. ad 5. Diana p. 5. tract. 4. reſol. 33. Paſqualig. in prax. ieiunij Eccleſiaſt. dec. 27.

47 Qui quidem auctores etiam dicunt, quod qui indiſcrete ſumit abſtinentias, &c. quæ vitam abreviatura ſunt, ſed hoc non advertit, ſed ſolum profectum ſpiritualem intendat animæ ſuæ, excuſatur à peccato, nam inadvertentia non dicit voluntarium; & id quod in hoc caſu eſt voluntarium eſt bonum.

48. Sed quæritur an liceat occidere invadentem res externas proximi, inquit Molina tom. 4. tract. 3. diſp. 18. n. 1. poſſe, eo quia, ſicut poteſt occidere quis invadentem proximi vitam, ita res proximi invadens occidi poterit. Immò Fabet. putat, nos ad hoc teneri, ſic in 4. diſt. 15. q. 3. diſp. 52. cap. 1. n. 3. quia ſacra pagina, obligat unumquemque, ad proximum Innocentem defendendum; *unicuique mandavit Deus de proximo ſuo*, inquit Ezechiel. & in Proverb. habe-

tur ; *erue eos , qui ducuntur ad mortem , & eos qui trahuntur ad interitum liberare non ceſſes* , Molina tamen , ſolum loquitur de illo , qui ex officio ad hoc tenetur , & ego libenter ipſum Molinam ſequar , ratio eſt , quia ſi teneor vitam proximi defendere , non teneor bona , cum bona ſint longe inferioris ordinis ipſa humana vita , at eſtò quod prima ſententia Molinæ loco ſupracit. valeat.

49. Petes quanti valoris debet eſſe res pro cuius conſervatione poſſit fur mactari ? Dico non debere eſſe parvi momenti ; ſed quando eſſet talis , & Dominus vellet eam à fure habere , fur vero contra Dominum illam petentem , ageret cum ferro, &c. tunc poſſet fur occidi, habetur ex l. ſi ex plagis , §. tabernarius , ff. ad l. Aquiliam ; & maximè quando res parva tolleretur cum iniuria , quia tunc poſſet occidi in vindictam , non tam rei , quam honoris, ita Leſſ. lib. 2. cap. 9. dub. 11. n. 68. quantitas verò , quæ talem occiſionem licitam facit , eſt unius aurei , vel duorum , prout Iaſſon apud Malderum aſſignat loco ſupracit. videantur DD. de hac materia , qui varia , & multa dicunt . Ego tamen teneo quod quantitas quæ licitam talem necem facit debet eſſe conſiderabilis , & non pro uno auro, &c. aut tribus.

50. An vero quis directe poſſit occidere ſeipſum , negativa eſt ſententia tenenda , quia in nullo caſu hoc licet , unde doctiſſimus Gomitulus lib. 4. q 10. n. 6. cum alijs contra Victoriam , de homicidio n. 30. ad argumentum 8. non licere, ad mortem damnato venenum a miniſtro iuſtitiæ ſibi paratum accipere , nam id eſſet ac ſi quis pugione , ſe occideret , ita ſentit S. Thomas 2. 2. q. 69. art. 4. poteſt tamen reus permittere , ut venenum ſibi applicetur , mere enim paſſivè in tali caſu ſe haberet , ſicut poteſt os ſum aperire , ut venenum infundatur , ita Malderus in 2. 2 tract. 3. cap. 1. dub. 18. quamvis hoc neget Sylv. in D. Thomam lococit. immò inquit ipſe Sylv. quod reus tenetur tale venenum non deglutire , ſed evomere ſi poteſt , immò non poteſt reus dum miniſter iuſti-

tiæ

tiæ in ſcala furcarum iam appoſuit funem ad collum, ſe ex ſcala proycere, idem Sylv. affirmat, lococit. in D. Thomam.

51. Et quia Superius loqutus fui, de occidente bannitum modo, quæritur, an occidens bannitum poſſit illico eum ſpoliare, & denudare impunè. Reſpondet Florian. in l. binas in fine ff. de ſervit. urb. præd. & Bald. in l. ſororem, verſ. ſi quid ergo dices, C. ad Syllam, & Caſt. conſ. 35. incip. ſuper dictam difficultatem, quod bannitus non poteſt offendi niſi viuus atquè adeo mortuus non poteſt occidens illum denudare, quia motuus non eſt amplius homo, ſed cadaver C. in quadam de celebratione miſſarum, quod intellige ex intervallo, quia in continenti licet, ita Bartholus in l. 1. ff. de hijs quibus ut indign. Salic. in l. qui ſepulcra, C. de ſepulcr. viol. Albert. de Roſa in 4. p. ſtatut. q. 91. ſi ſtatuto cavetur, & ratio eſt, quia ſicut ſibi licuiſſet auferre bona, & poſtea occidere, ita etiam ſi ſtatim poſt occiſionem hoc faciat, quia ea, quæ in continenti fiunt, &c. & l. lecta, verbo dicebam ff. ſi certa pet. capit., officij de elect. facit quod dixit Dominus Cardinalis Zabarella in C. perpendamus de ſententia excommunicationis, ubi ſi licitum eſt latronem occidere ergo, & vulnerare.

52. Licitum eſt occidere ſatellites, ſeu publicos miniſtros cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando iniuſtè conantur interficere innocentem, vel illum capere, ut iniuſtè occidatur; ſi autem non conſtet illum eſſe innocentem, ſed bona fide munus ſuum faciant, non poſſunt occidi, ratio eſt, quia bonum commune poſtulat, ut miniſtris bona fide publicum officium exercentibus iniuria, aut damnum non inferatur. Tenet Rodriquez p. 1. cap. 135. n. 9. Aragon. 2. 2. q. 69. art. 4.

53. Secundum ſententiam probabilem eſt licitum occidere eum, qui pergit ad iudicem, ut falſum teſtimonium propter quod quis erit occidendus, vel infamandus, aut bona ſua a miſ-

amiſurus, vel falſis teſtibus ſubornatis vitam tuam oppugnant in iudicio, quia talis occiſio non eſt invaſio; ſed iuſta defenſio; quod idem dicendum eſt de illo, qui contra iuſtitiam legalem pandit crimen occultum ſic firmat Bannes 2. 2. q. 64. art. 7. dub. 4. verum eſt quod contrarium ſentiunt Petrus Navarr. lib. 2. cap. 3. n. 391. Rodriquez in ſumma tom. 1. cap. 73. n. 1. Sanchez lib. 2. moral. cap. 39. n. 7. quia aperiretur via ad multa mala, & ad multa homicidia ſic etiam firmant Bonaccina, & Leſſ. primus, punct. 9. n. 7. ſecundus d. 8. n. 47. tenet etiam Diana tract. 5. in Miſcellaneis reſol. 97. p. 3. & p. 5, tract. 4. reſol. 7. Sylv. 2. 2. q. 64. art. 7. q. 6. &c.

54. Licet tamen, tam Clericis, quam Laicis occidere invaſorem ſuarum facultatum, dummodo ſint magni momenti & a ia ſpes non ſit illas recuperandi, etenim omnibus licitum eſt iure naturæ, vim vi repellere, non ſolum à propria vita verum etiam ab ijs, ſine quibus commodè, aut ſimpliciter ſecundum ſtatutum ſuum vivere non poteſt, tenent ſequentes DD. nempe Rodriquez cap. 135. n. 15. & 16. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 8. punct. 4. Molin. tract. 3. diſp. 16. Navarr. cap. 15. n 2. Leſſ. dub. 11. Clavis Reg. cap. 10. n. 30. Diana p. 5. tract. 4. reſol. 17. & 18.

55. Numquam, licitum eſt tam ante quam poſt animationem fœtus, dari matri gravidæ pharmacum mortiferum fœtui, ſivè de natura ſua ordinatum ad abortum, vel fœtus mortem, non eſt iuſtum innocentem occidere pro conſervatione alterius, & præcipuè ſi hoc fiat poſt animationem, ſi ante nequè licitum eſt, nam ſi non eſt licitum procurare pollutionem, ad procurandam ſanitatem, multo minus licebit abortum procurare, nam utrumque, eſt contra generationis naturam, tanto magis quod non eſt medium per ſe ad ſanitatem; ſi mater periculosè laboret, & aliud remedium non habeatur poteſt dari pharmacum directè tendens in eius curationem, etiam ſi ex tali potione probabiliter putetur abortum

ſecu-

ſecuturum ; modo proles non ſit animata, quia tunc abortio ſolum cenſetur per miſſa non volita, ſivè intenta per accidens, per ſe autē ſolum ſanitas matris intenditur, nam mater tunc poteſt uti iure ſuo, non ſic ſi proles animata ſit, quia tunc non poteſt dari matri medicamentum Curativum, cum notabili periculo prolis, ſi ſinè illo erat ſpes ſalutis matris, quando verum tam proles quam mater ſunt in evidenti periculo non adhibito remedio tunc poteſt dari matri remedia neceſſaria ad eius vitam ſalvandam, firmant DD. quam plurimi qui ſequentes ſunt, Covarr. p. 2. §. 3. n. 1. P. Navarr. lib. 2. cap. 3. n. 140. Navar. cap. 25. n. 62. Sylveſt. verbo Medicus q. 4. Henriquez lib. 11. cap. 16. n. 8. Graff. 1. p. lib. 2. cap. 63. n 24. Leſſ. Clavis Regia lib. 7. cap. 12. n. 20. Diana tract. 5. miſcell. reſol. 11. p. 3.

56. An vero licitum ſit reddere mulierē ſterilem ad evitandam mortem illius, quæ poſſet provenire ex conceptione fœtus, vel quia mater nimis eſt arta, vel præ anguſtia uteri ferre nequeat prolem; quia ſi non licet ſemen emittere ad procurandam ſanitatem, multo minus licebit hoc dicendum, quia nullo modo poteſt honeſtari talis patio, quia eſſet contra naturam, & naturalem finem generationis, undè Siſtus V. per ſuam ſpecialem bullam hoc prohibuit de abortu §. 5. & in C. ſi aliquis de homicidio, videantur DD. ſequentes nempè Sylv. 2. 2. q. 64. art. 7. quæſit. 4. concl. 3. Filiucc. tract. 29. n. 101. Navarr. in manuali cap. 16. n. 35. Sanchez de Matrim. lib. 9. diſp. 20. n. 2. & 8. nec non 10. Turrian. 2. 2. tom. 2. diſp. 26. dub. 2. n. 45.

57. Non licet viro, etiam ſi talis honoratiſſimus ſit, & nobilis occidere aliquem, eo quia dixit ei; *mentiris*, quia homicidium ſecutum non probat illum non eſſe talem, cum ergo homicidium non ſit medium ad locandum talem iniuriam quis non poteſt tali medio uti, quia ad hoc ut media ſint licita debent eſſe aptata, & proportionata ad lavandam maculam firmat Azzor. p. 3. lib. 2. cap. 1. q. 17. Diana p. 5. tract 4. reſol. 13.

RV-

RVBRICA DECIMANONA.

De Collationibus.

1. IN hoc titulo auctor agit de collationibus prebendarum; de quibus, multa dicta ſunt antecedenter in alia Rubrica. verum, ut non diſcedam ab ordine textus, & auctoris. De præbendarum collatione ego, hic ſermonem faciam quæ quidem præbendæ conferuntur, vel ab ordinario, aut ex mandato, Sedis Apoſtolicæ, aut Pontificio reſcripto, prout in textu, igitur ut incipiam de hac matera agere ſit.

In §. ordinarius cum tribus seqq.

2. Ordinarius beneficiorum, ſivè præbendarum, eſt ille, quem conſuetudo approbavit, aut ius deſignavit, ut Epiſcopus, vel capitulum, aut patronus, nempè inſtitutor præbendæ, cuius nomine veniunt hæredes, vel nominati, in inſtitutione beneficij, &c. unde quando eſt difficultas in collatione præbendarum, recurrendum ad iura partium, ſecundum inſtitutionem illarum; facit cap. 3. & 4. de ijs quæ fiunt à Prælato.

3. Verum eſt quod, ſi Prælatus ſit ſubſpenſus, vel excommunicatus, cui ſpectabat præbendæ collationem ſimul cum capitulo, & capitulum poteſt conferre, dummodo Epiſcopus ſit in mora, vel è contra, non tamen omnes de capitulo ſubſpenſi, aut excommunicati ſunt, tunc reliqui de capitulo, providere debent, quia non eſt collatio differenda quia tunc, privatus aut ſubſpenſus, &c. non habet ius cap. 1 §. fin. ne ſede vacante, & C. gratiosè de reſcriptis in 6. & de pænit. diſt. 1. §. hoc idem verſiculo idem à mortuo.

In

In §. eadem ratione cum quatuor ſeqq.

4. Hic Author in iſto §. cum quatuor ſequentibus agit, quando, beneficia dantur ab Epiſcopo, & illi expiret tempus collationis, 2. quando eſpiret tempus ſimiliter regularibus prælatis 3. quando currat tempus devolutionis 4. ubi habeat locum devolutio 5. an ſede vacante in collationibus, Capitulum fungatur vices Epiſcopi, quibus quæſtionibus ſatisfaciendum eſt.

5. Ad primum dicitur, quod ſex menſibus tranſactis, ſi Epiſcopus non conferat beneficium, devoluitur collatio ad Capitulum, & hoc in pęnam ſuæ negligentæ ita habetur in textu noſtro, *collatio ſi per ſex menſes conferre diſtulerit, ad capitulum devoluitur* valet, quod idem, ſi ad capitulum collatio ſpectet, & non conferat intra dictum tempus, devoluitur ad ordinarium, qui cum conſilio virorum prudentium beneficium, ſeu præbendam conferre debet C. fin. de immunitate Eccleſiæ, verum eſt quod tempus non currit ignorantibus. Gloſ. hic, & in verbo notitia, ratio eſt; quia periculoſa eſt diuturna Eccleſiæ vacatio, prout habetur in C. quam ſit, & in C. cupientes de electione in *6.*

6. Vnde adverte, quod quando talis iuriſdictio conferendi devoluta eſt ad Epiſcopum, ipſe tunc Epiſcopus, nō confert ratione devolutionis, ſed iure proprio, ut notat Abbas in cap. 2. de conceſſione prebend. poſt antiquos, ſicut quando ob Epiſcopi negligentiam, ad Capitulum devoluitur proviſio, tunc enim Capitulum habet providere; tamquam per propriam Iuriſdictionem, ita 9. q. 3. C. cum ſimus, & hoc eſt ob magnam communionem quæ eſt inter Epiſcopum, & Capitulum facit C. requiſiſti, de teſtam. & per Abbatem in cap. 2. de conceſſione præbendarum.

7. Quapropter ſi tranſacto tempore ſex menſium; tam Epiſcopus, quam Capitulum conferant beneficium collatio non tenet, ut habetur in C. licet, & C. ſi de ſup. negl. præl.

niſi de patientia tolleretur C. Literas de conceſſione præbendarum, quia pro non dato habetur; quia ille, qui dat non poteſt de iure dare C. quod autem in fin. de iur. patronatus, argum. contra ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres, & l. Celſus ff. de arbit., & ita not. in cap. 2. ext. de conceſſione prębend.

8. Militat quoque eadem ratio, quando ad Religioſos ſpectat proviſio præbendæ ſi infra tempus prædictum non provideant C. ne pro defecto de electione, & C. abeuntibus diſt. 62. undè intelligendum etiam eſt de religioſis largo modo nempè, qui non emittunt tria vota, ut patet in locis ſupra allegatis, & facit Abbas in C. dilecta de Maioritate, & obedientia, quæ eſt ſolutio ſecundi dubij.

9. Ad tertiam, & quartam difficultatem, dicitur quod ſex menſium tempus non currit legitime impeditis, ſed ſolum à die notitiæ, & ceſſatione legitimi impedimenti, & non erit tunc tempus computandum à die vacationis præbendæ, ſiue beneficij, facit textus in §. tempus autem, & favet Concilium viennenſ. Clementina uni de ſupple. neg. prælat. & §. impeditis, ubi intelligitur de impedimento tam Iuris, quam facti, quia præſcriptio de conceſſione præbendarum cap. 2. eſt inducta contra negligentes ex malitia, non ex neceſſitate, ut deducitur ex C. quia diverſitatem eod. titulo, ſicut ceteræ C. vigilanti de preſcriptione, & 16. q. 3, §. poteſt, & ſic iſtud tempus ſemper eſt utile, certo reſpectu, & alio reſpectu eſt continuum; currit enim, & diebus ferialibus, ut notat Abbas in cap. 2. de conceſſione prębendæ, & hoc, niſi quis ſit negligens in impedimento removendo, ut not. in dicto C. quia diverſitatem, & alibi, Eccleſiæ verò non enumeratę, vel ſublatæ de iure communi pertinent ad collationem Epiſcopi, facit textus in §. hæc autem, & C. cum acceſſiſſent de conſtit. unde trasfertur in Capitulum, ſed, vacan. ſecus ſi competeret Epiſcopo de iure conſuetudinis, vel ſpeciali, ut not. in C. ſcriptum, de electio-

ſtellone, & in C. at, ſi clerici §. 1. de Iudic., & in C. verum de foro competenti, ut per Doct.

10. Ad quinctam difficultatem dicendum eſt quod ſede vacante Capitulum non fungitur vices Epiſcopi in conferendis beneficijs; nam ceſſante cauſa, ceſſat, & effectus, ſed ex ſuo iure proprio Capitulum conferre habet quando hoc requirat iuriſdictionem, ita Abbas in C. illa, ne ſed. vac. nam, Capitulum non fungitur vices Epiſcopi, niſi in caſibus in Iure expreſſis ita Abbas in dicto C. illa.

In §. is quoque cum tribus ſeqq.

11. In preſenti §. cum tribus ſequentibus quatuor difficultates moventur 1. eſt, an qui negligens fuit in præſentando, tranſacto tempore præſcripto à ſacris Canonibus, ſi ſe preſentet, valida ſit præſentatio 2. an Legati miſſi; vel nati poſſint conferre beneficia, abſquè alia ſpeciali facultate, & an legatus de latere hoc abſolute facere poſſit 3. An legatus de latere conferre poſſit Cathedrales, & an in eadem Eccleſia poſſit facere plures reſervationes 4. an reſervationes Legatorum expirent finita legatione, quibus difficultatibus, Deo Adiuvante reſponſum dabitur.

12. Ad primam dicendum eſt, quod illa mora diſpenſari poteſt, etiam ſi alias venirent in Iudicio non tenerent ſed corruerent C. cum iam dudum depræbendis C. literas, & deſuper reg. præl. unde ſumitur, unde advertendum eſt, quod ſola patientia dat ius talibus inſtitutis non autem inſtitutio ipſa, quia perperam facta eſt, ita habetur in l. obſervare, ff. de officio proconſolis in fine, & 2. q. 1. C. in primis, & iuvant multum not. per Abb. in C. ſuper hijs, de conſang. & affinitate: que quidem patientia intelligitur de illa Papæ; non autem de inferioribus ab eo; inferiores enim non poſſunt de novo aliquid conferre.

13. Ad ſecundum dico, quod Legati miſſi, vel nati non

habent conferentiam, beneficiorum, ut tales ſunt abſquè mandato ſpeciali; Benè tamen poſſunt collare beneficia, legati à latere, abſque mandato ſpeciali, etiam invito Domino beneficij, facit Textus noſter in §. ex legationis, etenim Legati, ſunt plures, qui à Pontifice legationem habent, aliqui enim dicuntur legati quia a Pontifice ſummo, ob aliquem negocium particulare mittuntur, & iſti dicuntur mixti, unde iſtis facultas concedendi beneficia non eſt; aut Legatus oritur cum dignitate legati quomodo eſt Archiepiſcopus Piſarum, aut eſt temporalis, conſtitutus tamen ad regimen alicuius Provinciæ de latere Pontificis, & iſte dicitur Legatus de latere, & huic convenit hæc poteſtas conferendi beneficia.

Alij ſunt nunci Sedis Apoſtolicæ, & dicuntur de latere ſecundum communem opinionem, & iſti ſi non habent ſpeciale mandatum non poſſunt beneficia conferre, etiam ſi Legatibus alicuius conceſſa ſit talis Authoritas, nam conceditur ijs, id quod conceſſum erat pro Conſulibus Romanis antiquitus, quia iſti reipublicæ comparantur ut in C. primò de officio legati in 6. ubi habetur de ſingulorum poteſtate, & in l. quiſquis C. ad legem Iuliæ maieſta. an vero poſſit conferre iſte Legatus beneficia reſervata Papæ, infrà videndum eſt.

14. Prout dico, quod collatio devoluta ad Papam non poteſt conferri per Legatum Provincie, nec per alium abſque ſpeciali conceſſione ſummi Pontificis etiam in exemptis, nam iſti imediatè Papæ ſunt ſubiecti, ut ſunt beneficia, quę a Religioſis, conferuntur per legatum de latere, firmatur per C. licet C. ſicut de ſupplen. negligen. Prælati. Roman. conſil. 351. Abbas in C. grave n. 6. & 7. de officio ordinis, & in dicto cap. 2. de conceſſione præbendæ. Selva de beneficio par. 3. q. 49. n. 4. Rebuff. in concord. §. ſi quis vero, verb. ad alium de decolat., & titulo de deco lat. n. 36. verſ. 9. quos refert, & ſequitur, Cochier. quæ 30. n. 5.

15. Non

15. Non poterit igitur legatus de latere conferre beneficia ad Epiſcopum devoluta ex negligentia Prælati regularis exempti, quæ Epiſcopus confert authoritatem Apoſtolicam, ita Nicol. Gargia de Benefic. p. 5. cap. 2. n. 32. quia ab exemplo regularibus; fit devolutio ad ordinarium, qui authoritate Apoſtolica confert; C. cum ſingula depræbendis in 6. Rebuf. titulo de devolutione n. 32. Cochier. q. 30. n. 8. quod reſtingi debet, quando ſuperior regularis, qui providere debebat tale beneficium non habet ſupra ſe Prælatum in Religione, quia tunc ad Superiorem ipſius fit devolutio, Cardinal. in Clement. unica q. 3. de ſupplen. negligent. Prælat. alias ius tertij nimis læderetur.

16. Quæ autem concernunt ad reſervationes legatorum, ita ſunt decidenda, iuxtà textum noſtrum, quod ſcilicet dummodo ad beneficiorum iam vacantium non ſit proceſſum, eo ipſo quod eorum ſpiratur officium legationis pœnitus evaneſcunt, nec executores dati amplius ea conferre poterunt.

In §. sed nec aliter, cum quatuor seqq.

17. Quæſtiones quæ fiunt in §. præſenti cum ſequentibus quatuor ſunt iſtæ. Primò, an taciturnitas habiti beneficij invaliditet proviſionem legati non ordinati. Secundò, eſt, an qui in beneficium nullum habet ius, ſi tamen collatur de eo alteri primo non conſentiente providere poſſit. Tertiò, an proviſo poſſit aſſigniari terminus acceptationis, & an dicto termino elapſo poſſit alteri conferri, & an proviſus rè integrà manente, poſſit ſemper acceptare. Quartò, an per reſcriptum Apoſtolicum ſi confeteratur præbenda purè, in diem, & ſub conditione, & pura collatio ſit, cum alicui ſimpliciter de aliquo beneficio provideatur.

18. Circa difficultates propoſitas; author non parum laborat. quapropter iuxtà textum. Ad primum reſpondetur quod ſi in collatione alicuius beneficij facta à legato poteſta-

tem habente beneficia conferendi non exprimantur, & beneficium, & perſona cui beneficium confertur, taciturnitas, talis collationem prædictam invalidat, ita in C. ſi de officio legati in 6. & Clement. fin. de officio ordinis, immò non ſufficit mentio generalis, ſed debet exprimi ius beneficij, quod habet impetrans, ut not. in Clement. 1. de præbendis, quæ quidem collatio facta à legato cum ſit facta authoritate Apoſtolica non præiudicat ordinario legato, verum eſt quod authoritas legatorum extraordinariorum eſt reſtringenda, non ſic ordinariorum legatorum, quæ cum ſit naturalis, & favorabilis eſt amplianda, facit C. ad hoc de reſcriptis, & C. fin. de re iudicata, C. odia de regulis iuris in 6. & notat in Clement. ſi de officio ordin. & ſimilis differentia in C. ſtatutum de reſcriptis in 6. nam ordinarius, quia perſonas cognioſcit, & ſcit merita, & demerita ſuarum ovium ex certa ſcientia, quæ ratio non militat in legato extraordinario, ſupponitur collationem factam ab extraordinario non eſſe tutam, ac iniurioſam ordinario, at factam ab ordinario legato tutam eſſe, & pro Eccleſia valde utilem cenſenda eſt.

19. Ad ſecundam difficultatem, ſecundum textum noſtrum antequam proviſus de beneficio ſecundum legẽ Civilem beneficium acceptet, nullum habeat ius nihilominus antequam primus non acceptet, vel diſentiat collator, non poteſt providere alterum de eodem beneficio, ita tenendum eſt; alias collatio ſecunda non ſubſiſtet, quia, & ſi ſit valida collatio in rebus ſæcularibus, non eſt ſic in iure Canonico, ubi verius proceditur, & attenditur ad utilitatem Eccleſiæ, quæ eſt magni momenti res, undè abſenti aquiritur ius contra diſpoſitionem iuris Civilis, ut not. in C. ſi tibi de præbendis in 6. verum eſt, quod ſi proviſus, mittit Procuratorem ad acceptandum, aut conſanguineum, beneficium dicitur ſuum, ut patet in C. accedens extra de præbendis, & in C. ſi tibi, eodem tit. in 6.

20. Non deficiunt authoritates, pro ſecundo, dicentes

quod

quod ſi ſecundus ante primum acceptet tenet proviſio, favet huic ſententiæ, C. ſi tibi abſenti de præbendis in 6. ſed falſum eſt dictum; quia ad ſummum, ſecundo poſſet fieri collatio ſi primus non acceptet, prout fit in teſtamentis, at hæc ratio non valet, cap. 2. de electione in 6. facit etiam cap. 2. de conceſſione præbendæ, & adiuvat, C. Paſtoralis de reſcriptis; & puto eſſe rationem, quia in proviſione rerum Eccleſiaſticarum, ne Eccleſia patiatur, requiritur ſollicitudo quia agitur de Dei ſervitio, in quo non requiritur otium, ſed ſollicitudo.

21. Ad tertium, nempe an proviſo poſſit aſſignari terminus acceptationis. Affirmativa eſt reſponſio, tempus aſſignandum, non poteſt eſſe minor unius menſis, C. quam ſit de electione in 6., nec Epiſcopus illud poteſt abreviare, C. indultum; cum ſuis, concordat de re iudicata in 6. & non ſolum hoc eſt verum meo videri, de electivis, verum de hijs, quæ conferuntur facit, C. cum in illis, §. 1. de præbendis in 6. quo termino elapſo ſi electus non conſentiat cenſetur diſenſiſſe, ſic in C. ab eo de appellatione in 6.

22. Sed non hoc ſtante, ſi intra dictum tempus expreſſe dixiſſet, non velle acceptare tale beneficium ſeu præbenda, deinde antequam tempus expiret ſe pœnituit, de negata acceptatione, poſſit mutato propoſito conſentire? cum diſtinctione procedendum eſt, nempè ſi conferens manet in eadē voluntate ac erat quando primo contulit beneficium poterit conſentire, prout habetur in C. ſi tibi in fin. de præbendis in 6. & prout notatur etiam in C. licet de Procuratore, & in l. mancipiorum ff. de optim. leg. ſi autem conferens, mutavit voluntatem, ſibi ipſi imputet, qui renunciavit, ſivè diſenſit.

23. Ad quartum iuxta textum noſtrum; *per reſcriptum Apoſtolicum, mandatur fieri collatio, aut purè, aut adiecto die, aut ſub conditione purè, ut cum mandatur ſimpliciter,*

ut

menſis V. G. ſi adhuc vacans beneficium collari poteſt, dummodo, ut ſuperius dixi mens collatoris ſit eadem, & non ſit revocata, & non venerit prius in notitia collatio, illi cui collatio facta fuit, prout notatur in Ele. uni de conceſſione præbendę in Gloſ. infrà menſem antè medium, uſquè ad finem.

26. Nota etiam hic, quod quando fit reſcriptum pro collatione beneficij, cum hac Clauſula, ſine conditione, conceditur primum beneficum quod intra menſem voliti, Caio V. G. tunc, non ſuum poteſt acceptare Caius vacaturum, ſed illud, quod iam vacans erat, tempore reſcripti, etiam, ſi in reſervatione diceret quod vacabit, nam in tali caſu, vacans, & vacabit idem ſunt, facit l. verbo oportebit ff. de verborum ſignificatione; & not. in ele. unico de conceſſione præben. & per Felin. in C. conſtitutus de reſcriptis, multa in hac rubrica eſſent uidenda, ſed quia multa de illis tacta ſunt in antecedentibus rubricis, propterea illa relinquntur à me, & ad videndum quid iuris, de inſtitutionibus, & iure Patronatus Tranſitum faciam.

RVBRICA DECIMAQVINTA.

De inſtitutionibus, & Iure Patronatus.

1. CVm in antecedenti rubrica egerim, [& ſi breviſſime de collatione beneficiorum, videtur hic iure proprio tractandum eſſe de inſtitutione, & iure patronatus, qui quidem Titulus apud Authorem noſtrum in tres partes dividitur, in prima habetur, quid ſit Ius Patronatus; in ſecunda quomodo aquiratur, & quale ſit, in tertia quomodo finiatur.

2. Quid autem veniat nomine inſtitutionis, cum hoc verbum Inſtitutio magis latè pateat, nam adaptatus ad contractus prout in l. 1. ff. ſi certum per ad obligationes l. ex hoc iure, ff. de Iuſtitia, & iure. Ad actiones etiam trahi-

tur l. 1. ff. de inter actiones ; ad ultimas quoque voluntates §. ante hæredes inſtit. de leg. unde , ut in unum omnia dicam ; omnis ordinatio Inſtitutio dici poteſt .

3. At quia hic ſumus in materia beneficiali, alia eſt Inſtitutio Iuris translativa , ut hæc , de qua in Rubrica præſenti ; alia iuris iam translati executiva , ut ea quæ fit per Arch. ut C. ad hæc , & C. ut noſtrum , de officio Archidiaconi , undè Inſtitutio , eſt executiva iuris , ut C. uni de Cappel. Monacorum , ſumitur autem continuatio ex §. fin. de præbendis , quare ſic inſtitutio deſcribenda , ſivè definienda eſt , ſecundum ſacros Canones , *Inſtitutio , eſt Eccleſiæ , ſive , Eccleſiaſtici beneficij collatio* , dividitur hæc rubrica in plures §§. & iuxta ordinem Authoris , materias in eis contentas meliori modo , quo potero Deo dante ego ſimiliter dilucidabo ſit ergo .

In §. Accidit autem .

4. Secundum textum noſtrum non ſemper Epiſcopi eſt providere Clericos de beneficijs , quia in beneficis de Iure patronatus ipſe Epiſcopus providere non poteſt , ſed ſolum approbare præſentatum , ab habente ius præſentandi per examen illum aptum invenit , & hoc eſt verum in beneficijs Non ſimplicibus , ſed in habentibus curam animarum , non autem in Cathedralibus , & collegiatis , quia in illis non cadit Ius patronatus , ita ut patronus poſſit præſentare , ut habetur communiter in C. cum in terra extra de electione , & in C. nobis eod. at cum ſint quædam beneficia non ſimplicia , in quibus vere cadit ius patronatus , ut declarat Paul. de Citadin. in tractatu de iure patronatus , in 3. parte ſub Rubr exquibus cauſis acquiritur ius patronatus , conſultius fuit illud verbum non apponere , & placuit cuidam Auditori Romanæ Rotæ prout ait Auctor , &c.

5. Inſtitutio ergo prout facit ad præſens negocium nihil

aliud

aliud eſt in rigore loquendo, quam conceſſio Eccleſiæ, ſeu beneficij, authoritate legitima Epiſcopi, uel alterius ordinarij facta, non ſimpliciter facta cuius vis Clericorum, ſed ei qui eſt à patrono nominatus, & oblatus; ita Azzorius inſtitut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 22. q. 1. & dicitur translatio non libera à Superiore facta, ex qua plenum ius datur inſtituto; ita Abbas in C. authoritate n. 7. de inſtitut. quod autem ſit iuris translatio probat Gloſ. in cap. 1. de regulis iuris lib. 6. & dicitur non libera, quia Superior, velit, nolit tenetur præſentatum idoneum inſtituere C. decernimus. 16. q. 7, C. paſtoralis, & C. quod autem de iure patronatus.

6. Vnde fit, quod ſolus Epiſcopus de iure communi poſſit præſentatos à Patronis; & prævio examine idoneos repertos inſtituere, ità habetur in C. ex frequentibus de inſtit. cap. 1. eod. titulo lib. 6. C. cum ſatis, de officio Archidiaconi. Clement. plures de iure Patronatus. Lambert. in lib. 2. p. 3. q. 1. princ. art. 10. n. 1. Rota dec. 85. n. 1. p. 2. in noviſſimis, Abbas in C. cum Eccleſia Vulterrana, de electione mari. Antonin. var. reſolut. lib. reſolut. 47. n. 6. & reſolut. 55. n. 11. in fin. Valer. Reginal. in Praxi fori pænitent. lib. 30. tract. n. 224. Vgolinus Cap. 51. §. 4. n. 1. Vivian. lib. 12. cap. 2. n. 1. quia in collatione beneficiorum Epiſcopus in ſua Diœceſi de iure communi, fundatam habent intentionem, ita Cardinalis Seraphinus deciſione 353. n. 3. Valer. Reginal. tract. 3. n. 239. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellariæ, §. 1. præm. n. 21.

7. Quæ quidem inſtituendi facultas poteſt delegari etiam ante vacationem, & ratio eſt, quia inſtitutio fit coactè ad præſentationem patroni, & ceſſat votum captandæ mortis, ita Ioannes Andreas, & Dominic. in C. ſi confirmationem, de electione lib. 6. Vivian. lib. 12. cap. 2. n. 4.

8. Advertendum unum eſt tamen, quod culpa Epiſcopi male inſtituentis patronis non nocet. Rota in una Romana

iuris patron. 14. Octobris 1589. coram Robuſterio. Seraphin. deciſ. 1238. ubi dicit quod nullitas inſtitutionis non inficit præſentationem factam per patronos eſſe bonam, ſive validam, & in tempore factam, ita refert. Aloyſius Riccius d. praxi reſolut. 188.

9. Vicarius Epiſcopi, abſquè ſpeciali facultate poteſt confirmare electos, & præſentatos inſtituere, ita Gloſsa verbo non poſſunt in C. finali de officio Vicarii lib. 6. Roch. de iure patronatus, verbo competens q. 31. n. 66. & 67. Lambertin. ead. tract. p. 3. lib. 2. art. 5. q. 1. in princ. Covar. lib. variar. cap. 2. n. 7. ſelva de beneficiis p. 2. q. 14. Cald. perreina de renovat. emphyt. q. 12. n. 11. Vivian. in praxi iuris Patron. p. 2. lib. 2. cap. 2. n. 3. Sbroz. lib. 2. q. 111. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Gloſ. 9. §. 1. n. 68. Soar. de Paz. in practich. tom. 1. præl. 3. n. 7. & 8. Quintanad. d. lib. 1. Eccleſiaſt. cap. 5. n. 7. Praxis Epiſcoporum p. 1. verb. Vicarius §. 14. Azzorius cap. 24. q. 5. & lib. 6. cap. 12. q. 3. Nicolaus Garg. cap. 8. n. 84. cum ſequentibus, ubi refert sacram Congregationem Cardinalium iudicaſſe Vicarium Epiſcopi non habentem limitatam authoritatem inſtituere poſſe, & p. 8. cap. 4. refert. Rotam Romanam, ita tenuiſſe, unde huic opinioni me libenter, immò libentiſſimè abſque ulla difficultate ſubſcribo.

10. Capitulum ſede Epiſcopali vacante, & ſi non poſſit beneficia conferre, quæ ad Epiſcopi collationem ſpectant, ut conſtat per. Azor. conſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 38. q. 1. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellariæ §. 4. proem. n. 35. gloſ. 9. §. 1. n. 77. Stephanus quaranta in Summa Bullarij verb. Sede vacante verſ. nono quæro pag. 137. praxis nova Epiſcop. p. 2. cap. 5. n. 16. in fine, plures per Garg. de beneficijs p. 5. cap. 7. n. 51. poteſt tamen præſentatos Clericos à Patronis admittere, atque inſtituere cap. 1. de inſtitutionibus lib. 6. Calder. conſ. 3. de iure Patronatus. Rebuff. in praxi tit. forma Vicariatus n. 132. Azor. cap. 38. q. 2. quaranta

Verſ. quæ concluſio pag. 138. Garg. dicto cap. 7. n. 54. Vivian. lib. 12. cap. 2. n. 6.

11. Et totum hoc eſt verum tam de beneficij ſimplicibus, quam non ſimplicibus, ut habetur communiter in C. cum in terra extra de electione, & in C. nobis eod. & hæc quoad Inſtitutionem.

In §. eſt igitur cum duobus seqq.

12. Movet hic Doctor tres difficultates, in primis quærit, quid ſit ius Patronatus. Secundo, quot modis conſtituatur. Tertio, an fundans, vel donans Eccleſiam, vel Cappellam acquirat ius Patronatus, & cum ſequi debeant commoda, quem ſequuntur incommoda?

13. Ad primum ſecundum textum noſtrum, ita definitur *eſt ius Patronatus poteſtas præſentandi, inſtituendum ad beneficium vacans*, quapropter tale ius conſtituitur, aut per Eccleſiæ ædificationem, ſivè Cappellæ dotationem, & ſimilibus, C. nobis extra eod. C. frigentius, C. piementis, & C. Monaſterium 16. q. 7. & hoc procedit etiam ſi fundans ſibi tale ius expreſſè non reſervet, & C. ſignificavit ubi Abb. in 1. not. de teſtament. & habetur per gloſ. in C. piementis 16. q. 7. Lambertin. de iure Patronatus p. 1. lib. 1. q. 2. cum ſeqq. Paulus de Citadinis, eod. tract. p. 3. Roch. verbo, Eccleſia fundavit, & verbo conſtruxit, & verbo dotavit, & fuſius de viſitatione lib. 2. cap. 10. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſ. 4. in princip. filamin. de reſignationibus lib. 4. q. 4. n. 40. cum ſeqq. Perez lib. 1. gloſ. 1. tit. 6. lib. 1. ordin. praxis Epiſcoporum p. 1. verbo ius Patronatus, Nicol. Garg. de beneficiis p. 5. cap. 9. n. 36. Julian. Vivian. in praxi iuris Patronatus p. 1. lib. 2. Cardoſo in praxi iudicium verbo ius Patronatus n. 2. cum ſequent. Camil. Borrell. in ſumm. omnium deciſionum, tit. 32. n. 11. Gonzalez ad reg. 8. Cancellariæ gloſ. 18. n. 33. cum ſeqq. Vgolin. de poteſtate Epiſcopi cap.

61. in

51. in principio n. 6. Franciſcus Leo in Theſauro Fori Eccl. p. 2. cap. 6. n. 25.

14. Fundare autem quis dicitur Eccleſiam, quando aſſignat fundum, ubi dicta Eccleſia conſtrui debet, C. nobis, & ibi Doctor de iure Patronatus, ita firmant Iulian. Vivian. in praxi iuris Patronatus p. 1. lib. 1. cap. 1. a n. 32. ubi n. 37. cum Cardin. in d. C. nobis n. 3. oppoſit. 4. quarè hic unum notandum eſt, quod videlicet Eccleſia ſit ædificata in fundo meo, me inſcio, ſi poſtea ego acquieſco, quod dominium fundi tranſeat ſub iure Eccleſiæ, ego efficior Patronus; ità apud Barboſ. p. 3. de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 70. pag. mihi 369. n. 3.

15. Quapropter ſi detur caſus, ut quis daret fundum ad Eccleſiam conſtruendam, alius illam conſtruat, & alter eamdem dotet, certè omnes iſti tres Patroni dicuntur, etiam ſi in talibus operibus pijs faciendis non dixerint, ſe velle eſſe patronos, Abbas in rubr. de Iure patron. n. 6. Vivian. citat. proximè n. 33. firmat Roch. verb. Eccleſiam fundavit n. 19. & Vivian. loco ſupracit. n. 40. Verum eſt, quod ſiquis Eccleſiam ædificavit, vel Cappellam, & à principio illam non dotavit, vel alius hoc non fecit, poteſt fundator compelli ad illam dotandam, vel eius hæredes, aliàs amittunt Ius patronatus, ſic firmat Aloyſ. Ric. in praxi aurea reſol. 11. n. 6.

16. Et quia dubitari poteſt, an conſtructor Eccleſiæ vocetur ille, qui illam fabrefacit, dicendum eſt quo pro conſtructore intelligitur ille, qui facit expenſas pro conſtructione dictæ Eccleſiæ; Verum eſt, quòd ſi fabrefactor opera ſua ponàt gratis, poteſt inter patronos illius Eccleſiæ conſtructæ connumerari, ita Cardin. in d. C. nobis n. 7. 8. & 9. q. 9. in princ. Vivian. ubi proximè citatus eſt à n. 41. Et tantùm hoc debet fieri de conſenſu Diœceſani Iuris ordine ſervato; prout in textu noſtro habetur §. ædificatione, & facit C. nobis eo; nam Ius patronatus datur in præmium beneficij collati Eccleſiæ, non enim acquiritur Ius ex ædificatione, &c.

ſed

ſed q uia illam quis ædificavit, & perfecit; idcircò ipſamet Eccl eſia dat illi Ius patronatus, nam beneficia beneficijs compenſanda ſunt.

17. Et ſi ex dictis videatur quòd quando quis reparat ruinam Eccleſiæ acquirat Ius patronatus in eam, quia illam beneficat, atquè adeò beneficium illud beneficio debet compenſari: fallit tamen in hoc iſta regula in ſimplici reparatione; quāquā verum ſit, quando poſt totalem diruptionem repararetur, quia tunc non eſt reparatio, ſed nova conſtructio Eccleſiæ, & ſic fieret (ſervatis ſervendis ut ſuprà dixi) patronus illius, & benficium beneficio compenſaretur, Gloſ. 1. in c. 3. de Iure patr. Staphil de literis grat. tit. de modo, & forma impetrandi §. ſequitur videre n. 6. Lambertin. lib. 1. p. 1. q. 6. principal. art. 5. Rot. Rom. diverſ. dec. 269. p. 2. Menoch. conſ. 9. n. 27. & conſ. 336. n. 5. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. praxi rerum fori Ecccleſiaſtici reſol. 123. verſ. declaratur 6. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 11. q. 10. praxis Epiſcop. verbo ius Patronatus pag. 179. Spin. in ſpeculo teſtamen. gloſ. 4. principal. n. 28. Nicol. Garg. cap. 9. ſupra cit. a n. 51. Vivian. cit. ſupra n. 44. Seraphin. Rota deciſ. 97. Stephanus Garg. diſcept. forenſ. cap. 177. n. 26. ubi abſolutè reſolvit quod ad aquirendum ius Patronatus, ex reparatione requiritur totalis Eccleſiæ reſtauratio funditus dirutæ.

18. Atquè adeò non ſufficit fundare Eccleſiam, & illam conſtruere uſquè ad medietatem, ſed requiritur illius perfectio, ad hoc, ut fundator acquirat ius Patronatus, aliàs ſi unus incipiat, & alius perficiat, qui perficit eam, ius Patronatus acquirit, iuxtà illud, non incipienti, ſed porficienti corona datur. Si tamen ſic duo convenirent, ut unus pro medietate, alter pro alia, non difficultarem, quod unuſquiſque ex iſtis eſſet compatronus; cum unuſquiſq; illorum diceretur perficiens, ſicuti evenit, in cauſis partialibus effectum unum producentibus, & in partibus phiſciſcis reſpectu phyſici compoſiti iuxtà veros Phyloſophos, deduco primò

ex ratione, ſecundo ex Doctrina Lambertini p. 1. q. 4. art. 1. Vivian. p. 1. lib. 2. cap. 3. n. 1. & alijs non paucis, quia in duobus trahentibus pondus non poteſt aſſignari pars quæ ſit ducta ab uno, & non ab alio, ſed omnes dicuntur trahentes illius ponderis, & quod traxerint, ergo à pari in caſu, de quo hic.

19. Ad id, quod in textu dicitur de dotantibus Eccleſiam aliquam, prout in textu noſtro §. ædificatione, indubitatum, eſt quod dotans Eccleſiam aliquam, vel Cappellam ius Patronatus acquirit, eodem modo ac ille qui Eccleſiam, vel Cappellam fundavit, &c. hæc enim ſunt verba textus noſtri; *ſicut enim in carnali matrimonio ad onera dos aſſignari debet, ita etiam concedenda ſunt Eccleſiæ, quæ ad luminaria, &c. ut quaſi cuiuſdam loco remunerationis ad præſentationem in fundatis, vel dotatis Eccleſijs Sacerdotes inſtituantur*, & hoc eſt verum quando aliàs Eccleſia, ſivè Cappella non eſt dotata, aut ſi dotetur ante conſecrationem, vel poſt illam eiuſdem Eccleſiæ dummodo fiat hoc cum conſenſu Epiſcopi, gloſ. in C. piæmentis 16. q. 7. Roch. verbo dotavit n. 4. Vivian. p. 1 lib. 1. cap. 1. a n. 51. dos tamen, quæ aſſignari debet Eccleſiæ ad lucrandum ius Patronatus debet eſſe ſufficiens, ad miniſtrorum neceſſaria, ad luminaria. &c. ita firmat Abb. in C. cum ſicut n. 5. de conſecratione, & Gloſ. verb. Clericorum, in C. ut, quis quæ de vita, & honeſtate Clericor. Vivian. lococit. n. 56. unde ſi dotans non dat ſufficientem dotem non poteſt dici patronus ſed benefactor, quarè, an ſit dos ſufficiens, nec ne ab Epiſcopo debet arbitrari, faciunt pro ac ſententia Lambert. lib. 1. p. 1. q. 5. n. 11. Nicol. Garg. cap. 9. cit. ſupra n. 52. Vivian. lib. 2. cap. 4. n. 27. & ſic cenſuit ſacra Congregatio textè Aloyſio Ricc. in praxi reſolut. 123. n. 3. verſ. declaratur, & reſol. 163. Vgolin. cap. 51. in princ. n. 6. verſ. 2. undè naſcitur dubium magnum, eo quia Epiſcopus ſemper cum debeat ad utililatem Eccleſiarum attendere.

20. Eſtò,

20. Eſto, quod dos Eccleſiæ aſſignata non ſit ſufficiens; & hoc non obſtante Epiſcopus conſentiat, an talis dotans Eccleſiam, Patronus, & ius Patronatus acquirat. Negativa pro me eſt reſponſio, ſic firmat gloſ. in C. quiqunque il 2. 16. q. 7. Vivian. cit. eod. loco n. 16. in fine.

21. Immò ad aquirendum ius Patronatus, in dotatione alicuius Eccleſiæ facta à Franciſco V. G. ſi illa Eccleſia, quæ ſecundo dotatur, requiritur, ut conſtet, quod ſi prius dotata erat, illa prima dos fuerit conſumpta, & reducta deeſſe ad non eſſe, ita tenent pro me Gonzalez cap. 15. ſupra nominato gloſ. 18. n. 53.

22. Verum verò ex augumento dotis facto alicui Eccleſiæ aquiratur ius Patronatus, negativa eſt pro me reſponſio; ſumus enim in terminis reſtrictivis ad dotandum, in caſu quod Eccleſia dotem amiſſeret ſic Stephanus Garg. diſcept. forenſ. cap. 177. n. 24. & 25. Aloyſ. Ricc. in praxi citata ſuperius reſol. 150. per totam, & reſol. 172. quia hoc Epiſcopo prohibetur, nempè concedere ius Patronatus pro augumento dotis alicui Eccleſiæ, pro qua re vide Bonam Rotæ deciſionem in una Tirmana iuris Patronatus 21. Februarij 1614. coram Reverendiſſ. Dom. Coccino S. Rotæ Decano apud Farinacc. p. 2. tom. 1. dec. 521.

23. Ab hac re me divertem, ut non relinquam unum quod ab authore noſtro, & expoſitore textus conſideratur, nempè quid poſſint agere Epiſcopi, quando à Patrono beneficij, Eccleſiæ, aut Cappellæ præſentatur. Dico quod in hac re ſi Clericus eſt præſentans, debent benè, & omni diligentia advertere, quæ perſona ſit præſentanda, cum talis præſentans practicus ſit de rebus Eccleſiæ, non ſic Sæcularis, etiam ſi comulativè ad præſentandum concurrant, quia Sæcularis non eſt practicus de rebus Eccleſiæ; nam ſi à Clerico præſentaretur ignarus illi fieret iniuriam infallibiliter ab Epiſcopo non poſſet admicti abquè gravi peccato; & ab proponente ſimiliter, quia Eccleſia indiget perſonis

Nnn peri-

peritis, non veſtibus, & comis ornatis, amat ſponſa Chriſti divitias virtutum, non vanitatum, nec Epiſcopus habet arbitrium in hac re, niſi quando præſentati ambo eſſent æqualiter idonei, tunc ſecundum iura dignior præferendus eſt ab Epiſcopo, dixi [dignior] nempè ſi dignitates aliquas habeat, ut Doctoratum, &c. non obſtante, C. quamvis de electione, & habetur, C. erit diſt. 4. undè nullus ab aliquo officio temere eſt reyciendus, ſed prius eſt examinandus, quia in dubio præſumitur idoneus ità author in §. ædificatione. Ad noſtrum de iure Patronatus redeo,

24. Videndum igitur modo eſt, an Laici, uſu vel præſcriptione ius Patronatus poſſint acquirere tam in electione Eccleſiarum, quam Epiſcoporum, &c. ipſi enim non habent authoritatem ſpiritualem. Reſolutio mea tamen eſt affirmativa, & notatur per textum in C. quærelam, de electione, & in C. generali 13. ibi fundatione, vel conſuetudine, eodem tit. lib. 6. cum ſimilibus omnes reſolvunt, Roch. de iure Patronatus, verbo ipſe, vel is a quo a n. 18. Lambertin. eod. tract. lib. 1. p. 1. q. 10. in principio art. 1. Bald. de præſcript. p. 1. quintæ n. 71. Covarr. in regul. poſſeſſor. 2. p. §. 10. a n. 2. & fuſius Gilchen. de præſcript. p. 3. cap. 9. a n. 3. & per tot. ergo dicendum quod Laici ratione uſus, vel præſciptione, poſſunt acquirere ius Patronatus, non loquor hic de fundatoribus, aut dotatoribus, &c. verum eſt quod hoc ius debet trahere originem, ab Eccleſia, ratione meritorum illorum, ob beneficia Eccleſiæ collata, &c. ut ſupra pluries dixi ac ratione demonſtravi. Relinquo multa in hac materia, quæ alibi videri poſſunt.

In §. ſunt tamen cum ſeqq. duobus.

25. Oriuntur hic difficultates non leves, quare ſcilicet Eccleſiaſticus Patronus habeat ſpatium ſex menſium ad præſentandum, Laicus vero ſolum quatuor; quæ eſt prima diffi-

difficultas. Secunda difficultas eſt, an Epiſcopus inſtituens ſecundo loco præſentatum, abſquè ratione, teneatur in pœnam, providere primum Tertia difficultas eſt, an legatus de latere poſſit derogare iuri Patronatus Eccleſiaſticorum, & Laicorum, de quibus difficultatibus, modo videre eſt, quid pro rei veritate ſentiendum ſit, ſed breviter.

26. Çirca primam difficultatem ſecundum textum noſtrum Laici debent præſentare intra Quadrimeſtrem, Eccleſiaſtici vero intra Semeſtre; & aliquando datur caſus, quod talis præſentatio eſt mixtà, nempè, ex Eccleſiaſticis, & Laicis, & tunc, tam unus, quam alius; gaudent beneficio Semeſtris; ratio quare Eccleſiaſticis concedatur tempus ſex menſium ad præſentandum., Laicis ſolum tempus quatuor menſium, eſt quia Eccleſiaſticus poſt præſentationem non poteſt variare, at Laicus variare poteſt, etenim præſentatio facta ab Eccleſiaſtico, habet vim èlectionis, non ſic illa facta à Laico; undè non mirum, ſi Laico conceduntur quatuor menſes tantum ad præſentandum, Eccleſiaſtico verò ſex. C. cum autem, C. paſtoralis, eod. & C. publicato de elect. ut per Abb. in dicto C. cum autem, & notatur in Clement. 2. eo tit. facit argument. 16. q. 2. C. ſi quis Epiſcopatum. & notatur in dicto, C. cum autem magis, ac magis, per gloſ. hoſtienſ. & Abb. & hoc valet quando Eccleſiaſticus, præſentare habet iure Eccleſiaſtico, ſecus verò, ſi iure hæreditario, quia præſentando iure hæreditario, currit eadem ratio, ac de Laico, nempe intra quadrimeſtræ præſentare debet, argument. C. cum dilectus, eod. & notatur per Abb. in dicto C. cum autem, & not. etiam in C lement. 2. eo tit. & in C cum dilectus extra eod.

27. At quando ſimul concurrunt ad præſentandum Eccleſiaſticus iure Eccleſiaſtico, & Laicus iure Laicali ſimul, omnes ſimul habent ſemeſtre ad præſentandum ratione communionis nam tunc dignior atrahit ad ſe inferiorem, & illum dignificat; ita firmat gloſ. fin. in C. unic. Lambert. q. 1. art 3.

Nicol. Garg. cap. 9. n. 210. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol. 458. Vivian. cap. 1. n. 5. ubi firmat etiam ſi Laicus habeat maiorem partē, V. G. Laicus habet duas voces, Eccleſiaſticus unam tantum; nam, ut dixi magis dignūm trahit ad ſe minus dignum, C. quod in dubijs, ubi gloſ. verbo Conſecratum, de conſecratione Eccleſiæ, & ead. gloſ. in dicto C. uni, cum alijs non paucis Scriptoribus Canonicis.

28. Licet autem ius patronatus mixtum, quoad privilegia, & commoda dicatur Eccleſiaſticum ob rationes abductas in antecedenti numero, tamen quoad derogationem dicitur laicale, nam privilegia ſunt amplianda, odioſa vero reſtringenda, firmat concluſionem hanc Puteus dec. 157. n. 5. p. 3. Flamin. de reſignat. lib. 2, q. 4. n. 50. mari Antonin. variar. lib. 1, reſol. 39. n. 10. unde non ſolum, quoad partem Laicalem, ſed etiam quoad partem Eccleſiaſticam expreſſa derogatio requiritur, ita gloſ. & doct. in C. cum dilectus, de iure patronatus, Felinus in tract. quando litteræ Apoſtolicæ nocent. patrono Ampl. 6. Mari Antonin. reſolut. 39. n. 9.

29. Noto tamen cum DD. quod tempus ſex, aut quatuor menſium incipit currere à die vacationis beneficij, quod ſi non veniat in cognitione de tali vacatione patronus, cuius eſt alium præſentare, incipit currere tempus à die cognitionis, quarum ſivè notitię talis vacationis quorum duarū concluſionū, prima probatur per textū in cap. 2. de ſupplen. negligent. prælat, & in cap. 2. §. cum vero de conceſſione præbendæ, & in C. eam te de iure patronatus, quā ſententiam tenet. Rebuff. in praxi benefic. lib. 1. titulo de devolution. n. 5. Villalobus tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 22. n. 127. pagin. 608. cum multis alijs, DD. de hac re ſcribentibus. Secundæ verò concluſionis veritas oſtenditur, ex ſacra Rota Romana, prout videre eſt apud Tiraquell., de retractu Tit. 2. §. 35. num. 7. Azzor. lib. 9. cap. 21. Campan. rub. 11. cap. 13. n. 393. Caputq. deciſion. 248. p. 3. relatus ab alijs Ricc. Collect. 119.

& de-

& deciſion. 183. n. 2. in praxi ſuperius ut reſolut. 155. in praxi Epiſcopor. p. 1. verb. Ius patronatus §. 8. verſicul. hi ſunt cum innumeris Authoribus graviſſimis, relatis a Barboſa de authoritate Epiſcopi Allegat. 72. pag. mihi 412. n. 134.

30. A quia ignorantia potius, quam ſcientia præſumitur, prout habetur in C. præſumitur de regul. Iuris in 6. Oſaſc. dec. 71. n. 23. Anton. Monach. Florent. deciſ. 7. n. 15. Seſse Aragon. deciſ. 189. & præſumptio ſemper ſtat pro patrono, ut dicatur in tempore præſentaſſe, & ignoraſſe vacationem, niſi alios ſciviſſe probetur teſtibus omni ecceptione maioribus, ita Rota apud Farin. dec. 520. in 1. collect. noviſs., & ideo in una Parmenſ. beneficii coram Domino Panphilio 1590, reſolutum fuit patrono non currere tempus ad præſentandum in beneficio vacante per privationem, niſi à die notitiæ ſententiæ, & privationis, quod idem valet in morte, aut renunciatione. Lop. allegat. 78. & in altera firmana. Altaris. coram Domino Blacch. 5. Decembris 1594. fuit reſolutum, quod habens gratiam fundatam in devolutione, ob negligentiam patroni in præſentando intra tempus à iure præfixum, debet probare ſufficienter ſcientiā ipſorū Patronum, refert prout Garg. cap. 3. n. 36. & 37. immò ſi eſſent plures patroni ad præſentandum ius præſentandi conſervari poteſt in uno ignorante vacationem, etiā ſi alii ſciviſſent, ut fuit reſolutum in cauſa ſpoletana beneficii 28. Maii 1590. coram Domino Blanchetto, prout refert, Nicol. Garg. cap. 2. n. 41. verum eſt quod Regibus, & Principibus non currit tempus quatuor menſium, ut probat Cobed. de patronatibus Regiæ coronæ cap. 28. n. 7. & 8. nam Principes abſoluti, ut eſt magnus Dux Ætruriç, & dux Sabaudiæ, regibus Equiparantur, ſicut, & Republica Veneta, &c.

31. Similiter, non currit tempus illis, qui ſunt abſentes ob ſervitium Regis, Principis, Reipublicæ &c. vel iniuſtè Carceratis, vel non habentibus tutum acceſſum ob timorem inimicitiæ; ratio eſt, quia cum Eccleſia ſit Pia, & Cultrix

Cultrix Iuſtitiæ, non ſupponitur aſſignaſſe tale tempus quatuor menſium cum tanto rigore. Rebuff. de pacificis poſeſſ. n. 304. Vivian. lib. 7. cap. 2. nu. 6. Flores de mena q. 3. n. 4. & præcipuè, quando res eſt dubia, an ille qui debebat fuiſſet impeditus nec ne; quia in tali caſu non tenetur procuratorem conſtituere.

32. Sunt in iſto numero in fine has duas concluſiones, prima de re dubia firmat Manticha deciſ. 30. n. 2. Seraphin. dec. 220. n. 4. Menoch. conſ. 38. n. 35. Surd. deciſ. 151. n. 4. Valaſc. conſil. 130. n. 31. Flamin. de reſignat. lib. 11, q. 13. n. 11. Gutier. practic. lib. 3. q. 34. n. 21. Cardoſo verbo impedimentum, n. 2. Circa ſecundam, de conſtitutione procuratoris videatur Auguſtinus Barboſa Luſitanus de poteſtate Epiſcopi p. 3. Allegat. 72. pag. mihi 413. colum. prima, n. 339.

33. Mihi tamen oritur dubium in hac materia non ſpernendum, & eſt, V. G. Epiſcopus Florentinus, ſivè Archiepiſcopus vt melius dicam ſcit vacatum eſſe beneficium, in ſua Diœceſi, quod quidem beneficium, eſt iuris Patronatus, & ſcit certè quod patroni, qui debent præſentare neſciunt talem vacationem beneficij, an teneatur intra tempus quatuor menſium illos monere, ne ſuum ius amitant C. ſi amitterent, & ſinè tali monitione prævia, tranſacto tempore tuta conſcientia, & abſque peccato poſſit ipſe providere? difficultas hæc à me movetur gratia alicuius mei amici, cui difficultati.

34. Reſpondeo, & dico, quod certum eſt, omnes tenentur impedire damnum proximi quando impediri poteſt; & illi manifeſtare periculum damni, iuxtà omnium Theologorum dictum *non obſtans*, *non manifeſtans*, ut videre eſt apud Navarrum lib. 3. cap. 1. n. 224. & Laymannum lib. 3. ſect. 3. tract. 2. cap. 5. n. 7. & hoc ex iuſtitia, ex qua doctrina hic figuratur Caſus à me V. G. Franciſcus Patronus Eccleſiæ Sancti Ioannis, &c. cui in cauſa vacationis quomodocunque

fiat

fiat vacatio, vel per mortem ſcilicet, renunciatione, aut privatione. Franciſcus, eſt inſcius omninò de hac re, ex altera parte Epiſcopus, in cuius Diœceſi eſt Eccleſia ſub titulo S. Ioannis prædicto de tali vacatione certam ſcientiam habet, & omninò tacet, exſpirat tempus quatuor menſium patronis Laicis conceſſum ad præſentandum, & Epiſcopus confert tale beneficiū Caio, quando alias Franciſcus præſentaſſet Sempronium ſuum nepotem pauperem, alias virtuoſum, & idoneum, neſcio ego intelligere quare, & quomodo Epiſcopus non teneatur ad concedendam reſtitutionem in integrum Franciſco, abſquè peccato iniuſtitiæ, etenim ſi Epiſcopus Franciſcum monuiſſet, non amiſiſſet ſuum ius, nec Sempronius tale beneficium perdidiſſet ſi ego V. G. prævideo quod Petrus eſt occidendus à Caio, & ego ſtante morte petri ſum hæres ipſius Petri, non poſſum permitere mortem petri, abſquè peccato homicidij (quando alias poſſum impedire mortem) ergo à pari Epiſcopus, abſque peccatuo iniuſtitiæ, non poteſt non monere patronum, ſi videt illum non præſentare, &c. ad beneficium vacans, ne ius ſuum amittat, & tenetur per conſequens in conſcientia illi dare reſtitutionem in integrum, tanto magis, quod agitur de iure, Eccleſiæ, cui de iure competit tale remedium prout teſtatur Sfortia in tractatu de reſtit in integrum p. 1. q. 3. a n. 37. & per textum in cap. 1. ubi Beroinum 1. & 3. & Mant. n. 3. & 4. & in C. auditis de reſtitutione in integrum cap. 1. eod. titulolib. 6. ubi Monach. Clement. vnica, eod. tit. Gloſ. 2. in l. reſpublica. Cod. exquibus cauſis Maiores Menoch. uſu frequentium cap. 9. n. 1. Cald. Perreira in l. ſi curatorem, Verbo minoribus n. 60. Morla in emporio iuris tit. 5. in Præludiis n. 9. verſ. 6. Molina de Iuſtitia tractatu 2. diſp. 574. n. 1. & 2. cum aliis non paucis ergo, &c.

35. An vero lite pendente, inter Patronos de iure Patronatus, currat tempus quatuor menſium illis conceſſum, ſunt plures caſus proponendi, & decidendi. Primus caſus, eſt

quando

quando conſtat Eccleſiam eſſe Patronatum, & Patroni ſunt diſcordes, quia vota ſua diviſerunt in plures partes, plures præſentando diſtinctè; & tunc non currere tempus certum eſt, ſicut in eodem caſu non currit ſemeſtre Eccleſiaſticis Patronis, tunc enim ad ordinarium pertinet diſcernere via Iudicii numerum vocum, ac præſentatorum merita. Vivian. ita lib. 7. cap. 3. n. 4. Secundus caſus eſt quando Patroni litigant inter ſe de iure Patronatus, aut de eius poſſeſione, vel ſuper formam præſentationis, dãtes exceptiones inter ſe, in qua ſe debet expectari litis eventus per ordinarii ſententiam. Cardin. ita in Clementin. plures §. ult. n. de iure Patronatus, & firmat. Vivian. cap. 3. n. 8. Tertius caſus quando adeſt lis, ſuper Poteſtatem eligendi, & tunc etiam non currit tempus cap. 2. de iure patronatus. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. Gloſ. 10. n. 37. Cald. Perreira de renovatione Emphyt. q. 7. n. 13. Praxis Epiſcopor. p. 1. Verbo ius Patronatus §. 5. Quartus caſus eſt, ſi ſit lix inter præſentatos, non currit tempus. Sic Rota in una Tordoſen. iuris Patronatus 8. Februarii 1599. & 10. Ianuarii 1600. coram Penna, & tandem in una Bracharen. beneficis 3. Martii 1603. coram Ludoviſio tempore Gregorii 15. Summi Pontificis Romani prout reperitur apud Ricc. reſol. 170. n. 3.

36. Alius caſus eſt, quando patroni, in præſentando non conveniunt, & tunc currit tempus, undè tranſacto quadrimeſtre, vel ſemeſtre; ſi patroni non conveniunt in unum, Epiſcopus tale beneficium conferre poteſt, prout notatur in cap. 3. de iure Patronatus, ubi Card. column., & ult. Vivianus cap. 3. n. 7. Alius caſus eſt quando eſt lix inter Fiſcum Epiſcopi, & patronos prætenſos Eccleſiæ, nempè, quia Fiſcus prætendit Eccleſiam eſſe ſine patrono, & liberæ collationis conſequenter Epicopi, & ex alia parte, alij dicunt habere in eam ius patronatus, tunc non currit tempus lite pendente, & Epiſcopus nullo modo poteſt eam Eccleſiam conferre, ita habetur in praxi Epiſcopali p. 1. verbo ius patrona-

tronatus §. 5. & firmat Abbas in C. cum vos num. 7. Rota dec. 411. n. 3. p. 1. diverſ. immò eadem Rota in una Region. Paroch. 7. octobris 1587. coram Blanchetto prout Aloyſius Ricc. refert reſolut. 170. n. 2. qui dicunt quod etiam tempore elapſo non datur locus devolutionis in iſto Caſu.

37. Datur etiam alius caſus, quia patronus ſi erret in præſentando, videlicet præſentat coram Ordinario quando alias coram inferiori præſentare debebat, ex legitima præſcriptione, vel quia fundator beneficij, cum conſenſu ordinarij ita ſtatuit in fundatione iuxtà textum in C. omnes Baſilicæ 16. q. 7. certum eſt tunc patronum etiam tranſacto tempore iterum præſentare poſſe, coram eo, cui facienda eſt præſenſentatio, ad hoc, ut ab illo fiat inſtitutio: firmat Lambert. lib. 2. p. 2. q. 1. art. 24. Vivian. lib. 7. cap. 6. n. 1.

38. Immò ſi tranſacto tempore præſentandi, Epiſcopus vult adhuc admittere præſentationem factam à Patrono poteſt illam admittere, quia Epiſcopus, poteſt tempus dictum prorogare, ita Creſent. dec. 11. ſub tit. de dilat. prout refert, & cit. Aloyſ. Ricc. collect. 119. Vgolin. cap. 51. §. 1. n. 4. verſ. 3. in fine, Flamin. de reſignat. lib. 7. q. ult. n. ult. Ricc. in praxi reſol. 195. unde advertendum eſt, quod ſi Epiſcopus poteſt tempus dilatare, non poteſt tamen illud abreviare, ſic Vivian. p. 2. lib. 7. cap. 7. ratio eſt quia ſi Epiſcopus dilatat tempus, hoc facit cum ſuo præiudicio, & volenti nulla fit iniuria, & ſi abreviare habere tempus eſſet in præiudicium tertij, tertio non conſentiente.

39. Verum eſt, quod dictæ præſentationes poſſunt fieri à Patronis, tam in diebus feriatis, quam in diebus feſtivis, & in omni alio tempore; cum ſint actus non iudiciales, & ſapiant ſpiritualitatem, Domin. in C. concertationi, de appellat. lib. 6. Vivian. lib. 7. cap. 1. n. 5. ſicut tales præſentationes, etiam extra territorium fieri poſſunt, ob rationes adductas, dummodo fiant coram eo, à quo debet fieri ni-

ſtitutio, Vivian. lib. cit. cap. 1. n. 9. non ſic ſi inter præſentantes, aut præſentatos eſſet lix, quia tunc cum requiratur ſtrepitus iudicij, & proceſſus, extra territorium fieri non poteſt, ſed in territorio illius ordinarij, à quo debet fieri inſtitutio, prout habetur in C. nobis de iure Patronatus, & firmat Concilium Trident. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 13. Camp. cap. 13. n. 395. Vivian. p. 2. lib. 8. cap. 8. n. 1. at mortuo Epiſcopo, fieri debet præſentatio coram capitulo, prout firmat Ioannes Andreas in C. nobis de iure Patronatus per text. in cap. 1. de inſtit. lib. 6. Vivian. ubi ſupra n. 4.

40. At ſi Eccleſia ius Patronata, ſit infinibus duarum diœceſuum, inſtitutio erit communis Epiſcopis illarum ſicut commune erit iudicium, &c. quoad Parrocchialia gloſ. vult in fine, in C. licet in regulis 16. q. 3. & ſe habet tunc illa Eccleſia ſicut arbor. in confinio plantata, §. inſula inſtit. de rerum diviſione, at quando iſti Epiſcopi confinantes, & habentes talem Eccleſiam Patronatam in finibus eorum, ſunt diſcordes in dicta præſentatione, Metropolitani erit partes ordinare, nempè, ut alternativè, de illa præſentata à Patrono diſponant, ita per text. in Clement. plures, §. & ut facilius de iure Patronatus.

41. At ſi caput dictæ Eccleſiæ ſi tum eſſet in diœceſi unius illorum duorum Epiſcoporum, ſpectaret ad illum inſtituere præſentatum, facit argument. in textu, in l. cum in diverſis ff. de Religioſis, & ſumpt. fun. & ſi alij dicant ſpectare inſtitutionem ad illum Epiſcopum, in cuius diœceſi porta Eccleſiæ ſita eſt, iuvat argument. text. in l. prædijs §. qui domum, & notat ibi Bart. ff. de legatis 3. alij tamen aſſerunt, quod ſufficit, ut Patronus Eccleſiæ dictæ præſentet coram uno ex dictis duobus Epiſcopis, ita firmat Lambert. p. 2. lib. 2. q. 4. art. 6. Bellencin. de charitativo ſubſidio q. 52.

42. Epiſcopus, qui ſecundo loco inſtituit, prout in §. ſed ſi Laici, quibus plures præſentandi tributa eſt facultas qui quidem Laici, vel Laicus primò proponuntPaulum; vel

vel proponit, ſecundo loco Ioannem, qui propoſiti omnes idonei ſunt, & ordinarius ſecundo præſentatum inſtituit valet inſtitutio · at ſi dolosè primum præſentatum Epiſcopus dolosè reicit, poteſt compelli ad providendum eum de alio beneficio; ita habetur in textu noſtro, §. ſed ſi Laicus, quomodo autem probandum ſit, quod Epiſcopus dolosè egerit in hoc facto difficillimum, eſt, quando non probaretur alias, virtus, & idoneitas recuſati, & ignorantia, & mala vita ſecundi, videantur dicta à Doctoribus in hac materia.

43. Legatus de Latere poteſt derogare iuri Patronatus Eccleſiaſticorum, non verum Laicorum, ſic habetur in textu noſtro, §. legatus etiam, ratio eſt huius differentiæ, quia ius Clericorum circa Patronatum, eſt inferior iure Patronatus Laicorum, & habetur in §. ex legatione ſupra de præbendis, C. accidat, & probatur ex C. cum dilectus, non ſic dicendum eſt de Papa. Dico quod etiam invito Patrono Eccleſiaſtico beneficium exiſtens, ſub iure illius conferre poteſt, ut not. per Abbatem in C. cum dilectus, & in Clement. literas de præbendis, verum eſt, quod Papa hoc non ſolet facere, niſi ſaltem mentionem faciat de iure Patronatus, & cuius ſit, alias ſubrectitia eſſet collatio, ſic notat Abb. in cap. 3. in 1. de iure Patronatus, & habetur in C. illud eod. tit. in fine.

In §. licedit tamen, cum quatuor seqq.

44. In præſenti, §. cum ſequentibus quatuor quæritur primò ab authore, an Patronus Eccleſiæ dum videt Clericum de ea proviſum, bona Eccleſiæ de lapidare poſſit illum apud Epiſcopum accuſare, ſicut, & Epiſcopum ipſum apud Metropolitanum, ſi talem rem faceret, Secundo quæritur an ius Patronatus ad quoſcunque hæredes tranſmictatur. Tertio an plures ſuccedentes uni, unicam vocem habeant, vel tot, quot ſunt ſuccedentes, nec non an hæredes, poſſint

 muta-

mutare iam Patronum inſtitutum. Quartò loco quærit, quid faciendum quando Patroni in præſentando non ſunt concordes. Vltimò quærit, quid debeat facere Epiſcopus, quando ob Patronorum diſcordiam in præſentando Eccleſia detrimentum patitur, de quibus difficultatibus ſigillatim, dabitur reſolutio, & ſi ex dictis de aliquibus iam conſtet, quidquid dicendum ſit.

45. Ad primum quæſitum dicendum eſt, quod Patronus poteſt accuſare Clericum inſtitutum in Eccleſiam illam dilapidantem; ſicut, & Epiſcopum apud Metropolitanum talia facientem, habetur hoc in C. conſtitutum 16. q. 1. & C. filijs 16. q. 7. nam presbiter inſtitutus tenetur reddere rationem Patrono, de Eccleſia, & bonis Eccleſiæ; immo ſi Patronus videt Eccleſiam, & bona eiuſdem dilapidare ab inſtituto, & illum non accuſat, quilibet de populo poteſt eum inſtitutum accuſare, facit argumentum in C. plebs diſt. 63. & C. ex parte adæ de teſtibus, quia de rebus Eccleſiæ dantur actiones populares, verum eſt quod ſi accuſet Patronus & populus etiam accuſet, Patronus prius audiendus eſt, & eius deſcendentes. Si omnes vivant, argumentum l. ſi, §. ſi cum l. ſeq. ff. de adultis, & l. 1. ff. de liber. cauſa, unde, tanta eſt facultas Patroni in Eccleſia, quæ eſt iuris Patronatus, ut quod dictum eſt de Eccleſia, ut ſic, idem facere valeat, etiam in Eccleſia conventuali, facit C. Reatina, & C. nobis, & C. lectis diſt. 63. Cum hac differentia tamen, quod in Eccleſia Conventuali Patronus non præſentat, nec eligit C. nobis extra eod. nec hoc eſt contra 18. q. 2. C. Abbatem, quia ibi intelligitur electio poſſeſſoris, ideſt quod facta electioue requiritur conſenſus, C. cum in terra de electione, quod hodiè in Eccleſijs Conventualibus, non eſt amplius in uſu.

46. Hijs addendum eſt, quod ſi Patronus Eccleſiæ habet recurſuum, ad Epiſcopum, & Metropolitanum contra Clericum dilapidantem Eccleſiam, & eius bona, &. ipſi non

ricum

præbeant remedia neceſſaria non poteſt tunc Patronus habere recurſum ad Principem ſæcularem, ratio eſt quia Eccleſiaſticus non poteſt compelli per iudicem Sæcularem, ut dixi in meo commentario, in 2. l. inſtitutionis Canonicæ cum de Eccleſiaſtica immunitate locutus fui, & conſtat ex 11. q. 1. C. prim. & diſt. 17. C. nec licuit, & hoc valet etiam quando deeſſet iudex Eccleſiaſticus, vel aliàs eſt lex C. ex tranſmiſſa de foro competenti, & in C. filijs 16. q. 7.

47. Notandum eſt tamen, quod quando dico, quod deficiente Prælato, &c. non poteſt Patronus habere recurſum ad Principem, contra Clericum delapidantem Eccleſiam, quia nomen (Principis) comprehendit Reges, Imperatorem, Barones, &c. ut not. in cle. unic. de batis. Eccleſiaſticus enim ab Eccleſiaſtico iudicandus eſt, & ſi eſſet hæc res dubia in aliquo caſu, an Clericus iudicandus ſit, vel compellendus à iudice Laico, vel Eccleſiaſtico, recurrendum eſt ad Papam, pro deciſione, & precipuè quando quæſtio eſt iuris, & non facti, ut tradunt communiter DD. in l. titia ff. ſolum mater, & habetur in l. omni invocatione, C. de Sacroſancta Eccleſia, Iaſon. in l. quoties C. de Iudice Ripa in l. 2. eod. tit. & alii quos refert, & ſequitur D. Ricc. Epiſcopus Vic. Equens in praxi aurea reſol. 393. n. 3. & in propoſito facit textus in C. cum veniſsent de iudic. Vndè fit, quod ſemper quando emergit aliquod dubium circà clericorum privilegia, ſit ad Papam recurrendum, cum ipſe ſit omnium Principum Princeps, quamvis hodie, ut refert idem Riccius loc. cit., in negotijs gabellarum ſolent fieri proviſiones à Tribunalibus Regijs, & præcipuè in Regno Neapolitano; hoc tamen intelligitur quandò gabella impoſita eſt, ità ut proſit tàm Clericis, quàm Laicis. Sic etiàm fert eſſe licitum Cened. in collect. Iuris Can. coll. 153. lib. 2. Carol. de Graſſis effect. 3. à n. 200. & 208. Molin. tract. 2. à diſp. 670. Addit, ad Quarant. verb. vectigal, & alias apud Bonac. de contract, diſp. 2. q. 9. punct. 2. n. 3.

48. De

48. De ſecunda quæſtione ab Authore mota, iuxtà noſtrum textum in §. ſucceſſione quoquè dicendum eſt, quòd Ius patronatus tranſit ad omnes hæredes, ſivè ſint hæredes per teſtamentum, ſivè ab inteſtato, dummodò veri hæredes ſint, ſivè per donationem, aut poſſeſſores per emptionem, cum requiſita facultate. Hæc ſunt verba textus; *Succeſſione quoquè Ius patronatus acquiritur, quod quidèm procedit, ſivè ſui, ſivè extranei, ſivè ex teſtamento, ſivè ab inteſtato ſint hæredes*; & facit cap. 1. & cap. 3. extrà eo, & elect. plu. undè filius, qui hæreditatem paternam repudiavit, non erit patronus ſecundùm Fel. col. 3.

49. Quod verò Ius patronatus donari poſſit; patet in C. cum ſpeculum, & per C. illud. Vnum hìc tamen adverto, quòd ſi filia dotata non ſuccedit Patri, quià ſcilicèt ſua dote contenta renunciavit hæreditati, non ſuccedit in Iure patronatus una cum maſculis, imò in aliquibus partibus eſt uſus, quòd ſolùm primogenitus eſt hæres, ipſe ſolus ſuccedit in Ius patronatus, alij verò filij nequaquam. Poteſt etiam Ius patronatus legari à Patrono alicui, cui ipſi benè viſum fuerit. Ratio eſt, quia ſi poteſt donari, ergò æquo modo legari poterit, cùm legatum donatio ſit, Ità in Inſt. de leg. poſt princ. & firmat Ioan. Andr. Abbas, & alij in C. cum ſæculum, eod.

50. Ad tertiam difficultatem, quæ duas partes habet, dicendum eſt quoàd plures ſuccedentes uni, habent vocem unius, nec hæres patronum inſtitutum mutare poteſt. Sunt clara verba Textus; quæ ſequentia ſunt, & ideò explicatione non indiget: *Plures tamen ab uno ex patronis Eccleſiæ relictis hæredes, vocem dumtaxat unius habent in præſentatione rectoris, nec iàm inſtitutos mutare poterunt*. Supponitur caſus quod Pater habeat tres filios, quos relinquit hæredes per ſuum teſtamentum, qui quidèm teſtator habebat ius patronus unum, quod duabus tantùm ex illis reliquit, iſti duo non habent duas voces, ſed unam tantùm; Vndè ſi frater

Teſta-

Teſtatoris haberet idem Ius patronatus, vel eius filij in ſolidum, & communiter unam tantùm vocem habebunt, & tales hæredes inſtitutos in hac re mutare non poſſunt.

51. Quanta difficultas, nempè quid faciendum quandò patrini ſunt plures, & in præſentando ſunt diſcordes. Dico quod maior, & ſanior pars eſt attendenda, ſic patet plus, quàm clarè in Textu §. ſi fortè, his verbis: *Et ſi plures partes patronorum ſe vota in præſentando diviſerint, ille præficiendus eſt Eccleſiæ, qui maioribus iuvatur meritis, & plurium approbatur conſenſu*; Quod idem eſt dicere, quod ſi plures fuerint à patronibus præſentati, tunc debet inſtitui qui habet plura merita, & à pluribus eſt præſentatus ex præſentandis. Facit C. Eccleſia veſtra de electione, & cap. 2. de officio cuſtodis, & C. de his, quæ fiunt à maiori parte, C. & numquid ſolvent conſcientiam qui eligunt, &c. & not. in C. licet 8. q. 1. & ponit Abbas in C. conſtitutus de appellatione.

52. At quando eſt differentia inter Epiſcopum, & Patronum debet dari tunc Æconomus Eccleſiæ, ne Eccleſia patiatur donec fuerit contemptio ſupita, C. cum vos de officio ordinis, & per Abb. in cap. p. extra eod.

53. Ad ultimam difficultatem, dic quod, ſi Sacerdos ob diſcordiam Patronum ibi ſuum officium exercere non poteſt, debet Eccleſia interdicere donec Patroni ad concordiam deveniant; ſic expreſſè habetur in text. noſtro §. quod ſi ita.

In §. quod ſi neceſſarium, cum tribus seqq.

54. Examinando hoc §. cum tribus ſequentibus invenio in illis difficultates ſequentes. Prima, an Epiſcopus ius Patronatus, & Parochiales Eccleſias commendare poſſit. Secunda an Epiſcopus in Eccleſia iuris Patronatus, cauſa urgente poſſit ponere Æconomum, etiam ſi dicta Eccleſia ſit Patroni Laici, qui Æconomus poſſit percipere fructus, in Eccleſiarum utilitatem erogandam, vel ſervare pro illo, qui ali-

quando

quando inſtituetur in illo beneficio. Tertia, an Patroni iuris Patronatus poſſint convenire de alternativa, & plures præſentare ſimul ad hoc, ut Epiſcopus de illis eligat inſtituendum. Quarta, an ius Patronatus donari poſſit abſquè præiudicio iurium Epiſcopalium.

55. Circa primam quæſtionem habemus textum clarum ſicut clara eſt merediana lux in diebus ſerenis, nempè quod Epiſcopus ſtante iuſta cauſa poteſt Eccleſias commendare, ità in præſenti §. quod ſi neceſſarium, quapropter ad intelligentiam dubij prius antequam concluſionem probatione oſtendam, videre eſt, quid ſit commendare beneficia, ſivè Eccleſiam, commendare enim, idem eſt ac depoſitare, ſive deponere, l. commendare, ff. de verbor. ſignificat, & l. cuius ff. depoſit. & 2, 2, q. 2. C. nequis arbitretur, & cap. 1. de depoſit. verum, eſt quod quandoque comendare, eſt laudare l. ſi vero, §. cum quidam ff. dep. l. ſciendum ff. de ædil. edict. & l. eaquæ ff. de contra emp. at in materia, de qua agitur in præſenti difficultate, commendare nomen, venit tantum, Eccleſiæ curam, & eius redditus alicui conſignare in cuſtodiam, ut not. in C. nemo de electione in 6. ubi de hac materia per gloſ. & DD. latiſſimè, &c. & per Abb. in C. bonæ de appellatione, &c.

56. Modo ad concluſionem probandam devenio [non loquor hic de beneficio Canononicali] quia iſtud poteſt commendari in perpetuum, ut cui conceditur ſit ut vivat, & ſe regat diſponendo de fructibus pro ſua neceſſitate ad honeſtè vivendum, ſicuti verus beneficiarius prout aſſerit Nicol Garg. de beneficijs p. 4. cap. 4. n. 7. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 31. quæſt. 1. in fin. hæc enim commenda perpetui beneficij eſt titulus Canonicus C. ſi plures 21. q. 1. C. dudum in 2. de electione, Mandoſ. in regul. de veriſimilibus q. 3. n. 2. & in Reg. 32. q. 7. n. 12. Put. dec. 158. n. 4. lib. 1. Rot. dec. 755. p. 3. diverſ. quas refert, & ſequitur Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. Gloſ. 5. §. 8. n. 2. Rebuſ.

de pacif.

de pacif. poſſeſſ. n. 35. Flamin de reſignat. lib. 2. q. 17. n. 11. ita ut pœna, C. licet Canon. de elect. lib. 6. contra non promoventes ſe infra annum habeat locum in hijs commendatarijs perpetuis, Clement. in agro §. cæterum de ſtatu Monacorum; ibi infra annum computandum à tempore collationis, & commiſſionis, Gonzalez dicto §. n. 7. & 8. quæ commendatio ſolum a Papa fieri poteſt.

57. Sed loquor hic de Eccleſia Parrochiali, quæ ab ordinario [ſic requirente neceſſitate] commendari poteſt; ſed non ultra ſpatium ſex menſium, & tunc ad hoc, ut nón ſit debito ſibi miniſterio deſtituta, ſeù miniſtro, vel viduata alterius fidei, & curæ, ne viduata remaneat, donec idoneum rectorem acceperit Azor. cap. 31. q. 1. Gonzalez §. 8. n. 35. Nicol. Garg. cap. 4. n. 7. quapropter ille cui Eccleſia commendatur ſit depoſitario, & commendatario ſimilis cum Eccleſia cauſa cuſtodiæ tantum illi concedatur, Menoch. remed. 15. recuper. poſſeſſ. n. 38. cum ſeqq. commendare nihil aliud eſt, quàm deponere l. commendare ff. de verborum ſignificatione l. Lutius 24. ff. depoſiti, gloſ. verbo commendare, in C. nemo deinceps. Puteus dec. 25. n. 2. lib. 1. & alij, qui quidem commendatarius, ad differentiam commendatarij Canonicalis non facit fructus ſuos, quomodò facit ille, ſed tenetur de eis rationem reddere, C. placuit 10. q. 3. undè huiuſmodi beneficium talis commendator, reſignare non poteſt, nec permutare, ratio eſt, quia nec ad rem nec in re in illum ius habet, Flamin. q. 17. n. 2. Gonzalez § 8. n. 37.

58. Quibus addo, quod ſi Epiſcopus commendavit Eccleſiam Parrochialem, ad ſex menſes, niſi tranſacto illo tempore ſex menſium, non poteſt talem commendationem revocare, niſi in commendatione poſuerit clauſulam, donec ipſe voluerit, gloſ. in C. nemo, Rebuff. tit. de commendis n. 58. Azzor. cap. 31. q. 6. verſ. quæres.

59. Non deficiunt tamen DD. qui dicunt, quod cum

talis commendatarius non habet ius in re, neque ad rem, poſſit ab ordinario pro ſuo libito removeri à tali comenda, gloſ. in C. ſi conſtiterit de accuſ. & in C. qui plures 21. q. 1. Mandoſ. reg. 39. q. 3. n. 8. Gonzalez §. 8. n. 35. & 37. Nicol. Garg. cap. 4. n. 53. Immò dico, quod intra dictum tempus, ipſe commendatarius poterit coram ipſo Epiſcopo talem commendam cedere, non tamen in favorem alterius; ſed liberè, quia non habet ullum ius, aut titulum in dictum beneficium, & ſic Epiſcopus, ut dixi in dicto ſpatio ſex menſium pro ſuo libito poteſt Eccleſiam repetere, Azor. cap. 31. q. 8.

60. Verum eſt, quod prædictus commendatarius intra ſex menſes ſibi Eccleſiam commendatam ab ordinario, poteſt, à Papa impetrare prorogationem dictæ commendæ antequam dicti ſex menſes expirent, & in tali petitione prorogationis temporis, debet fieri mentio, quod Eccleſia ſit commendata iam impetranti, aliàs impetratio eſſet ſubreptitia, & nullius valoris, Archid. Domin. & Franc. in C. nemo deinceps Azor. cap. 31. q. 6. quia Eccleſia commendata, non dicitur vacans, nam eius poſſeſſionem iam habet commendatarius, & non ſupponitur Papam velle derogare iuri alterius, facit C. ſuper eo de officio delegati, C. quamvis de reſcriptis in 6.

61. Inferior Epiſcopo, non poteſt Eccleſiam, aut beneficium commedare, etiam ſi ius conferendi beneficium habeat, vel ratione iuris Patronatus, aut Privilegio, ſive præſcriptione, aut conſuetudine, Domin. in C. nemo deinceps n. 14. & ibi Francus n. 8. Gabar. de officio legati lib. 4. Rubr. de poteſtate legati in commendando beneficia q. 21. a n. 165. Cuch. in iſtit. maiorum lib. 3. tit. 6. n. 46. Flamin. de reſignat. lib. 7. q. 10. n. 23. Azor. cap. 31. q. 11. Nicol. Garg. cap. 4. n. 8. poteſt tamen commendare ſi habeat iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, & tunc ad tempus, ſicut Epiſcopus, ſic firmat Flores de Mena var. quæſt. lib. 3. q. 23. n. 16. Nicol. Garg. cap. 4. n. 12

62. Cer-

62. Certum tamen eſt, quod Epiſcopus, nec alius habens authoritatem quaſi Epiſcopalem non poteſt commendare Eccleſiam Parrochialem clerico legitimam ætatem non habenti, nempè annum vigeſimum quintum agenti, & ad Sacerdotium promoto, ad hoc officium Parrochi Sacerdotis abire valeat, iuxtà Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 18. in princ. quando loquitur, de inſtitutione Vicarij in Eccleſia Curata poſt mortem Parochi; ſic diſponitur in C. nemo deinceps, firmat Azor. lib. 6. cap. 8. q. 7. Iacob. Graff. in aureis deciſionibus p. 2. lib. 2. cap. 26. n. 28. Francus Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 18. n. 52. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ. 575. in 1. edict. Vivian. in praxi iuris patronatus p. 2. lib. 8. cap. 8. & hoc etiam ſi inſtitutio pertineat ad inferio. Quoqunque Privilegio, &c. Garg. de beneficijs p. 9. cap. 2. n. 10.

63. Noto tamen aliquid circa verba illa textus noſtri in §. *quod ſi, neceſſarium fuerit*, *aut expediens*, eo quia in Eccleſia Parrocchiali poſſunt eſſe alij miniſtri Sacramentorum, qui interim, curam illam animarum, quæ ad defunctum Curatum ſpectabant exerceant, undè non eſſet opus Vicarium conſtituere, non ſolum ob neceſſitatem miniſtrandi fidelibus Sacramenta, ſed etiam ad ſollevandam Eccleſiam ab expenſis; prout determinavit Sacra Congregatio, prout refert Garg. cap. 2. n. 13. undè ego iudico quo in tali caſu tuta conſcientia non poſſit Epiſcopus Vicarium loco defuncti inſtituere, aliàs faceret contra iuſtitiam, & contra debitum ſponſi Eccleſiæ qui debet bona Eccleſiæ conſervare.

64. Ad ſecundum dubium poſitum ſupra ſub n. 62. dicendum eſt ordinarium, ſivè Epiſcopum poſſe in Eccleſia, quæ eſt ius Patronatus Laicorum, Æconomum conſtituere, cauſa requirente legitima ſic, ità textus noſter, & hoc in caſu, quod præſentantes idoneas perſonas non præſentent, vel ob ſcandalum magnum argument. cap. 1. & cap. 2. non debet ponere, non ſic ob parvum non dimittet Epiſcopus ordinare

 Eccle-

Eccleſiam, C. quoniam de iure Patronatus, & not. in C. cum vos de officio ordinis, nam Epiſcopi eſt providere ſuæ ſponſæ. Patroni enim de rebus Eccleſiæ ſe intromittere non debent niſi quoad defenſionem, & quando viderent eam dilapidare ab inſtituto Parocho, aut beneficiato 16. q. 7. C. decernimus, & C. filius, cætera verò debet cunſtodire inſtitutus, facit pro hac re id quod dicitur de Æconomo inſtitutus ad conſervandum, non ad agendum, C. quoniam diſt. 85. licet quandoque etiam ad agendum, C. imperatorum, de iuram. colum. C. dilectus, de cap. mon. dummodò bona illa Eccleſiæ ſervando ſervari poſſint, C. hæc huius placiti, & C. charitatem 12. q. 2. & diſt. 75. C. quoniam quidam Epiſcopus, & l. lex quæ tutores C. de adminiſtratione Tutoris, & ff. de per here l. Divus & 10. q. 1. C. ſi quis Epiſcopus.

65. Ad tertiam de alternativa, affirmativè eſt reſpondendum, nempè, quod quando ſunt plures Patroni de una Eccleſia, poſſunt convenire inter ſe, ut unus una vice præſentet, & alter alia in caſu vocationis dictæ Eccleſiæ, ſicut ſi tres eſſent Patroni trium Eccleſiarum ſimul; poſſunt inter ſe convenire, quod unus preſentet unam, alter aliam, & alius aliam, ex illis Eccleſijs tempore vacationis ſicut permittitur, quod plures eandem Eccleſiam præſentari valeant, facit text. in §. ſed, ut facilius, & C. fin. de præbendis in 6. & totum dictum poteſt fieri ſinè Superioris authoritate, ac etiam ſi Eccleſia non vacet, hoc eſt extra tempus vacationis, ut not. in clem. plures eo, & in ead. clem. plures.

66. De quarta, & ultima difficultate, nempe, an quis habens ius Patronatus alicuius Eccleſiæ, vel Cappellæ poſſit tale ius Patronatus donare abſquè præiudicio Epiſcopi, cui ipſi bene viſum fuerit? reſolutio eſt affirmativa per text. noſtrum in §. donatione quoque, & hoc cum conſenſu Epiſcopi, ut per verba textus ſatis patet, ratio eſt, quia dominus abſolutus rem ſuam, cui ſibi bene viſum fuerit donare,

po-

poteſt, ut omnia iura clamant; aliàs non diceretur Dominus, fac. cap. ex inſinuatione eod. & C. uni eod. in 6. quod autem quis habens ius Patronatus, poſſit illum donare, & ſuum ius in allum transferre per donationem facit gloſ. in C. piæ mentis 16. q. 7. Doct. in Rubric. & in C. cum ſæculum de iure Patronatus, & eſt text. in C. ex inſinuatione, ubi gloſ. in verbo liberaliter, & in C. nullus de iure Patronatus, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Lambertin. de iure Patronatus lib. 1. p. 2. q. 4. art. 1. & ſi prout ait Vivian. de iure Patronatus p. 1. lib. 4. cap. 4. requiratur Epiſcopi conſenſus, eſt non ad validitatem donationis ut ſic, ſed quia donatur res Eccleſiaſtica, per quam donationem ius Patronatus transfertur, quando facta eſt cum conſenſu Epiſcopi, Zech. de benefic. & penſ. cap. 12. n. 8. Card. Mant. dec. 86. n. 5. undè abſquè dicto conſenſu donatio iuris Patronatus non valet, Card. Seraph. dec. 884. n. 1. de quo conſenſu habetur in C. præterea illi 2. de iure patronatur, & per Lambert. ub ſuprà art. 2. annot. ad deciſionem Ludoviſij, qui facit Gregorius XV. dec. 420. n. 7. verum eſt, quod talis conſenſus poteſt valere tam ante mortem donantis, quàm poſt illius mortem, Rota dec. 337. n. 7. p. 2. in recent. apud Farinacc. & talis conſenſus eſt ita efficax, ut vacante Eccleſia, &c. & facta eſt præſentatio de illa a donatario, præfertur præſentationi factæ ab hærede donantis, ita firmat Puteus dec. 16. n. 2. lib. 2. Campanil. in diverſor. iur. Canonic. Rubrica 11. cap. 13. n. 373. Auguſt. Barb. de officio & poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 71. n. 32.

67. Talis autem conſenſus Epiſcopi requiritur quia talis donatio fit Laico, non vero quando Eccleſiaſticæ perſonæ fit, Azzor. cap. 20. q. 7. Roch. de iure patronatus in verb. ipſe, vel ijs a quo q. 16. n. 28. Vivian. p. 1. lib. 4. cap. 3. ita ſimiliter in ceſſione iuris patronatus, quomodoqunque fiat, reſolvit Brunor. a Sol. in locis cōmun. verb. ius n. 15. Talis autem conſenſus, quando transfertur ius patronatus in Laicum,

cum, non poteſt præſtari à Vicario Epiſcopi, niſi ab ipſo Epiſcopo habeat ſpeciale mandatum, ſic fuit deciſum in una Lucana iuris patronatus 21. Iunij 1602. coram Cardin. Mellino, quod idem dicendum eſt de Vicario Capitulari, prout in una Compoſtellana Parrocchialis 15. Martij 1602. coram Cardinali Lancellotto, etenim ſinè expreſſo mandato Epiſcopi, talis conſenſus Vicarij præſumitur tantum conſenſus colorauts.

68. Verum eſt, quod donatio facta de aliquo iure patronatus cum ſolo conſenſu Vicarij Epiſcopi, abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, lapſu temporis 30. annorum conſenſum Epiſcopi ſupponitur interveniſſe, iuxtà obſervantiam Alexan. conſ. 135. n. 17. lib. 4. Cravet de antiquit. temp. p. 3. §. vidimus n. 3. & ita fuit deciſum in Firmana iuris patronatus 16. Decembris 1584. coram Orano, & 16. Novembris 1592. coram eod. & Lancel. partionis 16. Decembr. 1591. coram Cardin. Pamphilio, & in Romana iuris patronatus 10. Martij 1595. coram Cardin. Mellino, & in Firmana altaris 11. Maij 1601. coram Penia, & in Aretina Cappella 1. Iunij 1584. coram Bubalo, & Lucana parrochialis 26. Iunij 1589. coram. Comitolo Cardin. Mantica dec. 86. Rota dec. 337. n. 5. p. 2. in recent. Stephan. Gratian diſcept. forenſ. cap. 303. latiſſimè de hac re tractat.

69. At ponamus caſum, quòd talis donatio fuerit facta ab Eccleſiaſtico Sæculari viro, abſquè conſenſu Epiſcopi, ſed tantum Vicarij, & vacante Eccleſia donatarius præſentationem faciat coram Epiſcopo, & ipſe Epiſcopus præſentatum inſtituat, erit ne validata donatio? Certè validata erit & amplius contra illam non poteſt agere Epiſcopus, quia eo ipſo, quod inſtituit videtur conſentire, Lambert. l. 1. p. 2. q. 1. art. 7. in fin. & art. 8. & fuit dictum in una Bonion. iuris patronatus 27. Novembr. 1597. coram Gipſio, confirmat Calder. conſ. 6. de iure patronatus.

70. Verum eſt, quod ſi donentur, vel legentur plura iura patro-

patronatus, & legatarius, aut donatarius præſentet pro uno ex illis, beneficijs, etiam ſi Epiſcopus pro eo inſtituat, & aliàs non dedit conſenſum in legatione, vel donatione illorum, videatur per talem inſtitutionem conſentire pro illo pro quo inſtituere habet, non tamen intelligitur per talem inſtitutionem conſenſum præbere in cæteris, nam conſenſus, qui colligitur ex aliquo actu tacitè, non extenditur ad alia, ultra illum actum, Bart. in l. 1. §. ſi quis hoc in fin. ff. de itin. actuque privil. ſic fuit firmatum in Lucana parrochialis 26. Iunij 1589. coram Comitolo, non ſic ſi ius patronatus ſit authoritate Pontificis tranſlatum, quia tunc Papæ conſenſus ſupplet pro Epiſcopo, &c. ſic Abb. in cap. 1. de confirmatione util., vel inutil. Oldrad. conſ. 131. n. 2. & fuit firmatum hoc in Lucana iuris patronatus 25. Iunij 1602. coram Card. de Mellino; quando verò donatio facta eſt compatrono, talis conſenſus non requiritur, Archil. dec. 19. n. 2. de iure patronatus, Veral. dec. 284. n. 1. p. 1. Rota dec. 707. n. 4. p. 1. in recent. at ſi patronus donet filio ius patronatus, requiritur Epiſcopi conſenſus, ratio eſt, quia filius vivente patre non eſt compatronus, Stephan. Gratian. cap. 577. n. 38. & cap. 521. n. 4.

71. Si verò donans, aut legans ius patronatus aliquid à donatario, vel legatario acciperet, ſimoniam committeret ſinè dubio, ſic habetur in C. ex inſinuatione ibi liberaliter contuliſſet, & ibidem Abb. de iure patronat. & per conſequens, cum ipſa donatio ſimoniaca ſit non tenet, & nullius valoris eſt, prout habet Ricc. in praxi rer. for. Eccleſiaſt. dec. 154. quod idem valet, quando, legans, aut donans, ponit in donatione, aut teſtamento, quod donatarius, ſivè legatarius teneatur præſentare ad voluntatem hæredum, aut ad ſui beneplacitum Sacerdotem, aut alium, etiam ad voluntatem Epiſcopi, non valet legatio, aut donatio quia quia ſimoniaca eſt, ſic in C. nulla, & in C. conſtitutus, & in C. ult. de conceſſione præbendæ, ſic firmat Ioannes Andreas

dreas in C. unico de iure patronatus lib. 6. ſi tamen apponeretur clauſula, cum Epiſcopi conſenſu non vitiaretur legatio, aut donatio, Abb. in C. cum dilectus de conſuetudine.

In §. ſed ſi quis cum tribus seqq.

72. Author movet quæſtiones quatuor in §§. iſtis ſimiliter quatuor, & primo, an ius patronatus vendi poſſit. Secundo, an Epiſcopus poſſit ſpernere patroni præſentationem, & an poſſit patronus authoritate propria inſtituere. Tertio, an præſentatio patroni putativi teneat. quarto tandem, an quis patronus poſſit ſe ipſum præſentare, quæ quidem difficultates apud authore non parvi momenti ſunt, ad reſolutionem materiæ, igitur deveniendum eſt.

73. Ad primam difficultatem ſtante textu noſtro dico contractum venditionis nullum eſſe, C. quia Clerici, eod. adeo ut, quod emptor poterit de facto iure patronatus empto ſpoliari abſquè iudiciali proceſſu, quia in hoc caſu iudex poteſt extraiudicialiter procedere, facit C. quoniam de filijs præsbiterorum, & not. per Abb. in C. quia Clerici, ſi venditur tamen, debet vendi cum univerſitate, nam ius patronatus, ut talis ſegregatus ab omni alio, nec vendi, nec comparari poteſt, niſi per venditionem veræ univerſitatis, in qua ſit ius patronatus, ſic habetur in textu noſtro, nec non in C. ex literis de iure patronatus, undè Doctor Ioannes Baptiſta de Vivianis nobilis Vrbinas in ſuo rationali iuris Pontificij lib. 3. pag. mihi 370. nunc enim ius patronatus tranſit cum univerſitate ſic Abb. & Ionncentius in dicto C. ex literis Zechius de beneficiis, & penſionibus cap. 12. n. 9. & ponitur caſus ab authore noſtro Lancellotto, quidam enim volebat vendere ſuum ius patronatus quomodoqunque poſſet ea ratione, qui ſi de eo habebat dominium, ob naturam dominij videtur ei licitum, iuxtà l. in re mandata C. mandati; at quia ius patronatus in ſe non recipit extimationem,

cum

cum ſit res Eccleſiaſtica, & per conſequens ſpiritualis, undè directè non poteſt alienari, & ſi indirectè hoc fieri poſſit, quia tunc mutat naturam, aliàs ſi venderetur directè contractus eſſet inanis, prout ait textus noſter §. ſed ſi quis niſi talem ius cum univerſitate rerum temporalium transferretur, C. quia Clerici eod. adeò, quod emptor, poterit de factò, & ſinè iudiciali proceſſu ſpoliari, cum in actibus notoriè iniuſtis poſſit iudex extraiudicialiter procedere, fac. C. quoniam de ſil. præsbyteror. & notatur per Abb. in C. quia Clerici.

74. At quando venditio, ſivè emptio eſt cum univerſitate non ſic res ſe habet, quia eundem caſum, habemus nos ipſi in venditione ſepulturæ, ubi facta venditione cum univerſitate valet, ſic Abb. in C. ex literis n. 14. ſicut quando, ex venditione hæreditatis, ſivè bonorum tranſeat ius patronatus nec ne videatur Lambert. de iure patronat. lib. 1. p. 2. q. 5. art. 14. & 15. etenim tranſit ius patronatus, cum hæreditate vendita, facit C. ex literis C. cum ſæculum extr. eod. facit l. 1. ff. de fundo dot. & l. in modicis de contra emption. & l. quædam, ff. de acquirendo ius, igitur patronatus poteſt eſſe acceſſorium rebus temporalibus, undè magis dignum poteſt accedere minus digno, ut per Abb. in d. C. ex literis ante finem.

75. At ſi in fundatione iuris patronatus eſſet aliqua particula, quæ requireret ſpecialem traditionem non ſic valeret, ita Garg. de benefic. p. 5. cap. 9. n. 13. & ſeq. & non tranſit quando donantur, vel venduntur bona ad certum locum reſtricta, quia tunc diſpoſitio non dicitur univerſalis ob loci commemorationem Berous in C. ex literis n. 6. & fuit dictum in Cremon. hoſpitalis 5. Martij 1586. coram Cardin. Seraph. Immò curator hæreditatis Iacentis poteſt præſentare ad beneficium iuris patronatus dictæ hæreditatis, prout firmat Ricc. dec. Cur. Archiep. Neapolit. dec. 11. p. 1. Auguſt. Barb. de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 71. n. 7. & 8. nam hære-

hereditas eſt quid univerſum, l. bonorum 2. ff. de verbor. ſignificatione, & l. hæreditas ff. de petitione hæreditatis, ita Molin. de primogenitur. lib. 1. cap. 24. n. 25. Covar. lib. 2. variar. cap. 18. n. 8. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol. 162. n. 2. ubi aſſirmat, ita tenuiſſe Rota ſequitur Garg. Croſ. March. Anton. Genuenſ. Marz. Paul. de Citad. Lambert. & alij non pauci, quos refert Nicol. Garg. de beneſic. p. 5. cap. 9. n. 11.

76. Notandum eſt tamen, quod quando venditio univerſitatis eſt nulla, quia in ea fuit expreſſum ius patronatus coniunctivè, valida tamen erit, quoad alia, ſic Abb. in C. quærelam n. 7. de ſimonia, Roc. de Curt. de interpretatione verb. n. 52 & pro hac re faciunt dicta per Felin. n. 8. de officio delegati, & Doctor in C. cum ſuper, nequè caſu aliquo pro iure patronatus cadit evictio, cum non poſſit vendi C. de iure patronatus, cum ergo ius patronatus tranſeat cum univerſitate, & per donationem, tranſit etiam per legatum, & legari poteſt, cum legatum ſit donatio.

77. Quibus additur, quod quando ius patronatus conſiſtit in aliqua villa, vel Caſtro dato in dotem tranſit in maritum, ita Card. Mantica dec. 140. n. 2. & 13. Garg. de benefic. p. 5. cap. 9. n. 147. ita etiam tranſit in conductorem dicti Caſtri, & Villæ, ſi ſit conductor ad longum tempus. Vndè Auguſt. Barb. in collect. ad C. ex literis 7. n. 4. de iure patronatus, tenet eo caſu ad locatorem pertinere ius præſentandi, & ſequeſtrato dicto Caſtro, ſivè villa ſi beneficium vacet, ſequeſter præſentabit, ita ipſe Barb. in dicto C. ex literis n. 8.

78. Non poteſt ius patronatus conſideratus de per ſe dari infœudum, Papa tamen hoc facere poteſt Roman. conſ. 368. Lambert. de iure patronat. lib. 1. p. 2. q. 7. art. 1. etiam ſi allegaretur conſuetudo immemorabilis temporis, ut per Rom. ibidem; acceſſoriè verò cum fœudo continente univerſitatem & ſic cum ipſa univerſitate tranſit ius patronatus, ut ſuperius

dixi

dixi, & probatur in C. cum ſæculum de iure patronatus; ubi Cardin. Abb. & alij; nec non Barb. in collect. n. 2. inquit, quod ſi vaſſallus conſtruxit Eccleſiam in loco fœudali, amiſſo fœudo ex aliqua cauſa non perdit propterea ius patronatus, ita etiam Archidiac. in C. in ſacris 19. q. 1.

79. Nec poteſt ius patronatus, cum univerſitate dari in dotem, ſic firmat Bart. in l. ſi is qui §. iura n. 2. ff. de pignoribus, & dat rationem Lambert. de iure patronat. lib. 1. p. 2. q. 9. art. 21. ratio eſt, quia ius patronatus non tranſit cum titulo oneroſo, niſi cum univerſitate, Doctor in C. ex literis, & in C. cum ſæculum de iure patronatus, titulus autem dotis regulariter eſt particularis, quamvis dos ſit ius univerſale, ſi tamen detur univerſitas in dotem, cum ea tranſit ius patron. Lambert. q. 10. art. 2. n. 10. Zechius, de benefic. & penſionibus cap. 12. n. 14. Garg. de benefic. p. 5. cap. n. 21. quare.

80. Adverte, quod ſi uxor ſit relicta hæres omnium bonorum, & in hæreditate ſit aliquod ius patronatus ipſa debet præſentare, latè de hac re loquitur Lambert. ubi ſupra art. 3. & fuit ſic deciſum in Alexanen. benefic. 29. Martij 1591. coram Cardin. Mantica, quæ eſt impreſſa 140.

81. Ad ſecundam difficultatem, quæ duos ramos habet, nempè, an Epiſcopus poſſit ſpernère præſentationem à patrono factam, & an patronus inſtituere poſſit; Dicendum eſt, quod iuxtà textum noſtrum in §. quemadmodum, nec Epiſcopus poteſt ſpernere patroni præſentationem; nec patronus ex ſe poteſt inſtituere; immò ſpretis fundatoribus, quidquid Epiſcopus de vacanti Eccleſia diſpoſuerit erit irritum; & ſic ſi Laicus, vel alius propria authoritate inſtituerit, tam inſtituens, quàm Clericus inſtitutus ab eo eſt anathemate feriendus, & communione privandus; prout in textu ipſo latius apparet, etenim ſolus Epiſcopus inſtituere poteſt.

82. Ad tertiam dicitur tenere, nam præſentatio facta à

Digitized by Google

poſſeſſore bonæ fidei eſt iuxta præſentatio, undè, in ſucceſſione temporis, à vero domino poſſeſſor talis ſpoliatus fuerit tali iure præſentandi, non propterea inſtitutus privandus eſt beneficio; nam poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos. Secùs poſſeſſor malæ fidei, & ideò præſentatus à poſſeſſore malæ fidei ſi ſit inſtitutus, eſt removendus à beneficio, ut tradunt omnes in C. conſultationibus, eod. nam id quod legitimè factum eſt non debet removeri, ſivè irritari licet ad caſum deveniat, à quo incipere non poteſt diſt. 55. C. præcepta l. 1. §. caſu ff. de poſtulat., & 30. q. 7. C. neque furioſus, fac. leg. ſancimus, C. ad min. tut. & l. Grachus, C. de adultis, quando au'em quis dicatur poſſeſſor, malæ, vel bonæ fidei, dic. per dot. in citato, C. conſultationibus Ca d. conſ. 13. hoc titulo, Old. conſ. 1. Rot. Rom. dec. 278.

83. Ad quartam, dic, quod nemo poteſt præſentare ſe ipſum, probatur hoc per text. in §. ſed ſi quis, undè fit, quod Clericus patronus non poteſt ſe ipſum præſentare, C. per noſtras, & ibi gloſ. verb. præſentare de iure patronatus, ratio eſt, quia cum debeat eſſe differentia inter dantem, & recipientem, ſic inter præſentatum, & præſentantem differentia eſſe debet C. fin. de inſtit. ità etiam debet eſſe differentia inter eligentem, & electum C. qualiter de elect. Flamin. de reſignat. lib. 9. q. 17. n. 112. Tiraquel. de iure primogen. q. 33. n. 11. Campan. cap. 13. n. 398. Aloyſ. Ricc. in praxi reſol. 179. Mar. Antonin. variar. lib. 1. reſol. 51. n. 1. Chircovi tom. 1. cõmun. opinion. lib. 1. tit. 4. n. 5. & 6. pag. 164. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſ. 4. in principio n. 80. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 21. q. 1. Aloyſ. Ricc. in dec. 36. n. 1. p. 1. Valer. Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 222. verſ. notandum, Vivian. p. 2. lib. 6. cap. 8. n. 3. & facit C. per noſtros, & ibi gloſ. citat. verbo præſentare de iure patronatus Abb. conſ. 25. n. 2. p. 2. & in C. conſuluit, ubi Ioannes Andreas, & Ancaron. de iure patronatus, Lambert.

de

de iure patronatus p. 1. lib. 2. q. 8. in princ. art. 2. & 6. & habetur in C. vult C. inſt. Gonzalez. in Coment. ad regulam 8. Cancellar. gloſ. 2. n. 57. videatur Rota dec. 185. p. 2. diverſ. & fuit ità deciſum in Papien. Parrochialis 13. Maij 1598 coram Orano, ſicut nec Procurator conſtitutus ad reſignandum favorem perſonæ per Procuratorem nominandæ non poteſt ſe ipſum nominare ; & eligere , tenet Verall. dec. 397. n. 1. & 2. p 3. Paleot. dec. 249. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 17. n. 102. & 103. ratio eſt quia , ut ambitioſus eſſet repellendus C. in ſcripturis 8. 9. & 10. l. ſi quamquam , C. de Epiſcopis , & Cleric. l. qui omnia ff. de Procurat.

84. Poteſt tamen dictus Clericus patronus præces effundere ; & ſuper hoc petere diſpenſationem , ut ſibi tale beneficium conferatur , ut per Abb. ibidem nempè loco cit. n. antecedenti , Auguſt. Barb. in collect. ad dictum C. per veſtros n. 3. & ſi contrarium firmet Lambert. ubi ſupra art. 2. n. 3. cum Leſſ. de iuſtitia , & iure lib. 2. cap. 34. de benefic. dubit. 3.

85. **Certum , ac indubitatum eſt Clericum compatronum poſſe ad Eccleſiam compatronatam per alium compatronum præſentari ;** ſic gloſ. in C. conſuluit in verbo concludunt in fine , de iure patronatus , C. per noſtros , & ibi Abb. Rocc. de Curt. de iure patronatus , verb. honorificum q. 4. in principio n. 20. & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Abb. C. cum in iure col. 2. de elect. & in conſ. 25. p. 2. & in dicto C. conſuluit , Lambert. ubi ſupra art. 5. Calder. conſ. 7. de iure patronatus , Berous in C. quoniam n. 53. de iure patronatus ; Berthachin. in tract. de Epiſc. p. 3. lib. 1. q. 24. n. 35. Hoſtienſ. in ſumma tit. de iure patronatus n. 11. cum alijs , non poteſt tamen ipſe Clericus compatronus , cum alijs compatronibus ſe ipſum compræſentare , ut tenet Vivian. de iure patronatus p. 2. lib. 6. cap. 9. pag. mihi 211. colum. 2. n. 11. & 12.

86. **Donatarius iuris patronatus poteſt præſentare donantem**

tem

tem, à quo donatio fuit facta perpetuo cum conſenſu ordinarij, ſecus ſi ſit facta pro una vice, quia tunc non poteſt præſentare donantem, quia præſumeretur, quod illa donatio eſſet facta fraudolenter, nempè ad hoc, ut donans à donatario præſentari poſſet, Abb. in C. vult de inſtit. & ita firmat Rocc. de Curt. ſupra cit. ibidem in verbo ipſe, vel ijs à quo q. 20. n. 37. Lambert. ubi ſupra art. 11.

87. Pater autem poteſt præſentare filium, Avus Nepotem, & alios conſanguineos, ſic gloſſ. in C. quia Clerici verbo filij, & in C. conſuevit, verbo propria authoritate de iure patronatus, & hæc eſt vera, & communis opinio, quam opinionem firmat Barb. alleg. 72. n. 93. gloſ. verbo filij in C. quia Clerici, & gloſ. verb. propria authorit. Flamin. q. 17. n. 122. Roland. à Valle conſ. 47. n. 49. & 62. cum ſeqq. volum. 1. Circhou. tit. 4. n. 6. pag. 167. Ioſeph. Ludoviſ. tom. 3. commun. opinion. tit. de iure patronatus concl. unica, verſ. ampliatur 8. pag. 532. in fin. Azor. cap. 21. q. 2.

88. Ex quibus colligitur poſſe Epiſcopum conferre beneficium filio ſuo legitimo, aut ſuo nepoti idoneo, nam charitas, primitus exercenda eſt erga domeſticos, & citatur Abb. conſ. 96. volum. 2. Rocc. verb. onorificum q. 4. in principio, Lambert. ubi ſupra art. 12.

Excommunicatus, interdictus, ſicut etiam ſubſpenſus præſentare non poſſunt, quia adminiſtrare non poſſunt, ſicut nec infames, etiam ſi tales defectus eſſent occulti, C. poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante; undè collatio eis facta eſſet nulla de iure, Flamin. de reſignat. lib. 4. q. 33. a n. 44. & lib. 5. q. 6. a n. 77. Sayr. de cenſ. lib. 2. cap. 5. n. 1. Nicol. Garg. p. 7. cap. 13. Rocc. verb. onorificum q. 4. n. 19. Lambert. p. 1. lib. 2. q. 9. art. 1. Vivian. p. 2. lib. 6. cap. 9. n. 2. quod etiam valet de excommunicatione minori, Covarr. in C. alma p. 1. §. 7. in principio colun. 1. Aloyſ. Ricc. reſol. 166. n. 3. Vivian cap. 9. ſupra cit. n. 8. l. infames iunt gloſ. & l. decurio, C. ex quibus cauſis infamia irrogatur

tur C. inter dilectos, de exceſſ. prælat. Ruaren. de benefic. lib. 4. cap. 1. Nicol. Garg. p. 7. cap. 8. n. 4. & multis alijs excluduntur à præſentatione paſſiva, prout videre eſt apud Barb. de poteſtate Epiſcopi q. 3. allegat. 72. pag. 404. Vivian. & Lambert. videatur ibi.

In §. ſunt autem cum ſeqq.

89. Plures, & conſiderabiles quæſtiones hic agitantur, & Primo, an quis poſſit beneficium ſibi conferre.

Secundo, an collatio beneficij vacaturi conferri poſſit, aut ad illum præſentari.

Tertio, an Vicarius poſſit conferre beneficium ſine ſpeciali commiſſione Epiſcopi.

Quarto, an parocus Eccleſiæ poſſit præſentari, non conſtitutus in ſacris.

Quinto, an potentia proxima actui habeatur pro actu ex diſpenſatione.

Sexto, an parocus teneatur in aliquo caſu patrono neceſſaria ſub miniſtrare.

Septimo, an ius patronatus poſſit tolli, & quando.

Quibus difficultatibus gradatim reſpondebo cum rationibus, & authoritatibus ſic Deo placente, & V. M. protectione, mea ſolita brevitate, & claritate ad laudem mei Patriarchæ S. Franciſci de Paula, &c.

90. Ad primam difficultatem, an quis ſe ipſum beneficiare poſſit, dico, quod reſponſio patet ex dictis in §. antecedenti n. 90. ubi de hac re ſatis dictum eſt, nam ſi non poteſt quis patronus ſe ipſum preſentare, neque per conſequens ſibi conferre beneficium poteſt, ob rationes ibi adductas, ſcilicet quia inter inſtituentem, & inſtitutum debet dari diſtinctio ſuppoſiti, ſivè perſonæ, quod non eſſet in tali caſu, atquè adeò talis inſtitutio eſſet contra ius Canonicum, namidem à ſe ipſo non admittit diſtinctionem, ut ſupra dixi in §. antecedenti n. cit. 90.

91. Ad

91. Ad ſecundum quæſitum, negativa eſt reſponſio prout in textu noſtro, §. item quemadmodum, &c. verba textus affero, ad maiorem evidentiam concluſionis; *vacatura præbendæ non tenet regulariter collatio, ità etiam promiſſiones de non vacantibus beneficijs Eccleſiarum, in quibus quis ius obtinet patronatus, nullo iure ſubſiſtunt*, hæc ſunt verba textus, & ſic eſt in veritate facti, facit cap. 2. & C. conſtitutus, de conceſſione præbendæ. Solus enim Pontifex Romanus ius tale poteſt concedere Clericis, & patronibus etiam in vacaturis cap. 2. de præbendis in 6. & ſupra tit. proximo §. eſt ergo, unde in textu dicitur, *regulaliter*, quapropter, ſi in textu additur promiſſiones non eſt ſine ratione; quia tales promiſſiones de futura vacatione, eſt de iure prohibita, C. nulla, C. relatum, & C. ex tenore, C. conſtitutus, & C. ſi de conceſſione præbendæ, concordant cum textibus de collatione loquentibus in non vacantibus beneficijs, ſed vacaturis, ac illis qui de præſentatione in tali caſu faciunt ſermonem, videantur Doctores de hac re, qui multa dicunt; & communiter aſſerunt juxtà Canones citatos, beneficium non poſſe conferri nec promitti niſi vacet; undè beneficium nondum vacans ſi promittatur, vel conferatur, inducitur votum captandæ mortis cap. 2. & 3. de conceſſione præbendæ, Garg. p. 10. cap. 16. n. 1. & ſeqq. dictaque beneficia quando vacant debent conferri infra ſex menſes cap. 2. de conceſſione præbendæ, & C. licet de ſuppl. negligent. Prælat. Rebuf. in praxi titul. de devolut. quod habet locum ne dum in collatione, verum in electione, Abb. in C. dilectus n. 2. de conceſſione præbendæ, niſi ſit cathedralis, vel regularis Eccleſia, quæ intra tres menſes debet provideri, C. ne pro defectu de electione, in cæteris autem beneficijs habet locum ſemeſtre; Abb. in dicto C. ne pro defectu, & d. ſemeſtre habet locum in proviſione Parrochialium, etiam ſtante Concilio Trident. ſeſſ. 24. de reformatione cap. 18. quando eorum collatio ſpettat ad Epiſcopos; Nam quando ſpettat ad Papam

Epi-

Epiſcopi prævio concurſu debent eligere perſonam idoneam infra quadrimeſtre, & electam ſignificare Papæ, ut illi beneficium conferat ex conſtitutione B. Pij V. incip. in conferendis, & intra ſemeſtre debet conferri hoſpitali, quæ dantur in titulum; Rebuff. in concordat. titul. de Regia ad Prælat. nominat. §. 1. verb. intra ſex menſes, ita habentes à Papa indultum intra ſex menſes conferre debent Caſſad. decis. 8. de præbend. Creſcent. dec. 15. de præbendis, Papæ autem nullus terminus eſt præfixus, Rebuff. dicto verbo intra ſex menſes; Mandoſ. in regul. de annali q. 90. n. 51. & d. ſemeſtre currit à die ſcientiæ vacationis, ut alibi dixi in antedictis ſuo loco, C. quia diverſitatem n. 13. undè durante lite ſuper iure conferendi, ſeu eligendi non currit tempus, Federic. conſ. 232. Rebuf. in d. verbo intra ſex menſes, & d. ſemeſtre habet locum in præſentatione facienda à Patrono Eccleſiaſtico, non vero facienda à Laico, ut alibi dixi, quia tunc ſolum quadrimeſtre locum habet, C. unico, §. verum de iure patronatus lib. 6. & ibi gloſ. & Doctor. qui quidem tempus currit tempus à die ſcientiæ vacationis, Rota dec. 7. de præbendis in antiquior. & dec. 13. de iure patronatus in antiq. Veral. in dec. 248. p. 3. & fuit dictum in legionem Parrochialis 7. Octobris 1577. coram Blanchetto in qua domini in decem propoſiti dubij, an ex lapſu temporis collatio beneficij, de qua agitur, devoluta ſit ad Sedem Apoſtholicam? & difficultatem reſtrinxerunt, an à die notitiæ, vel potius vacationis currat tempus patrono ad præſentandum, & concordes fuerunt, quod quadrimeſtre datum patronis Laicis, C. unico §. 1. de iure patronatus, incipit à diæ ſcientiæ, non autem vacationis, pro qua re urgent plures authoritates ſcribentium, & præcipuè, Hoſtienſ. Egid. Ioannes Andr. in cap. 2. de ſuppl. neglig. Bero in C. quaqunque n. 4. & C. quoniam n. 40. de iure patron. Rebuff. de devolut. n. 10. in fine, Simonet. de iure patron. q. 35. & Rota amplexata fuit hanc ſententiam in una Barchionen. S. Antonij coram Peregrino anno

 1553.

1553. art. 54. undè benè dixi in antecedentibus; quod etiam tranſactò quadrimeſtre non poteſt Epiſcopus providere, ſi non moneat patronos non præſentantes, quia ſupponitur eos non ſciviſſe vacationem; nam ſinè ſcientia talis rei, non poteſt dari negligentia, Bart. in l. genero n. 6. ff. de his qui not. infamia Abb. in C. nos quidem, & ibi Covarr. de teſtam. non obſtat dec. Rot. 38. in antiquis, alias 1. de iure patron. quæ allegat. clem. 9. de conceſſ. præbend. quia fundatur, ſupe rveram, & certam ſcientiam ſpectantis.

91. Quod ſi quis contradicat hjs rationibus; ſicut alijs à me adductis ſupra in §. ſunt tamen ſub n. 33. in hac Rubrica verbo mihi tamen; dicendo cum Lambert. fol. 117. in noviſ. quod ſicut patrono impedito currit tempus, ità & ingnoranti, falſum dicunt, quia hæc regula non currit in omnibus caſibus, ſed tantum ſi duo patroni controvertant ius ipſum præſentandi, quod eſt favore Eccleſiæ, ut ſtudio conſervandi ius ſuum eius liti finem imponant, & ne Eccleſia paſtore careat quò qui minori temporis ſpatio fieri potuerit. Secus autem ſi iudicium agatur inter præſentatos ſuper idoneitatem, vel cum Epiſcopo ſuper beneficij libertatem Abb. in C. quoniam n. 6. & 7. de iure patronatus, ubi, & Bero. n. 43. & idem Abb. in C. cum Papæ verſ. 2 eod. tit.

92. Nec poteſt refragari argumentum; dicendo quod ius patronatus eſt mera gratia, atquè adeò hæc converſa eſt in ius commune, Goffred. in ſumma tit. de iure patronatus n. 12. nam gratia nemo privari debet abſquè culpa, & hæc exceptio alligari poteſt per Alphonſum, cum ex ea alligari poſſit validitas ſui tituli, Caſſand. exceptiõ. 12. Lupus allegat. 78. n. 12. ubi Mandoſ. lit. T. qui ipſe ait de ſcientia certa, & non interpretativa, & qui ſe fundat in devolutione cauſa ob negligentiam patronorum, debet probare ſcientiam dictorum patronorum, & illam iuſtificare, quæ eſt difficilis probationis, propterea ego dixi, quod Epiſcopus abſquè peccato iniuſtitiæ non poteſt providere de iure patronatus, ſi prius non

moneat

moneat patronos de beneficij vacatione, firmat implicitè Rebuff. in praxi tit. de devolutione n. 12. & fuit deciſum in Firmana altaris, coram D. Blanchetto 5. Decembris 1594.

93. Quoad tertiam difficultatem, nempè, an Vicarius poſſit conferre beneficium abſque facultate ipſi conceſſa ab Epiſcopo, dico iuxta textum noſtrum, poſſe inſtituere, ſed non conferre, quando tamen non habet mandatum limitatum, undè dicendum eſt Vicarium Generalem Epiſcopi non habentem authoritatem limitatam præſentatum à patrono inſtitue e poſſe illum in beneficium, abſquè nova conceſſione authoritatis, facit gloſ. verbo non poſſunt in C. ſi de officio Vicarij lib. 6. Roc. de iure patronatus verb. competens q. 31. n. 66. & 67. Lambert. eod. tract. p. 3. lib. 2. art. 5 q. 1. in princ. Covar. lib. 3 variar. cap. 20. n. 7. Selva de beneficijs p. 2. q. 14. Cald. Perreira de renovatione emphyteuſ. q. 12. n. 11. Vivian. in praxi iuris patronatus p. 2. lib. 2. cap. 2. n. 3. Sbroz lib. 2. q. 111. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 9. §. 1. n. 78. Suar. de Paz. in pract. tom. 2. prælud. 3. n. 7. & 8. Quintanadad. lib. 1. Eccleſiaſt. cap. 5. n. 7. praxis Epiſcoporum p. 1. verbo Vicarius §. 14. Azor. cap. 44. q. 5. & lib. 6. cap. 22. q. 3. Nicol. Garg. cap. 8. n. 84. cum ſeqq. adeſt etiam determinatio Sacræ Congregationis, prout refert dictus Garg loco citat. idem affirmans, & idem cit. p. 8. cap. 4. n. 50. Rotam Romanam pro hac mea concluſione.

94. Quarta, & quinta difficultas ità reſolvenda eſt, quod videlicet Clericus non adhuc in ſacris conſtitutus poteſt præſentari pro Eccleſia Parrochiali, non tamen quando eſt Eccleſia Parrochialis liberæ collationis, quia in tali caſu iuxtà textum noſtrum debet talis Clericus ſaltem Subdiaconatus ordine eſſe inſignitus, C. ex frequentibus, extra, de inſtit. ſi enim ille, qui eſt Subdiaconus inſtitui in Epiſcopum non poteſt, & eligi C. a multis, de ætate, & qualitate, & ſup. de electione, multo magis, non poterit quis ad ius patronatus curam animarum habentem præſentari, & in talem Eccleſiam eligi, vel

inſtitui, dummodò, per breve tempus ordinari poſſit in Sacerdotem, nam proximè accingendus habetur pro accinto, ut dicunt Canoniſtæ. Potentia actui proxima habetur pro actu ex diſpenſatione, l. pen. ff. de teſt. & C. præterea de ætate, & qualitate; poteſt enim ſi iam eſt in ſacris conſtitutus diſpenſari ab Epiſcopo, quia cum talis diſpenſatio non ſit reſervata Papæ, cenſetur inferioribus conceſſa, ſic Ioannes Andreas in C. licet, Canon. de elect. in 6. & ſequitur Abb. in dicto, C. præterea, & hæc circa quartam, & quinctam difficultatem.

95. Ad ſextam quæſtionem, dicendum eſt, quod ſecundum textum noſtrum in §. defertur, multa debentur patrono Eccleſiæ ab inſtituto in illam. Primo circa honorem proceſſionis, nam ſi patronus, eſt res, ſivè Princeps Magnus ad Eccleſiam, cuius eſt patronus, debet Prælatus, cum Clericis ſibi obviam procedere; quando patronatus eſt magnus; & hoc ego vidi ſervare Venetijs in Eccleſia S. Marci, ubi Dux habet ius patronatus, & ſic deberet fieri, in Eccleſia S. Laurentij Florentiæ, ubi Magnus Dux habet ſuum ius patronatus, ut per Abb. in C. nobis eod. nec non dicendum eſt, quod ſi patronus, & eius filij deveniant in viliſſimam fortunam ratione paupertatis, tenetur Parocus ab ipſis inſtitutus dare alimenta, ſecundum redditus iuris patronatus, & ſi 16. q. 1. C. quoniam, & 12. q. 2. C. aurum, præcipitur ut Eccleſia ſubveniat pauperibus indiſtinctè, tamen maiori ratione patrono Eccleſiæ alimenta præbere debet, ſi in neceſſitate eſt redactus C. cum in officijs de teſtam. & not. in C. quiqunque 16. q. 7. nam ipſe patronus habet actionem contra Ecclaſiam, non ſic alij pauperes, ut not. in C. ſicut hij diſt. 47. & C. exigunt 1. q. 7. & per Bartium in cap. 1. de emption. & vendition. at patronus habet actionem contra Eccceleſiam, ut dixi, per C. quiqunquæ, & C. nobis eod. & facit argumentum in l. ius alimentorum ff. ubi pupil. educ. debent, & magis ei, qui aliquando fuit dives, quàm ei, qui nunquam, ut C. non cogan-

gantur diſt. 41. Quod eſt intelligendum quando patronus in ſumma egeſtate deductus eſt, ut accidit aliquando Piſis, & Peruſiæ. Piſis aliqui de familia Caſapieri aliàs Patroni, & fundatores Monaſterij Divi Matthæi, in maxima ægeſtate redacti; iudicatum fuit, ut moniales dicti Monaſterij darent congrua alimenta dictis fundatoribus, uſquè dum venirent in meliorem fortunam; Peruſiæ vero prout refert Dominus Lancellottus, aliqui de familia Guidalottorum cum eſſent fundatores, & patroni Sapientiæ novæ, & eſſent pauperrimi, Sapientiam eos alebat; quare de hac mea concluſione non eſt dubitandum.

In §. tollitur ius patronatus cum seqq.

Duo hic quæruntur ab authore, primo, an ius patronatus tolli poſſit, quomodo, & quando; & certè non ſunt parvæ difficultates, neque ſpernendæ, cum accidant quotidiè de tali re in tribunalibus Eccleſiaſticis difficultates.

96. Dico ergo. Primo, quod ſecundum textum noſtrum in dicto §. paito, & ſequenti, pluribus de cauſis tollitur ius patronatus, ceſſione nempè, conſtitutione Collegij, Eccleſiæ deſtructione; ſivè cauſa terremotus, aut incendij, aut delinquendo patronus, &c. amittitur ius patronatus, ut in pluribus caſibus ponẽdis hic apparebit quomodo poſſit amitti.

97. Poteſt enim amitti ius patronatus à patrono abſquè delicto, & ſua ſine culpa V. G. ſi Eccleſia deſtruatur, ſi ibi, aut alibi ab alio reædificetur. Sic Lelius Zechius de benefic. & penſ. cap. 12. n. 48. ita etiam firmat Ludoviſ. qui fuit Gregor. XV. dec. 405. n. 1. Limitatur tamen quando reædificatio fieret ex cementis Eccleſiæ iam diruptæ, nam tunc eſſent ambo patroni; ut patet in Nolana beneficij 19. Ianuarij 1594. coram Arrigon. item erit ſi dos fuerit conſumpta; nam tunc dotans fit patronus, ratione redotationis, ut alibi dixi in hac Rubrica. Roc. de Curt. de iure patronatus, verſ. conſtru-

ſtruxit q. 8. n. 13. Vnde advertendum, quod patronus tenetur reædificare totam Eccleſiam diruptam, ſi vult eſſe patronus, & ſuum Ius patronatus vult reacquirere, immò ſi eſt Parrochialis Eccleſia tenetur etiam ad reparationem domus Parrochi, & quando ſunt plures patroni, omnes concurrere debent pro rata, aliàs non reacquirit ſuum ius patronatus ille, qui in hac re deficit, ſed ius patronatus remanet penes concurrentes pro rata, ad talem reædificationem, & ſi extraneus vellet talem Eccleſiam diruptam reædificare non admittitur. Sic Card. Tuſc. pract. concl. litt. I. concl. 120. n. 4.

98. Secundò amittitur Ius patronatus, quando cauſa ob quam quis erat patronus, perempta eſt, ſic firmat Paulus de Citad. de Iure patronat. p. 3. in p. cauſ. acquiren. Ius q. 16. Lambertin. de Iure patron. lib. 3. q. 7. art. 1. Amittitur etiam ſi Papa illud ſupprimat, ſicut ſupprimere poteſt. Lambertin. ubi ſuprà q. 7. art 6. Ratio huius ultimæ concluſionis eſt, quia patronus habet Ius patronatus ex gratia cap. 3. de iure patr. Vide Fel. in C. quæ in Eccleſiarum col. 14. de conſtit.

99. Tertiò, amittitur Ius patronatus ſi Eccleſia patronata libertatem acquiſivit, eò quia per plures vacationes patroni non præſentarunt; ſic Abbas conſ. 106. lib. 2. col. penult. & facit Text. in C. de 4. ubi Innocent. notat de præſcriptione, & tempus præſcriptionis illud ſufficiet, quod requiritur ad præſcribendum contrà Laicum, ideo eſt quod ſi Laicus contrà Laicum præſcribat patronatum alicuius Eccleſiæ patronatæ, hoc tamen non procedit, quando talis non uſus provenit ex eo quod caſus vacationis non evenerit, etiam ſi per annos centum, vel ſi evenerit, Papa contulit denegando Iuris patronatus; Vide Firman. in tract. de Epiſc. par. 3. q. 23. & Card. Tuſch. ubi ſuprà n. 6. Card. Seraph. dec. 1367.

Nam indubitatum eſt, homines ſupervixiſſe centum annos, nam Avus meus vixit centum & quatuor annos: De multis alijs Card. Baron. vixiſſe aliquos refert ſuprà annos viginti quinque, immò Vivian. in par. 3. de Iure patron. p. 3. lib. 15. cap. 1.

cap. 1. refert, Terentium Marci filium Armini, &c. vixiſſe centum & quinquaginta annos, & multos alios ſupra centenarios vixiſſe adducit.

100. Quartò amittitur Ius patronatus ſi patronus, vel patroni illud cedant, vel cedat, donet, vel alteri renunciet, cum Epiſcopi conſenſu, vel ipſimet Eccleſiæ illud cedat, C. unico de Iure patron. lib. 6. non amittitur tamen Ius patronatus à patrono per decretum factum ab Epiſcopo, vel Viſitatore, quod quilibet doceat de ſuo Iure patronatus intra certum tempus, ſub pœna privationis, niſi Ius patronatus competat ex privilegio, ad not. per Anchar. conſ. 60. & Felin. in C. licet belli de ſimonia, & fuit dictum in Comen. Capellaniæ 5. Iulij 1593. coram Peniæ.

101. Quintò, amittitur Ius patronatus quando patronus permittit, quod Eccleſia, quæ non erat Collegiata, fiat Collegiata ſine aliqua reſervatione ſui Iuris, quia tunc non habet Ius, neq authoritatem preſentandi principalem Rectorem in tali Eccleſia. Sic habetur per gloſ. in C. nobis verb. capella de Iure patron. Paulus de Citad. p. 3. tit. 14. n. 2. Maſſab. in pract. &c. Sicut & amittitur etiam Ius patronatus quando patronus permittit ut Eccleſia ius patronata uniatur cum alia, Lambert. q. 7. art. 10. Ceſſat per lineæ extinctionem, ſi non ſit facta reſervatio in limine fundatinois, quod ad hæredes tranſeat, ut dicunt communiter dd. & concludunt in cap. 1. de iure patronatus, & latè de ac re tractat moneta de commutatione ultim. vol. cap. 11. n. 134.

102. Sed ponamus caſum, quod Eccleſia patronata non haberet redditus ſufficientes pro ſubſtentatione rectoris, & uniatur cum alia liberæ collationis, quid tunc agendum, certe alternatim, pro una vice dicta Eccleſia dabitur ab Epiſcopo, pro alia à patrono, & ſic erit alternativè ſequendum, & circa hanc rem vide Lambert. lib. 3. q. 7. per omnes articulos dictæ quæſtionis.

103. Amittitur ius patronatus etiam per non uſum, & tunc

tunc ſi fuerit factus actus poſitivus contrarius directè ſervituti argument.l. hæc autem, & ibi doct. ff. de ſerv. verb. Prælati Rota dec. 109. n. 8. & ſeq. p. 2. diverſ. & fuit dictum in Imolis iuris patronatus 26. Martij 1595. coram Card. Pamphilio, requiruntur tamen in hoc multa, ut videre eſt apud Ripam in C. cum Eccleſia Sutrina n. 64. de cauſ. poſſeſſor. &c. Calder. conſ. 15. de iure patron. dec. 109. n. 11.

104. Amittitur tamen ius patronatus ratione debiti patroni nempè, quando ab ipſo venditur alteri ius patronatus, quia vendi non poteſt C. de iure patronatus; quia tunc patronus amittit ius patronatus, & emptor pretium perdit C. quia Clerici de iure patronatus, ſicut ſi patronus indignum præſente tempore vacationis, pro illa vice perdit ius p. Sicuti ſi eſt patronus ingratus Eccleſiæ perdit ius p. Si in hæreſim labatur perdit ius patronatus, videatur Suar. in tract. de religionis tit. 7. q. 32. n. 9. & 10. & q. 38. n. 2. habetur text. in C. cum ſecundum de hæret. lib. 6. & omnia eius bona fiunt Eccleſiæ, ut dixi in meo opuſcolo de Iudice S. Inquiſitionis, verum eſt, quod ſi revertatur ad fidem, recuperat ius patronatus, Abb. in C. quia diligentia de electione; & id quod dictum eſt de incidentibus in hæreſim, dicitur de receptatoribus, & fautoribus hæreticorum; de Apoſtatis, ac de inſordeſcentibus in excommunicatione maiori per annum, quia iſti cenſentur hæretici; ſicut etiam valet de ſchiſmaticis Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 83. n. 13. & 14. praxi Archiep. Leon. cap. 21. de iure patron. n. 31. Moneta de cummut. vol. ultim. cap. 11. n. 158. & ſeqq. & hoc quod dictum eſt de ſupradictis valet etiam de illis, qui committunt delictum læſæ maieſtatis humanæ Abb. in C. Laici de iure patronatus, ubiqunque tale delictum committant. Abb. C. quia diligentia in fine, & firmat Lambert. de iure patronatus lib. 3. q. 8. art. 5.

105. Proditores Patriæ, occidens rectorem, vel per alium hoc faciens, amittunt ius patronatus. Si patrones Eccleſiæ ſunt

ſunt, vide Clement. ne in agro §. quia vero de ſtatu monacorum, & C. quibuſdam §. ſacri de pœnis, quæ quidem pœnæ multæ ſunt, ut habetur in §. ſacri citato, ubi gloſ. verb. prorſus amittat, & ibi Abb. in 2. niſi patronus id faceret ob ſui defenſionem, ad vim vi repellendam. Quod etiam valet, ſi patronus, occidat, capiat, aut in bandum mittat Epiſcopum, C. ad aures de pœnis, & Clement. 1. de pœnis, vel Cardinalem C. fęlicis in princ. de pœnis lib. 6. Amittur etiam per ſententiam iudicis competentis latam. Lambert. lib. 3. q. 8. per omnes articulos; ſicut, & patronus ſibi Eccleſiæ uſurpans fructus, aut bona Eccleſiæ, de qua eſt patronus ius patronatus amittit. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. in verſ. Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ, & ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. in verſ. patroni autem beneficiorum, videatur praxis Archiepiſcopalis Leon. ſupra cit. n. 31. ubi clarè hoc habetur, & alij caſus, a quibus amittitur à patrono ius patronatus.

106. Et quia ſupra in hac Rubrica n. 78. in §. quod ſi neceſſarium dixi, quod ſi Epiſcopus vacante Eccleſia collegiata ibi poneret Vicarium cum diſpendio Eccleſię, faceret iniuriam Eccleſiæ prædictæ, & iniuſtitiam, nec non contra iura ſponſæ ſuæ, & in eade Rubrica ſub n. 103. cum de iure patronatus in §. ſunt autem, etiam dixi, quod Curatus Eccleſiæ patronatæ tenetur alere patronum, quando in maxima paupertate deveniſſet ratione gratitudinis, &c. ideo hic ponam Appedicem in qua de debito mariti cum ſponſa ſua, & è contra, nec non de peccato ingratitudinis aliquid dicam, ne hoc opus ſit ſolum pro Canoniſtis, ſed pro confeſſarijs, etiam inſerviat.

APPENDIX

De debito ſponſi cum ſponſa, & de ingratitudis peccato.

1. HÆc materia de debito coniugali, cum ſit vaſtiſſima, & parum, aut nihil conſiderata à coniugibus, ideò

tunc ſi fuerit factus actus poſitivus contrarius directè ſervituti argument.l. hæc autem, & ibi doct. ff. de ſerv. verb. Prælati Rota dec. 109. n. 8. & ſeq. p. 2. diverſ. & fuit dictum in Imoli iuris patronatus 26. Martij 1595. coram Card. Pamphilio, requiruntur tamen in hoc multa, ut videre eſt apud Ripam in C. cum Eccleſia Sutrina n. 64. de cauſ. poſſeſſor. &c. Calder. conſ. 15. de iure patron. dec. 109. n. 11.

104. Amittitur tamen ius patronatus ratione debiti patroni nempè, quando ab ipſo venditur alteri ius patronatus, quia vendi non poteſt C. de iure patronatus; quia tunc patronus amittit ius patronatus, & emptor pretium perdit C. quia Clerici de iure patronatus, ſicut ſi patronus indignum præſente tempore vacationis, pro illa vice perdit ius p. Sicuti ſi eſt patronus ingratus Eccleſiæ perdit ius p. Si in hæreſim labatur perdit ius patronatus, videatur Suar. in tract. de religione mentis tit. 7. q. 32. n. 9. & 10. & q. 38. n. 2. habetur text. in C. cum ſecundum de hæret. lib. 6. & omnia eius bona fiunt Eccleſiæ, ut dixi in meo opuſcolo de Iudice S. Inquiſitionis, verum eſt, quod ſi revertatur ad fidem, recuperat ius patronatus, Abb. in C. quia diligentia de electione; & id quod dictum eſt de incidentibus in hæreſim, dicitur de receptatoribus, & fautoribus hæreticorum; de Apoſtatis, ac de inſordeſcentibus in excommunicatione maiori per annum, quia iſti cenſentur hæretici, ſicut etiam valet de ſchiſmaticis Mareſcot. var.reſol. lib. 1. cap. 83. n. 13. & 14. praxi Archiep. Leon. cap. 21. de iure patron. n. 31. Moneta de cummut. vol. ultim. cap. 11. n. 158. & ſeqq. & hoc quod dictum eſt de ſupradictis valet etiam de illis, qui committunt delictum læſæ maieſtatis humanæ Abb. in C. Laici de iure patronatus, ubiqunque tale delictum committant; Abb. C. quia diligentia in fine, & firmat Lambert. de iure patronatus lib. 3. q. 8. art. 5.

105. Proditores Patriæ, occidens rectorem, vel per alium hoc faciens, amittunt ius patronatus. Si patrones Eccleſiæ

ſunt

ſunt, vide Clement. ne in agro §. quia vero de ſtatu monacorum, & C. quibuſdam §. ſacri de pœnis, quæ quidem pœnæ multæ ſunt, ut habetur in §. ſacri citato, ubi gloſ. verb. prorſus amittat, & ibi Abb. in 2. niſi patronus id faceret ob ſui defenſionem, ad vim vi repellendam. Quod etiam valet, ſi patronus, occidat, capiat, aut in bandum mittat Epiſcopum, C. ad aures de pœnis, & Clement. 1. de pœnis, vel Cardinalem C. fęlicis in princ. de pœnis lib. 6. Amittur etiam per ſententiam iudicis competentis latam.. Lambert. lib. 3. q. 8. per omnes articulos; ſicut, & patronus ſibi Eccleſiæ uſurpans fructus, aut bona Eccleſiæ, de qua eſt patronus ius patronatus amittit. Trident. ſeſſ. 22. cap. 11. de reform. in verſ. Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ, & ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. in verſ. patroni autem beneficiorum, videatur praxis Archiepiſcopalis Leon. ſupra cit. n. 31. ubi clarè hoc habetur, & alij caſus, a quibus amittitur à patrono ius patronatus.

106. Et quia ſupra in hac Rubrica n. 72. in §. quod ſi neceſſarium dixi, quod ſi Epiſcopus vacante Eccleſia collegiata ibi poneret Vicarium cum diſpendio Eccleſię, faceret iniuriam Eccleſiæ prædictæ, & iniuſtitiam, nec non contra iura ſponſæ ſuæ, & in eade Rubrica ſub n. 103. cum de iure patronatus in §. ſunt autem, etiam dixi, quod Curatus Eccleſiæ patronatæ tenetur alere patronum, quando in maxima paupertate deveniſſet ratione gratitudinis, &c. ideo hic ponam Appedicem in qua de debito mariti cum ſponſa ſua, & è contra, nec non de peccato ingratitudinis aliquid dicam, ne hoc opus ſit ſolum pro Canoniſtis, ſed pro confeſſarijs, etiam inſerviat.

APPENDIX

De debito ſponſi cum ſponſa, & de ingratitudis peccato.

1. HÆc materia de debito coniugali, cum ſit vaſtiſſima, & parum, aut nihil conſiderata à coniugibus, ideò

cum coniux ſpiritualis, nempè Curatus, qui à ſuâ ſponſa alimentatur, videtur quod ex iuſtitia, ipſam tenetaur alere, & oves eius ad bona paſcua ſalutis pro viribus ducere, non ſolum verbo, ſed exemplo operum iuxta illud Chriſti Domini, non docuiſſet verbo, niſi etiam firmaret exemplo, oh utinam Parochi ſaperent, & intelligerent, & noviſſima prævidèrent, quia non relinquerent Eccleſias ſuas veſtibus ſacris denudatas, ut veſtibus ſericis ſe ipſos veſtirent, & parentes ſuos impinguarent, etenim, altaria, & pauperrima videntur, vaſa pro tanto Sacrificio Euchariſtiæ ordinarij metalli conſpiciuntur ibi; & in menſa illorum, videtur tabalæ albæ, ut nix, & vaſa argentea; non enim Eccleſia eſt ſerva, ſed ſponſa, igitur ſi ſponſa, eſt propria ipſius parochi, ſic parocus totus debet eſſe pro ipſa; & ſi in neceſſitate poſitus patronus Eccleſiæ patronatæ, Curatus talis Eccleſiæ tenetur ipſum alere, quanto magis tenebitur alere Eccleſiam ſponſam ſuam!

2. Recordentur Curati, ac Prælati, quod de dote Eccleſiæ non ſunt Domini, ſed puri adminiſtratores, & illam tertiam partem Eccleſiæ ipſi conferre debent, tertiam ſibi, & aliam tertiam partem pauperibus, & ſi aliter ſe gerant ad reſtitutionem tenentur, ut omnia iura clamant, & DD. firmant, hæc obiter dixi.

3. Venio modo ad debitum inter ſponſas corporales manens debitum Matrimonij corporalis inter ſponſas, ſivè coniuges, & quomodo ſine culpa ſit licitum hijs duobus verſibus explicatur.

Sit modus, & finis, ſinè damno ſolve cohere.
Sit locus, & tempus, tactus, ne ſpernito voto.

4. Ex parte modi, vel ſitus uſus Matrimonij redditur vitioſus, quia adverſatur modo concubendi, qui talis eſſe debet, ut vir incobus ſit, mulier vero ſuccuba; quapropter quadrupliciter, coniunctio matrimonialis corporalis fieri poteſt modo indebito. Primo, quando maſculus eſt ſuccubus, fœmina vero ſupergreditur. Secundo, quando præpoſteræ

fit

ſit, quamvis in vaſe naturali (ſine neceſſitate) Tertio, quando copula fit ſedendo [ſimiliter ſine neceſſitate] Quarto, quando conſumatur copula ſtando [ſimiliter ſine neceſſitate] Quæ quidem neceſſitas, vel eſt quando unus ex coniugibus aliàs choire non poteſt, alio modo manendo, ſic firmant Appontius, & Toletus primus de Matrimonio lib. 10. cap. 11. ſecundus lib. 7. cap. 24. n. 1. ſequntur Henriquez lib. 11. cap. 16. n 6. Coninch d. 34. d. 9. n. 80. Reginald. lib. 31. n. 335. Sanchez lib. 9. diſp. 16. n. 3. Diana p. 3. tract. 4. reſol. 204. quia dum intra vas choitur culpa venialem non excedit, nam tunc generatio naturalis non impeditur, ita firmat de Graſſ. 1. p. lib. 2. cap. 82. n. 13. Filiucc. tract. 10. n. 329. Reginald. Sanchez, & Pontius pluribus in locis.

5. Quoad finem Matrimonij loquendo, finis uſus multiplex eſſe poteſt inter virum, & uxorem, indubitatum eſt, quod 1. finis eſt prolis 2. finis incontinentiæ 3. debiti redditio 4. ſignifatio unionis, unificatio unionis cum Eccleſia, & Chriſto, ſanitas corporis, delectio carnalis, hoc poſito dicendum eſt, licitum eſſe actum coniugalem relatum in bonum prolis, aut in bonum fidei, nempè, ut exercetur, ut proles habeatur proles, ut fidei ſervandæ alteri coniugi, debitum ipſi reddendo, dum petit. Si hic finis in ſala prole ſit firma, à culpa veniali immunis non erit; è contra verò ſi coniuges intendat prolem ad cultum Dei amplificandum, ſinè ulla culpa coniunctio erit, quia talis actio eſt ordinata ad primum finem Sacramenti Matrimonij immò ad meritum tunc eſſet, ſi actu, vel habitu proles referatur in Deum, ſic Bonacc. de matrim. q. 4. punct. 6. n. 6 Reginald. Sanchez, & D. Thomas in 4. diſt. 31. q 2. art. 2. ad 1.

6. Sed hic oritur dubium ex dictis, ſi ſenibus licitum eſt contrhaere matrimonium, etiam ſi prolis non ſint capaces, quomodo ſolvatur talis matrimonij ligamen licitum eſſe. Ego dicerem, quod finis ſecundarius in hac re ſalvaret à culpa.

7. De modo, quorum contingit, quod aliquando aliqui

coniuges in timorati Dei, vaſe naturali dimiſſo, abutuntur, vaſe non naturali, vel extra legitimum uſum, ſivè vos, non poſſunt hoc ſinè culpa lætali facere, nam generationem impediunt; non ſic quando in vaſe naturali cohire habent, etiam ſi non ſervato modo naturali, quia tunc ſolum venialiter peccant Graff. p. 1, lib. 2. cap, 82. n. 13. Filiucc, tract. 10. n. 329. Reginald. Sanchez d. 16. n. 4. Pontius cap. 11, n. 7.

8. Hinc adverte (oh lector) id quod dicunt aliqui DD. ut Sylveſter, Divus Antoninus, & Sanchez, qui meo videri non bene ad veritatem accedunt, nimis enim ſcrupoloſi ſunt. Aſſerunt namque, quod tam mulier, quam vir coniux carne ſtimulatus ad rem alienam, ſi non poſſit alia via ſuperare ſtimulationem, nempe, ieiunio, mortificatione, vel alio poſſit accedere ad mulierem ſolum venialiter pecando, ad ſtimulum carnis expellendum, non bona ſententia eſt, nam matrimonium datum, eſt ad finem ſecundarium etiam nempè ad ardorem libidinis extinguendum, & precipuè, ut ſupra dixi n. 6. illi qui ſunt incapaces ad prolem, non poſſent convenire niſi prius alia remedia pœintentiæ adhibita; nec ad tuendam ſanitatem, licitum eſſet ad uxorem ſuam accedere, quando nullum aliud remedium invenitur, quod falſum eſt, nam qui ſanitatem ſuam ex coniunctis intendit, prolem intendit, & prolis bonum, nam dum morbo laborat ineptus, & eſt ad prolem producendam, ita firmat Henriquez lib. 11. de matrimonio cap. 15. n. 4. Reginald. Rodriquez, & Layman. lib. 5. tract. 10. p. 2. cap. 4.

9. Circa voluptatem uſus coniugij culpa lætalis eſt accedere ad uxorem ſuam, quando ita accenſus erat vir, vel mulier fomite luxuriæ, ut etiam cum alia, vel alio rem haberet ſi occaſionem habuiſſet, ratio eſt, quia iſtæ, vel iſta habet animum fornicandi, verum eſt quod ad hoc ut in tali actione ſit culpa lætalis, debet permanere illa prava voluntas quæ non ſufficit habitualis, ſed actualis requiritur, ratio mea eſt, quia per nullũ habitum, quis meretur aut demeretur, unde

eſſet

eſſet culpa mortalis ſi coniux in actu coniugij, delectetur in alterius virum, vel vir in alterius mulierem, vel aliam mulierem extra ſuam uxorem, nam eſſet delectatio moroſa in obiecto lætaliter malo: non ſic ſi delectaretur de pulchritudine, ut ſic indifferenter, quia tunc delectatio in nullum obiectum turpe fertur, immò ad honeſtum finem tunc dirigitur, verum eſt quod ego ab hac re diſſuaderem coniuges, videatur Sylveſter verbo debitum q. 2. Sanchez de matrimonio diſp, 17. l. 9. n. 6. verum eſt, quod ſolius voluptatis actus coniugalis culpa venialis erit, dum tamen coniux modus matrimonij non excedat; & etiam certum eſt apud DD. quod quamvis petens venialiter peccet ob præciſos fines, alter tamen reddere debitum tenetur, & nullo modo peccabit reddendo. Sic ſancivit Angelicus Doctor in 4. diſt. 32. Tolet. lib. 7. cap. 24. n. 1. Bonacc. &c. Sylveſt. in ſupplem. q. 49. concl. 2. n. 6. Navarr. cap. 16. n. 23. Coninch. d. 34. dub. 1. Diana de circunſtantijs reſol. 13. p. 1. in hoc tamen me remitto propoſitionibus Pontificis, &c.

10. Tamen hijs non obſtantibus firmat Baſſ. de debito coniugali pag. 270. col. 2. n. 6. probabilis ſententia eſt, quod acceſſus ad uxorem ratione voluptatis non eſſet peccatum veniale, quia libido illa matrimonij nullo modo limites pertranſit, nam à principio coniuges matrimonio ſe coniunſerunt propter illum finem, unde ipſi à multis venialibus excuſantur, enim eſt illicitum delectari in re, quam quis licite poteſt operari, nam operan. ob delectationem, operatur ob honeſtum, finem, in caſu tamen licito, ſic Pontius lib. 1. cap. 21. n. 6. & 7. & lib. 10. cap. 8. Diana p. 3. tract. 4. reſol 216. Sac. in ſelect. diſp. 23. n. 25.

11. Ad illam particulam contectam in verſibus; *ſine damno*, hic agitur de tempore, quo uxor eſt pregnans, aliquando coniux voluptate captus ad ſuum accedit, ita ut paratus ad accedendum etiã ſi habet ſuũ non eſſet, eo quia tale, ac tantum animum fornicandi, in tali autem acceſſu requiritur illa prava

volun-

voluntas ; & advertere debet, ut in ipſo actu vitetur damnum, cuius conditionis defectus peccatum mortale evenire potest in ipſo uſu matrimonij, quando inde periculum abortus probabiliter, timetur, & præcipuè tempore coagulationis ſeu formationis fœtus, quia tunc temporis, ob delectationem matris aperitur, & materia, ſivè ſubſtantia illa ſeminalis, non dum perfectè coagulata effunditur. Sicut, etiam eſt periculum, quando ante partum proximè congrediuntur, quia tunc periculum eſt ut fœtus ſuffocetur ob ſeminis abundantiam, unde ſub mortali tenentur coniuges tale periculnm evitare. Sic firmat Valentia tom. 4. diſp. 10. q. 6. punct. 2. Sanchez lib. 9. d. 22. n. 1. Coninch dub. 9. n. 77 Sylveſt. verb. deb. n. 8. Reginald. & alij.

12. In tempore autem menſtrui naturalis, ſecundum probabilem ſententiam Doctorum eſt veniale peccatum accedere ad uxorem, ob inhoneſtatem, & turpitudinem naturalem, tanto magis, quod in illo tempore uxor eſt inepta ad ſemen retinendum. Quando verò menſtruorum fluxus eſt innaturalis, & continuus, non eſt peccatum acceſſus in viro ad ſuam uxorem; aliàs, aut raro, aut numquam poſſet uti iure ſuo, ſicut ſi vir patiatur fluxum ſeminis neque venialiter petendo debitum, etiam ſi ſemen illud ad generationem ſit ineptum, & ſic proles indè nullum patitur damnum. Sic dicit Henriquez ib. 11. de matrimonio cap. 15. n. 7. cum Sylveſt. & Tolet. ſeqq. Sylv.

13. An vero mulier reddendo debitum marito petenti tempore menſtrui peccet mortaliter, cum ſit maxima turpitudo in illa actione, non deficiunt, DD. qui aſſerant, mulierem non teneri reddere debitum ſinè culpa letali, quia turpitudo ſe tenens ex parte actus facit actum illicitum, at cum probabiliori ſententia, ego dico quod ſi mulier requiſita a viro ſuo de debito, & ipſa neget, ob rationem menſtrui, dicendo non poſſum, quia mihi menſtrualia tempora ſunt, & ipſe vir adhuc eſt oſtinatus in petendo, poteſt mulier tunc reddere viro ſuo

debi-

debitum abſquè ulla culpa, ità tenet Sanchez, Coninch diſp. 34. dub. 9. n. 76. Diana de Sacram. reſol. 204. p. 3.

14. Non deficiunt multi DD. graviſſimi, qui aſſerunt non eſſe licitum viro, & uxori in diebus feſtivis habere rem ſimul, ſicut nec in die communionis, Ieiunij, orationis univerſalis, quia in talibus temporibus, mens debet eſſe tota in Deum intenta, huius opinionis, eſt Magiſter ſententiarum, Durandus, & alij cum aliqubus PP. vera tamen ſententia eſt, quod abſtinendum ſit ob reverentiam, non tamen eſſe illicitum, quia actus coniugalis ratione ſui nullo modo prohibetur in dictis diebus. Sic Pontius lib. 10. cap. 9. Sanchez lib. 9. diſp. 12. Coninch. diſp. 34. dub. 9.

15. Verbum autem illud; *ſolve*, indicat rectum matrimonij uſum, nempè reciprocum debitum, viri, & uxoris, ita ut alter de iuſtitia teneatur petenti reddere, ſub pœna peccati mortalis, non excuſante cauſa rationabili, prout teſtatur Reginald. lib. 31. n. 344. quem ſequitur Toletus.

16. Et quia ius, quod habet coniux in ſui coniugis corpus ſit eius ſemen habere, id circo in actibus ſuis coniugalibus debent coniuges ſimul ſeminare, tanto magis quod prout ego dico in meo ſerto Phyloſophyco cum de generatione p. 3. tam maſculus quam fœmina ad generationem concurrunt: licet ſe tactibus præparare ad copulam, ad hoc ut poſſint ſimul ſeminare, unde ſi unus anterior in ſeminando, ſit alter poteſt ſe tangere, ut ſeminet ad finem prolis generationis, & ad complementum actus coniugalis. Vide Henriquez contra aliquos lib. 11. cap. 16. Sa. verbo debitum n. 17. Sanchez diſp. 19. de Graff. 1. p. lib. 2. cap. 82. & 2. Bonacc. de matrim. q. 4. punct. 6. n. 14. & 15. Caietan. 2. 2. q. 154. art. 11. lib. 5. Diana p. 2. tract. 3. Miſcellan. reſol. 38. Filiuc. tract. 10. n. 330.

17. Verum eſt quod ad reddendum debitum obligatio, non urget, niſi ad illud reddendum, & complendum debito modo, quamquam vir petat cohire cum culpa veniali,

ratione

ratione ſitus, &c. tenetur uxor illi reddere, quia talis culpa eſt ſolum mala ex vehementi appetitu voluptatis ipſius viri circa rem ei licitam, cui uxor non cooperatur ſic ſcribit Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 9. diſp. 16. n. 3.

18. An vero liceat viro in copula cum ſua uxore non ſeminare eſt difficultas inter DD. nempè quando non ſeminat mulier, & non ſit periculum ſeminandi extra vas, nec mulier diſentiat, caſus eſt difficilis, ego tamen ſentirem in partem affirmativam. Ratio eſt quia copula abſquè ſeminatione inter maritum, & uxorem, eſt tantum tactus, quidam qui licius eſt coniugibus, ceſſante pollutionis periculo, ut docet Baſſ. de debito coniugali pag. 271. n. 11. nam ſicut poſſunt coniuges communi conſenſu non vacare copulæ, ac generationi, quarè eodem conſenſu non licebit illis, à copula incepta deſiſtere; ubi diſpendium ſeminis non ſit, nec unius, nec alterius; verum eſt quod ſtrictius rem diſcurrendo, quia eſt res valde periculoſa, dico quod abſquè mortali culpa fieri hoc non poteſt; etiam ſi ipſi coniuges in hoc experti ſint per plures vices quod ſemen non diſperſerint. Iuſta enim cauſa eſſet illis non ſeminandi quando ſeminatio noceret eorum ſaluti, vel ſi coniuges pauperes eſſent, prole ita abundent, ut illam alere non poſſint: vel ad ſedandam concupiſcentiam. Si autem fœmina iam ſemen emiſerit, vel ad id exercita ſit, ita ut probabile periculum ſeminandi adſit, lætaliter peccat maritus data opera à copula deſiſtens, ante proprij ſeminis effuſionem quia eſt peccatum contra naturam, cum ſit conſumatus coitus ex parte fœminæ, ex quo partim ſequeretur geratio accedente ſemine viri, ut concauſa, & conſequenter dicta generatio à viro impediretur, remitto me tamen in hac re prudentioribus, videantur Diana in hac materia tract. de ſacrament. reſol. 227. & 204. & p. 5. tract. 14. reſol. 57. Layman. lib. 3. ſect. 4. n. 19. Leſſ. lib. 4. cap. 5. num. 55. Pontius de matrim. lib. 10. cap. 11.

19. Quod uſus matrimonij ſit licitum contra nonnullos hæreti-

reticos quos confutat Bellarmin. Coninch. de matrim. à cap. 1. uſque ad 5. certum, & ſine dubio eſt, non eſt tamen ſub præcepti petere debitum; ratio eſt, quia quilibet poteſt iure ſuo cedere, quando tale ius pro ſe tantum eſt introductum. Sic in capite Apoſtolicam de regulis iuris C. ſi de terra de Privilegijs. Boſſ. de matrim. effect. cap 1. §. 3. a n. 15. & DD. fere omnes, & ſi ſub præcepto ſit illud reddere, ita ut coniuges mortaliter peccent quoties non reddunt petenti, ſivè expreſſè, ſivè tacitè fiat talis petitio, aut interpetrativè, quod maximè occurrit in ijs quæ ob pudorem non ſolent niſi tacitè, aut ſignis petere, & tunc vir tenetur ſtatim reddere, aliàs lætaliter contrà legem iuſtitiæ peccabit, ut bene docet D. Thomas in 4. diſt. 32. q. unic. art. 2. queſt. 1. Riccar. ibid. art. 1. q. 2. uxores verò non tenentur credere viros non petere ob pudorem, undè tuta conſcientia poterunt expectare, ut vir expreſsè petat, ſic firmat Sotus in 4. diſt. 32. q. unic. art. 2. verſ. at duplex, & confirmat Sanctus Doctor Angelicus ibidem art. 3. ad. 2. Sylveſter verbo debitum q. 8.

20. Immò ſi vir videtur ex aliquo ſigno periculum incontinentiæ in uxore, vel è contra, tenetur, tam unus qua alia reddere ſtatim, & ſe offerri, ut illum, vel illa n liberet à tali periculo. Sic idem Angelicus Magiſter loco cit. art. 2. quæſt. 1. ad 1. Sotus in 4. diſt. 31. q. unic. art. 4. concl. 1. in fine, & diſt. 32, q. unic. art. 4. concl. 1. in fine, & eadem diſt. q. unic. art. 2. Petrus Sotus lect. 14. de matrim. in fin.

21. Quare fit, quod dum coniux reddit ſe impotentem ad reddendum debitum coniugalem alteri coniugi medijs illicitis, peccat mortaliter, nam vigore iuſtitiæ quilibet tenetur ſe non reddere inpotentem ad debitum ſolvendum, videatur Angelus verb. debitum n. 6. Sylv. ibidem q. 1. Ledeſma de matrim. dub. 71. concl. 2. & D. Thom. in 4. diſt. 32. q. 1. art. 1. ad 3. Trullench. in prax ſacr. lib. 7. cap. 11. dub. 1. n. 4.

22. Quapropter ſe crebrò ſe coniux polluens, vel accedens ad alias fœminas, ita ut non ſit ſufficienter aptus pro uxore,

mortaliter peccat, non ſolum talia agendo, ſed præciſè, quia ſe impotentem reddit, ad debitum ſolvendum uxori ſuæ, & hæc eſt circunſtantia explicanda in confeſſione, ita Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 3. n. 3. immò etiam hoc facere debet ſi media fuerint licita; ut V. G. immoderate ieiunare, vigiliæ immoderatæ, & ſimilia; & certè, tam coniux, qua vir peccarent, ſi unus abſquè licentia alterius talia faceret, dum cognoſcit, ſe reddere inhabilem ad debitum alteri ſolvendum D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 10. Angel. loco cit. Filiucc. tract. 10. de matrim. p. 1. cap. 9. n. 305. cum alijs graviſſimis DD.

23. Poſſunt tamen coniuges multa facere, ut ieiunia Eccleſiæ, exercitia aliqua ſpiritualia, ſacras lectiones peragere etiam ſi aliquantulum extenuantur, dummodo ex hijs inhabiles non reddantur. Sanchez loco ſupra cit. n. 5. Sotus loco cit. q. unic. art. 1. in fine Filiucc. loco cit. & alij non pauci; non tenetur uti calidis, ut potentiores efficiantur, ſed ſolum ſe abſtinere ab illicitis, quibus impotentes fiant, ita Paludan. in 4. diſt. 32. q. 1. art. 2. n. 8. Antonin. S. & Sylv. loco ſupra cit. Tancredus lib. 9. diſp. 3. n. 1. cum ſeqq. quapropter libenter ego aſſererem, quod vir, qui nunquam cognoſcit uxorem ſuam, neque cum illa dormire habet non ſit abſolvendus; nam in mille periculis peccandi illam ponit, præcipuè quando uxor eſt iuvenis, & calida.

24. Vndè ſatis ex dictis clare colligitur, quod neque vir abſque conſenſu uxoris, neque uxor abſquè conſenſu viri poſſit vovere ieiunijs, vigilis, &c. quibus reddatur impotens, ad debitum reddendum, nam neuter eſt Dominus ſui corporis. Sic firmat Filiucc. tract. 10. de matrim. p. 1. cap. 9. num. 306. Sanchez. lib. 9. diſp. 6. n. 7. Palud. 4. diſt. 38. q. 3. art. 1. concl. 6. n. 10. Navarr. cap. 12. n. 61. Angelus verbo votum 2. n. 8. quod idem eſt dicendum de voto longæ peregrinationis. Quia ſunt talia vota nullius valoris, juxtà dictum Soti lib. 7. de iuſtitia q. 3. art. 1. verſ. an vero poſſit, & Rodriquez ſecun-

ſecundo tom. ſum. cap. 90. n. 7. dummodò talia vota facta ſint ſine conſenſu utriuſque partis, ita aſſerit Caietan. 2. 2. q. 88. art. 8. Navarr. cap. 21. n. 61. Sanchez lib. 9. diſp. 3. n. 8. nec poteſt mulier habitum mutare, nempe inducere ſe habitu, ut dicitur votorum abſque conſenſu ſui mariti, ſicut nec vir indui veſtibus Eremitæ abſquè ſuæ uxoris conſenſu, nam huiuſmodi veſtes ſolent horrorem cauſare; & ſolvere nexum amoris, inter coniuges.

25. An vero coniuges poſſint excuſari a ieiuniis Eccleſiæ, & ab obſervantia Quadrageſimæ quando ex iſtis impatentes fiunt ad reddendum debitum, affirmativam partem teneo; quia quando in aliqua actione, vel caſu concurrunt duo præcepta, unum nempe humanum, alterum naturale, naturale præceptum prævalet, & per conſequens illud eſequi debet, ſit cum ergo præceptum ieiunii Eccleſiaſtici, & Quadrageſimæ ſint de humano præcepto, debitum matrimoniale de præcepto naturæ, ſequitur quod hoc ultimum in tali caſu prævaleat, firmat meum dictum Caietan. in ſumm. verb. ieiunium cap. 8. de perſonis, quos obligat ieiunium §. excuſantur infirmi, Navarr. cap. 21. n. 16. Valentia 2. 2. diſp. 9. q. 2. punct. 5. §. neceſſitas excuſans. Sanchez ſupra cit. n. 10.

26. Immò ſi maritus imperet vxori, ut non ieiunet, ut ne deformis fiat, vel debilior deveniat, tenetur mulier obedire, quod idem valet de muliere talia imperante viro ſuo ob talem finem, & hoc ne affectus in eos deficiat. Sic Filiucc. tract. 10. de matrim. p. 1. cap. 9. n. 306. Sanchez lib. 9. diſput. 3. n. 11. Caietanus, & Navar. n. antecedenti ut ibidem, & hoc valet de fæmina, quæ nubere vult, ne deformis appareat, poteſt excuſari à Ieiunio, quotidiano, ſi vero maritus imperaret ſuæ vxori, ut non Ieiunaret, aut quadrageſimam non ſervaret in contemptum Eccleſiæ vxor non tenetur obedire, tunc enim potius Eccleſiæ, quam marito ab ipſa obtemperandum eſt, nam ceſſat tunc finis ſupra aſſignatus de debito matrimoniali, & eſt alius finis illicitus, &

 hære-

hæreticalis, nempæ matris Eccleſiæ contemptus. Phyliarius de officio Sacerdotis tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 25. §. quod Ieiunia, Sanchez n. 13. & alij, ſequitur Tancredus l. C. n. 5. in fine.

27. Hinc nempe ex uſque modo dictis colligo, quanta ſit obligatio Curati erga Eccleſiam ſuam ſponſam, quæ tantum dat ei, & tantum ab eo petit quantum ipſi debetur, & ſi licitum eſt mulieri non Ieiunare, ut poſſit marito in debito matrimoniali ſatisfacere, ut dictum eſt, credo quod ſponſo Eccleſiæ, obligatio ſit Ieiunandi, ut neceſſitatibus Eccleſiæ ſuæ ſponſæ neceſſaria providere poſſit; nam non dat de ſuo Eccleſiæ, ſed dat ſponſæ id quod propriũ ſponſę eſt, non enim ſponſa dat ſponſo dotem, ut ipſum ludis expendat, ſed ut ipſam, & filios melius Alere poſſit, oh utinam Parrocchiani temporibus noſtris Iuſtè non poſſint dicere, quãti mercenarij in Domo patris noſtri abundant pane, nos autem, fame perimus, nam non eſt, qui doceat Chriſtianam doctrinam, non eſt qui verbo Dei, & Sacramentis animas alat, non eſt pietas ergo mortuos ſeppelliendos. Si non currit pæcunia, &c. quaſi redditus Eccleſiarum dati gratis ipſi eſſent curatis. Recordentur illi, qui curam Animarum habent, & quod Eccleſiæ facti ſunt ſponſi de illo dicto divi Bernardi ſuper Canticha. *Improbe poſſunt eſſe affectus, quibus prodeſſe non curas, & quorum non Zelus ſalutem ſubiectione nimis ambitiosè tibi vendicas*, & alibi dictus Bernardus S. *Va tibi ſi praes, & non prodes; ſed va gravius, ſi quia praeſſe metuis, & prodeſſe refugis* hinc Criſoſtomus s. in dialog. lib. 2. dixit *multo conſilio, & prudentia opus eſt patroni, & milles ut dicitur, oculis, ad ſpeculandam undiquè habetudinem earum, quas gubernat animarum*, & idem Diuus Criſoſtomus ſuper illud Matth. 5. Aſcendit in monte, &c. ſic loquitur, *nemo poteſt in valleſtare, & de monte loqui, ubi ſtas inde loquere, aut unde loqueris ibi ſta; ſi in terra eſt animus tuus, ut quid de Cælo loqueris; ſi iuſtitiam non vis, ut quid præceptorem te iuſtitia facis;*

quare

quare Magiſtrum vocas, cuius non vis eſſe diſcipulus, recordare de eo quod dicit tibi Deus, *relinquet patrem, & matrem, & aderebit uxori ſuæ*. Loquitur ſcriptura de utroque ſponſo.

28. Redeamus ad noſtrum de ſponſo, & ſponſa corporali Quæritur modo hic, quando actus matrimonii ſit de ſe malus, & inducens culpam lætalem? Reſpondeo, & dico tunc matrimonij actus eſt malus, & peccatum mortale inducit, quando coniuges aliquid operantur, ne prolem generent; in qua re non ſufficit ſola intentio, & deſiderium non generandi, ſed requiritur aliquod opus factum adhunc finem. Sic Palud. 4. diſt. n. 21. q. 4. art. 2. n. 15. Sanchez lib. 9. diſp. 8. n. 10. Navar. cap. 16. n. 33. & alij.

29. An uti poſſint Coniuges matrimonio ſolum ad evitandam fornicationem, & hoc ſit peccatum; multi dicunt eſſe veniale peccatum; Sed ego cum Sanchez diſput. 9. Herriquez lib. 11. de mátrimonio cap. 15. n. 4. dico nullum eſſe peccatum; ſicut ſi uſus matrimonij ſit intentus ad corporis ſanitatem, videatur Sanchez diſput. 10. &, conſiderentur DD. ab ipſo citati Boſſius de effectibus matrimonij cap. 1. n. 324. ubi docet reddentem debitum ad bonum finem, & ut ſatisfaciat ſuæ obligationi nullatenus peccare, & ad reddendum teneri, docet Brognolus tractatu 19. cap. 4. n. 5. erit tamen peccatum veniale, ſi fiat ob puram delectationem, ſic firmat diuus Thomas in 4. diſt. 31. q. 2. art. 3. & Boſs. loco citato.

30. Ex eo, quod quis coniugum ſumptus eſt Euchariſtiam non licet aletri negare debitum, vel aliquid aliud agendum, poterit tamen iteratis prçcibus rogare coniugem, ut quieſcat abſque dicto actu, qui ſi non quieſcit, reddat, & fuſè hoc probat Sanchez lib. 9. diſput. 14. Filiucc. tractatu 10. cap. 9. n. 325. ratio huius concluſionis eſt, quia ex quadam æquitate, & Chriſti beneficio ſtatutum eſt nè coniuges ſe vitare teneantur cap. 1. de ſententia excomunicationis in 6. Boſſius l. C. cap. 1. §. 15. n. 279. cum Doctoribus ibi ab eo citatis.

31. Si

31. Si uſus matrimonis fieret in Eccleſia, eſſet ſacrilegium, eſſet Eccleſia etiam polluta ſi ſemen eſſet efuſum ſic iure Eccleſiaſtico ſtatuente in C. unico de conſecratione d. 1. & firmat Valentia 2. 2. diſp. q. 15. punct. 1. §. præterea etiam, Sanchez diſput. 15. n. 8. Tancredus l. C. diſp. 15. etiam ſi aliqui dicant, ut Sotus hoc eſſe verum per culpam illicitam, non vero per licitam; ſed hoc eſt falſum, & in copula licita eſt quando eſſent obſeſſi in Eccleſia, & alium locum non haberent, neque tempus; ſed ibi eſſent per longum tempus obſeſſi, ob periculum incontinentiæ, idem Sanchez lococitato n. 12. Filiucc. ſimiliter loco citato.

32. An a mortali peccato ſit excuſandus vir non ſeminans in actu coniugali.

Dubium aliud eſt, quando matrimonio conſumato ſuper venit coniugibus impotentia intra vas ſeminandi ob morbum aliquem, nempè ob ſenium viri, vel arctitudinem fæminæ, nullatenus eſt eis licita coniugalis copula, ſed amplexus, oſcula, &c. dummodo non ſit periculum pollutionis licita ſunt, tamquam veris coniugibus permictuntur. Si vero ſpes adſit ſeminandi intra vas, etiam actus matrimoniales conceduntur, etiam ſi extra vas, ſemen per accidens funderetur.

33. Sed maximum dubium eſt, quando mulier non poteſt ad effuſionem ſeminis viri retinere ſemen intra vas, an licitum ſit copulā inter uxoratos. Affirmatiuè eſt reſpondendum, quia hoc per accidens ſe habet, & preter intentionem, tanto magis, quod matrix fæminæ ſemper ſemen neceſſarium atrahit ad generationem, ſuperfluo expluſo, gutta etenim una ſufficit ſeminis ad genetationem, tenet Bonacc. Navar. cum alijs primus C. &c n. 17. ſecundus cap. 22. n. 60. Henriq. l. 11. cap. 16. n. 7 Sanchez lib. 9. diſput. 17. n. 20. 21. 22. Rubell. lib. 3. q. 16. Herriq. l. &c. n. 8. Reginaldus C. &c. n. 334. Verum eſt, quod ſi fæmina, &c. poſt quam coivit vim faciat, ut ſemen expellat peccat mortaliter, nam facceret contra finem à natura inſtitutum. Sanchez loco citato

Bello-

Bellochius de caſ. reſer. p. 2. q. 4. n. 35. & ſaltem in hoc faciendo mulier ſi aliqui abſolvant à peccatu lætali, non tamen poſſunt ipſam reddere liberam à peccato, ſivè gravamine conſcientiæ.

34. Sequitut difficultas in verbo *Choere* in poſitis verſibus contentum per quod coniugum cohabitatio in eodem Throro, & Domo ſignificatur; vndè qui vxores ſuas dimittunt, & in alienas regiones vagantur, manent in peccato mortali [ſi hoc abſque iuſta cauſa faciant] nec abſolvendi ſunt vſque dum non redeant cum ſua vxore, nam ſubtrhaunt uſum matrimonij, & cauſam dant uxoribus vitam malam tenendi, & fidelitati matrimonij obicem, ut ita dicam ponunt, hijs tempnribus præcipuè, immò dicerem, quod mulier ſequi virum tenetur, quando non habet legitimum impedimentum; nempe quod unus alterum traheret ad peccandum, vel alter eſſet factus infidelis, aut hæreticus, vel unus timeret ab alio occidi, vel malo contagioſo infectari, facit pro hac concluſione Tolet. lib. 7. cap. 25. Navar. cap. 16. n. 15. Valentia tom. 4. diſp. 10. q. 4. punct. 2. Sanchez diſp. 24. n. 19.

35. Hinc deduco, quod ſi maritus pellatur in exilium, mulier debet ſequi eius fortunam, & eum aſſociare propter onus matrimonium annexum; ſicut ſi transferat domicilium maritus, etiam ante nuptias pactum fecerint de non transferendo domicilium, modo non vagetur vir ex aliqua turpi cauſa; quia cenſetur in contractu matrimoniali ad hoc tanctum ſe voluiſſe obligare, ſecus vero ſi femina ignoraſſet, virum ſolitum fuiſſe vagari, quia tunc non tenetur ſequi virum, quomodo teneretur ſi ſciviſſet de ſua natura vagantem eſſe. Facit pro me Toletus lib. 2. cap. 25. Valentia tom. 4. diſp. 10. q. 4. punct. 2. Sanchez diſputatione 24. n. 19. quos ſequntur in parte Reginaldus. Navarr. Rodriq. & alij quos non affero, brevitatis Gratia.

36. De loco, & tempore uſus matrimonii ad rectum modum

dum utendi de eo, ego non diſcuram, quia inter Chriſtianos fideles debet in hac re uti uſu rationis, & ſemper ſervari debet modeſtia Chriſtiana Catholica, &c.

37. Verum verum poſtquam coniuges inceperunt copulam poſſint deſiſtere, non eſt facilis quæſtio, Ego tamen dicerem, quod ſecluſo pericolo ſeminandi extra vas nullam eſſe culpam mortalem ſecus ſi adeſſet tale periculum; ſic intendit Palud. in 4. diſtinct. 31. q. 3. art. 2. n. 15. Caietanus 2. 2. q. 154. art. 11. & art. 1. circa Solut. ad 45. ſi enim cum hac deſiſtentia impediatur fætus, eſt peccatum mortale, quaqunque actu fiat, ut ſupra dixi, ſic habetur apud S. Thomam in 4. diſtinct. 31. in fin. Caietanus in citato articulo 1. & communiter ab omnibus hæc concluſio defenditur, non ſic tempore menſtrui quia menſtrua conceptionem impediunt prout ex Sanchez deducitur lib. 9. diſput. 21. n. 5. & ex Gaietano art. 1. in reſponſione ad 4. & alii.

38. Item cum detrimento ſalutis propriæ, vel alterius coniugis coniux non tenetur reddere debitum; & hoc aſſero cum divo Thoma in 4. ſententiar. diſt. 32. q. unic. art. 1. qua propter coniux febri laborans non tenetur debitum reddere ob grave damnum quod inde ſequi poteſt prout affirmat Sot. in 4. diſt. 32. art. 1. ad 2. quod idem valet de quolibet alio morbo, vel dolore quo ad tempus, quo coniux vexaretur, neque poſt prandium, at cænam immediatè, etenim quia immediatè poſt cibum, per coitum fit corruptio Ciborum; quando hæc res ſepè fit, & maximè in viro, ſi non valde robuſtus. Sic ait Palud. diſt. 32. q. 1. art. 2. nu. 8. immò, eſt periculum incidendi in morbum phriſis; immò. ſi unus ex coniugibus nimis ſit ſolitus Choitum habere, non tenetur alter reddere illi debitum, quia notabiliter vires extenuantur. Sanchez lib. 9. diſput. 24. n. 6. Boſſius cap. 1. §. 9. n. 67. & ſequent.

39. Nullum eſt peccatum non uti matrimonio, ne proles multiplicetur, dummodò in hoc utriuſque coniugis ſit conſenſus,

ſenſus. Sicut tenet Sotus in 4. diſt. 32. q. unic. art. 1. divus Antoninus 3.p. tit. 1. cap. 20. §. 6. & præcipuè quando ob paupertatem, filij a Genitoribus aleri non poſſunt. Sic ait Rodriquez 1. tom. ſummæ cap. 243. n. 1. Petrus de Ledeſma de matrimonio q. 64. art. 1. Sanchez. lib. 9. diſput. 25. Probabilior tamen eſt contraria ſententia, nam ſi ſententia poſita eſſet vera univerſaliter, aperiretur via pluribus peccatis, nam unuſquiſque reputaretur pauper in gradu ſuo, & ut iam nati divites remanerent, non uterentur coniuges matrimonium, & ſic ſæpè poſſet evenire diſcordia inter virum, & uxorem, & multorum peccatorem cauſa, unde, potius hanc, ſecundam ſententiam tenerem, quam primam, videatur Brognolus l. C. reſolut. 19. n. 23. Tancred. l. C. diſput. 25. Stephanus a S. Gregorio lib. 3. de matrimonii uſu cap. 114. n. 24.

De ingratitudinis peccato.

40. De hac materia bræviter aliqua dicam, quia hoc peccatum, ex maximum, inter omnia peccata, & frequentius inter homines committitur pro ut conſtat ex eius deffinitione data à D. Bernardo ſuper Cantica, quæ ab eod. ſic deffinitur *ingratitudo inimica eſt animæ, exinatio meritorum, virtutũ diſperſio, beneficiorum perditio, ventus urens, ſiccans fontem pietatis, rorem miſericordiæ, fluenta Gratiæ.*

41. Quarè dicunt DD. quod ille, qui habuit diſpenſam pro abſolutione ab aliquo peccato commiſſo ante diſpenſationẽ, ſi deinde alia eiusdem ſpeciei committit, poſſit eodem privilegio, etiam ab iſtis commiſſis poſt diſpenſationis conceſſionem abſolvi, & ad maiorem dubij intelligentiam, caſum proponam, quis habuit rem cum conſanguinea vxoris ſuæ, & ad effectum, ut poſſit petere debitum à ſua uxore petit diſpenſationẽ, & diſpẽſatione obtenta, per menſes quatuor multoties deindè conſanguineã eandẽ carnaliter cognovit, & de-

inde virtute talis diſpenſationis petijt abſolutionem ; quæritur an poſſit tali diſpenſatione uti ? Negativa per me eſt reſponſio ; quia illa diſpenſatio reſpicit præterita peccata, non furura, unde eſt extendenda ad peccata perpetrata, nõ ad perpetranda, habetur textus in C. fin. de filijs præsbiterorum in 6. firmat Hoſtienſis in C. poſtulaſti, de reſcriptis, quem ſequitur Abb. in C. ad aures, eo titulo, Felinus in d. C. poſtulaſti Col. 3. & vide Iaſſonem in l. fin ff. de conſtit. princ. col. 7. in princ. Lancellot. Galliaula in l. 2. col. 3. de verborum obligatione ; nam privilegium videtur ammittere, qui privilegio abutitur 11. q. 3. C. privilegium. Facit textus, bonus in l. 1. C. de ingratitudine.

42. Hinc fit, quod ob peccatum in gratitudinis filius emancipatus reducitur in patriam poteſtatem, ſic etiam filius legitimatus ob ingratitudinis culpam reducitur ad illegitimatum facit textus in §. 1. in auth. ut liberi de cetero, & in §. liceat in auth. quib. mod. natural. fiat, effic. legit. quaproter Curatus, qui ingratus eſt ſuæ Eccleſiæ, & animabus illius, qui inviſitationibus correptus de negligentia in providendo Eccleſiam de neceſſarijs, & animas ſibi concreditas, ac ipſius Eccleſiæ bona inculta reliquit, decadere debet à beneficio, quia abuſus fuit paterna monitione, & pietatis privilegio, quia tantę gratiæ ingratus fuit facit textus in l. qui cum §. de re Iudic. & in l. ſed hoc ita §. ſi eo titulo, & in l. 4. §. interdum ff. quod cum eo, & in l. hæreditat. §. ſi, ad legem falcid. & in l. ſi dubitetur §. 1. ff. de fide Ius, & in l. 1. C. ad Macedon ità, & diſpenſatio, cum iſta duo ęquiparentur, addo alium caſum qui caſus ſequens eſt.

43. Si Sempronius obtinuit facultatem, ut poſſit abſolvi a quaqunque confeſſario à caſibus reſervatis, & acceſſit fictè ad confeſſarium faciendo confeſſionem fictam, iterum poſt menſem accedit verè, & poſt confeſſionem fictam, verè vult confiteri peccata ſua reſervata, an illa facultas paſſiva, ut poſſit abſolvi, valeat adhuc ? Negativva pro me

eſt

eſt concluſio, quia facultas erat ut poſſet confiteri, quia ergo illa confeſſio cum mendacio fuit facta, & conſequenter nulla, ſequitur Iuxta leges, quod ab initio nullum eſt, ex poſt facto revalidari non poteſt, & non debet dolus, & fraus alicuius illi met Iuvare, videtur favere huic ſententię, Graffius de voto pagina mihi 157.

44. Tanto magis quia illa actio ficta, eſt actus ingratitudinis erga deum, & matrem Eccleſiam, in quo actu ille fingens loco reddendi gratias Deo Illum irridere habet, quare de Beneficio privatus eſt, ut dixi cum de illegittimo legittimato, qui ratione ingratitudinis, iterum, ad eſſe illegittimatum redit, quare hoc meum dictum confirmatur a D. Bernardo ſerm. 35. hijs verbis, *gratiarum ceſſat decurſus, ubi recurſus non fuerit: nec modo nihil augetur ingrato. Sed quod accepit, vertitur ei in perviciem, fidelis autem, in modico cenſetur munere dignus ampliori, &c.*

45. Vnde, merito exod. 19. Deus increpat hæbreos dicens, exprobrando illis eorum Ingratitudinem *aſſumpti vos tanquam ſuper alas aquilarum*, que verba ſecundum Paraphraſim Caldaicam. leguntur ſic, *& portavi vos quaſi ſuper alas aquilæ* quod eſt dicere ſicut ſolet aquila pullos ſuos quãdo in ſuperiora tollitur, & pendet per aerem ſuper alas portare, ſic Deus dicitur deferre, Filios Iſdrael; ad differentiam ingrati, qui, cui debetur non ſolum auxilium non dat; ſed unguibus diſcerpere habent ſua maligna natura, & ad nihilum redigere quantum poſſunt.

46. Tenentur enim filij totis viribus patrem alere, diſcipuli ſuos magiſtros honorare, virtuoſos recognoſcere prælati, quoniã primi vitam, & alimentum à genitoribus ſuis acceperũt ſecũdi vitam ſecundã, quæ eſt virtus acceperunt, tertij quia, cum ſint Caput Religionis, honorem ipſius Matris à Viris virtuoſis captarunt, igitur non eos deprimere debent, ſed ſuper alas portare, nempè ad Gloriam, & Coronam hono-

ris, nam ſecundum Pierium. Verbo aquila lib. 19. aquila regum diademmata deſignat, quaſi patres, magiſtri, & virtuoſi ſint Corona Religionis quæ in capite deferri debet, non ſub pedibus.

47. Et melius contra ingratos me explicabo, inter Apoſtolos nullus fuit, qui à Chriſto Domino audierit ſibi dicere *tu es Petrus, & ſuper hanc petram, edificabbo Eccleſiam meam*, Matth. 16. n. 18. quæ verba à D. Auguſtino expenduntur Sermone 29. de Sanctis, & dicit quod Chriſtus voluit Petro Apoſtolo inſinuare, quod prælati, ut dixi, ſuper humerus ſuos homines benemeritos deferre debent, unde loco citato inquit Auguſtinus, *dignus certe, qui ædificandis in Domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum, columna, ad ſubſtentaculum. Clavis ad regnum*, & hoc ut bene loquitur Didacus de Caſtillo de ornatu, & veſtibus Aronis pagina mihi 140. n. 43., ut ex inde ſciamus à fulgenti dominandi honore, portandi ſubditos ſuper humeros onus non ſeiungi, micabant gemmæ illæ in veſtibus Aronis, nempè Vnychinas lapides duos, in quibus ſculptum erat nomen filiorum Iſdrael, & tales lapides portandæ erant ab Arone ſuper humeros ſuos in veſtimentis ligati, immò ſuper utrumque humerum, ad attendendum, quod principes, virtutes ſubditorum, ſicut, & prælati ſuper humeros ſuos in ſignum honoris, & gratitudinis deferre, quapropter Gloſſ. moralis ad hunc locum dicit, *ſuper humerale, per quod intelligitur, quod Pontifex debet infirmitates ſupportare*, non ſic de vitioſis, & ignorantibus, & ingratis, quibus Deus conſervat. Iudicium magnum Iuxta Chriſoſtomum S. ſuper Mattheum, *quanto maiora ſunt hominibus beneficia conſtituta, tanto maiora peccantibus Iudicia*, & hæc quoad hanc materiam.

RVBRI-

RVBR CA DVODECIMAPRIMA.

De Clericis non reſidentibus.

1. PEr præcedentes Rubricas, ut pluries dictum eſt quando locutus ſum de Cleris, & Prælatis fere ſemper intellexi de beneficiatis, undè cum iſti reſidere debeãtin ſuis beneficijs, & præcipuè quando curam animarum habent; ideò explicatis præcedentibus titulis, proponitur modo in hac Rubrica 21. difficultas de Clericis non reſidentibus, quæ diviſa erit in partes tres, in prima, videbitur, qualiter Clerici curam animarum habentes quomodo habeant reſidere; in ſecunda quando à reſidentia ſint excuſati: in tertia, ſupra dicta breviter per multos caſus epilogabuntur, continet hæc Rubrica §§. quinque: in primo quæritur; an ſi colletur beneficium non idoneo ad reſidendum, & collator beneficij privetur poteſtate conferendi, & patronus beneficio, in 2. quæritur an qui ſine cauſa non reſidet privandus ſit .in 3. quæ ſint iuſtæ cauſæ non reſidendi, quę quæruntur in 4. §. iam dicta, & explicata ſunt cum de præbendis, & alibi antece-denter; in 5. an Clerici, & Laici poſſint eſſe Monachi, de qui bus omnibus fiet breviter diſcuſſio, ad Dei maiorem gloriam.

In §. debent autem, cum seqq.

2. Secundum determinata per textum noſtrum illi quibus Miniſteria Eccleſiaſtica collata ſunt (ut dixi in Rubrica de eligendis) tales eſſe debent, ut ſcientiam, & mores, nec non vires, ut in ſua Eccleſia reſidere habeant, & ea, quæ ipſis imponuntur à ſuo officio apti ſint exercere per ſeipſos, quod ſi aliter inventi fuerint priventur beneficio, & collatores authoritate eligendi, ſic clarè, immò pluſquam clarè loquitur textus noſter in §. citato, tanto magis privandus

dus erit beneficiatus curam animarum habens, quando apud ſponſam non faciet reſidentia, quando ſine iuxta cauſa ab ea facict [ut ita dicam divortium per abſentiam ſuam] facit cap. 1. de celebratione miſſarum. Clement. 1. eod. nam inconveniens videretur, quod cum Clerici ab initio inſtituti ſint pro animarum ſalute, longe ab eis manerent, & per alios facerent, quod per ipſos facere deberent 21. q. 1. & diſt. 70. C. Sanctorum, & diſt. 71. C. Clericos, diſt. 91. C. Eleuterius, & cap. 21.

3. Se reſidentia illorum, qui curam animarum habent, in ſuis Eccleſiijs, quod continuo reſidere debeant agit Concilium Trident. ſeſſ. 6, de reformatione cap. 1. & ſeſſ. 23. ſimiliter de reform. cap. 1. late tract. de hac re Bartholommæus Caranza in ſuo ſpeciali tract. de reſidentia Epiſcoporum, quod ſe extendit ad omnes beneficiatos curam animarum habentes. Francus, &c. eo in Theſauro fori Eccl. p. 3. cap 2. à n. 4. cum ſeqq. Marchus Antonius Gennenſ. in Manuali Paſtorum cap. 31. Vgolin. de poteſtate Epiſcopi cap. 4. §. 13. Alphonſus Alvarez in ſpeculo iuris Pontificij cap. 9. Armendar. in addit. ad recapillat. Legum. Navarr. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. Rub.

4. Tanto magis, quod de reſidentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium Pius IV. conſtitutionem edidit Kalendus Decembris 1564. Romæ & deinde ad exequtionem decreti Concilij Trident. in hac materia de reſidentia dictus Pius IV. Summus Pontifex contra Epiſcopos, Prælatos, & alios curam auimarum habentes fecit motum proprium, incipientem. Motus proprius, publicat. die 11. Maij 1565.

5. Creſcit ratio Summi Pontificis, & Concilij Trident. quia talis reſidentia, eſt divinum mandatum omnibus curam animarum habentibus, ut oves ſuas cognioſcunt, & ad Paſqua ſalutis conducant, ut benè loquitur Trident. ſeſſ. 23. ſupra cit. cap. 1. facit Caiet. 2. 2. q. 185. art. 5. Coranza de reſidentia, &c. Sotus de iuſtitia lib. 1. q. 3. art. 1. Covarr. lib. 3. variar. cap. 13. Alphonſus Alvarez cap. 9. verſ. de reſidentia,

nia, Navarr. in Manuali cap. 35. n. 121. quos refert, & ſequitur, Azor. inſtit. moral. cap. 4. q. 1. Poſſevinus de officio curati cap. 1. n. 1. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 34. litt. A in noviſſimis, Vargas de Epiſcopi iuriſdictione Aſſiomate 12. Nicol. Garg. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 16.

6. Ratio quarè Summi Pontifices, & Trident. ita aſtringant Epiſcopos, & Curatos ad reſidentiam; quia ex abſentia iſtorum, non levia, ſed graviſſima in convenientia ſequntur, & primo, quia ex abſentia Epiſcopi Clerici fiunt Irreligioſi, Sæculares irreverentes, Perit Doctrinę puritas, Pauperes nimis patiuntur, parvuli in Doctrina Chriſtiana non educantur, & qui Deo debent continuo inſervire, & Seculares verbo, & exemplo docere, ſuo malo exemplo; Sæculares ipſos ad peccandum inducũt ut clare loquitur, Trident. paucis verbis ſeſſ. 23. cap. 1. ubi ſub pœnis ibi contentis prohibet Epiſcopis ſingulis annis ultra tres menſens abeſſe, & hoc ex cauſa rationabili. Facit C. quia nonnulli de Clericis non reſidentibus. Campegg. in opuſcolo de reſidentia, & S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. Caiet. in art. 4. ubi ſuſtinet quod reſidentia illorum, qui habent curam animarum in proprijs Eccleſijs eſt de iure divino.

7. Quod autem non reſidentes cum iuxta cauſa, & ſine debita licentia debeant privari, & hoc per ſententiam, & non ipſo facto patet ex C. Rodulphus, & ex C. de reſcriptis, & per Alexandrum in l. Imperator ff. de iure fiſci; quamvis aliqui non dubitent dicere, quod ſint ipſo iure privandi, C. cum in cunctis, de electione, verum quod hoc capitulum, valet in eligente incapacem, ut notat Abb. in C. extr. eod. in fin. ita ex geſtis C. quia nonnulli, & C. relatum, & demum toto titulo de Clericis non reſidentibus, & C. perveni. 2. de appell.

8. Tempus autem in quo numquam Epiſcopi, nec curam alij animarum habentes. Sunt in Adventu; in Quadrageſima Nativitate Domini; Reſurrectione, Pentecoſtes, & feſtis

Cor-

Corporis Chriſti; & ultra tres menſes nullatenus debent eſſe abſentes à ſua Eccleſia; niſi ſit cauſa urgens pro bono Reipublicæ; Chriſtianæ, & evidens neceſſitas in hoc, & debita licentia hoc fiat approbanda à Papa, &c. ſic firmat Concil. Trident. facit Concil. Tolet. n. 3. verſ. quartus, Salzed. cap. 54. verſ. quartus, Caranza cap. 12. verſ. tertio, Marc'Anton. Genuenſ cap. 31. n. 5.

9. Quapropter, meminerint Epiſcopi, & omnes curam animarum habentes elegantia divi Cypriani verba in tractatu de lapſis, relata per Cardin. Cæſar. Baron. Annalium Eccleſiæ tom. 2. Anno Chriſti 253. pag. 301. quæ ſunt ſequentia: *Epiſcopi plurimi [quos & in hortamento eſſe oportet, cæteris, & exemplo] divina procuratione contempta, audent procuratores rerum ſæcularium fieri, derelicta cathedra, plebe deſerta, per alienas pruvincias aberrantes, negotiationes quæſtuoſæ nundinas occupari, exurientibus in Ecceleſia fratribus non ſubvenire, habere argentum largiter, velle fundos inſidioſis fraudibus rapere, uxuris multiplicantibus fœnus augere, qui non perpeti tales pro peccatis huiuſmodi meremur?*

10. Vt conſiderant iſti Curatores animarum velle, quod reſidentia in ſuis Eccleſijs non præcipitur illis, præſentialiter tantnm; ſed cum ſollicitudine mentis, & operum totaliter in ſalutem animarum totum tempus expendant, quomodo audebunt iſti ante Deum comparere, ſi tempore quo in Eccleſia ſua debet habere conciones ad ſuũ populum ipſi ob muteſcant? Quidquid ſi de ſceleribus profligandis; de virtutibus diſſeminandis; de ſublevanda inopia de Diſciplina reſtituenda, de Blasfemiis, de Aleatoribus; de Luſſu, & obſcenitate ablevanda nihil, aut parum laboret? Quid ſi cætera à Sacris Concilijs eis præcepta, nihil ſtudeat; certè erunt Curati animarum nomine, & non re, non quidem paſtorem vocandi erũt, ſed mercenarij. Maledixi vocando illos ſub nomine mercenarij, quia lupi rapaces iſti tales negligentes vocandi ſunt.

11. Quare non ſine cauſa Tridentina Synodus, inquit de-

Cura-

Curatis animarum [Divino præcepto hæc inter cætera illis nominatim mandata eſſe recenſuit, oves ſuas agnoſcere : pro hijs ſacrificium afferre : Verbum divinum prædicare : Sacramenta adminiſtrare. Bonorum operum omnium exemplo paſcere, pauperum miſerabiliumque, perſonarum curam paternam gerere, & in cętera munia paſtoralia diligenter incumbere, & quid miſerabilius eſſe poteſt, ſtatus illius qui curam animarum tenet (loquor de omnibus tam de presbiteris ſæcularibus, quam de regularibus prælatis) quid inquam miſerabilius, ſtatus illorum qui propriæ ſalutis immemores, terrena celeſtibus anteponendo, in variis ſæcularum obſequiis vagantur quotidiè ſolum propria commoda quærunt, ea quæ Dei ſunt, tanquam ſi nihil ad ipſos ſpectare traſcurant. Subditos ſuos, ut equos ſine fręno currere relinqunt; ad impletionem crumerę propriæ totaliter incumbunt vitia pro virtute laudant, bonos deſpiciunt, malos amplexantur, & de religioſa vita non curantes. Gaudent, ſolum in converſatione fęminarum, & viliſſimarum manere, alendo earum filios, immemores, quod non reſidentes, & non rectè, ac diligenter facientes proprium officium, non faciunt fructus ſuos, nec tuta conſcientia illos recipere poſſunt, illi qui iſta delicta committunt; Sed illos tenentur fabricæ Eccleſię, vel pauperibus erogare, undè Paulus Apoſtolus ad Theſsalon. 1. cap. 3. dixit, *neque Gratis panem accipimus ab aliquo, ſed in labore, & fatigatione, die ac nocte operantes, ut nos metipſos formam daremus vobis ad immitandum nos*, & Mathæi 10. & Lucę 10 *dignus eſt operarius mercede ſua*, ſed qui non reſidet non operatur ergo privandus eſt fructibus beneficij:

12. Sed hinc oritur dubium maximum, videtur enim quod ſit ſpecies ſimoniæ ſive ſimonia formalis, quod in Eccleſijs reſidere vel non reſidere, ſit cauſa conſequendi fructus Eccleſię, atquè adeò cum actus ſimoniacus ſit damnatus; ſequeretur, quod ratione reſidentiæ non poſſit percipi fructus à curato, qui reſidere habet. Xxx 13. Re-

13. Reſpondeo, quod quando licentia permittente debita quis habens animarum curam iuxta cauſa (de qua infra) poteſt accipere legitimè, fructus, ſicut quando reſidere habet recte ſuum officium exercendo, quia hoc fit lege permittente C. cũ ſecũdũ de præbendis, & deprebẽdis §. 1. ſupra, vel dicendum eſt quod non licet quis reſidere ut fructus accipiat principaliter ſed gratia inſerviendi divinis, in conſequentiam conſequitur fructus, nam qui Altari ſervit., de altari vivere debet. Alias ſi Canonicus principaliter accederet ad Eccleſiam, & Curatus ad curam propter lucrum eſſet ſimoniacus. Saltem mentaliter. Notatur in C. uni de Clericis non reſidentibus in 6. & per Abbatem in C. ex parte 2. de officio delegati.

14. Quæ verum Iuſtæ cauſæ ſint, dicam infra, modo ſolum dico quod etiam ſtante cauſa in curato debet obtinere licentiam ab Epiſcopo, facit C. relatum, eod. & de conſecratione, diſtinctione 5. C. non opportet, & not. in C. inter quatuor, extra eod. propter neceſſitatem tamen ſubito accurrere poſſet, quis ſe abſentare, abſque Prælati licentia, facit d. C. relatum, & C. interquatuor, & adeſt vulgatum Axioma neceſſitatem non habere legem; & idem ſequitur ſi alias eſſet conſuetudo, ego tamen hanc rationem ultimam non admitterem; quando eſſet corruptela legis ut alibi dixi; nam Lex non tollitur per non uſum, nequè per abuſum, conſuetudo namque legem facit ubi lex in contrarium antecedenter non habetur. Sigiſmundus à Bononia ita firmat; nam ſic Epiſcopus abſque iuxta cauſa licentiam dare non poteſt, & abſquè eo quod Curatus Vicarium ſuum relinquat C. is qui vult abeſſe ut per Abb. in C. ſi eo, & in C. licet de præbendis, & in C. quoniam §. 1. ut lit. non conteſtetur.

15. Verum eſt quod, ego crederem, ut non deberet caſtigari Curatus ab Epiſcopo, nec Epiſcopus à Metropolitano nec à Papa niſi prævia monitione una facta per amicum

extra

extra iudicialiter. Sic Abbas in C. pervenit 2. de app., & in C. ex tuæ extra eod. & in C. qualiter, eod. titulo, & per Abb. in C. cum cauſam de officio delegati.

16. Verum eſt, quod Prælatus in concedendo licentiam pro abſentia debet conſiderare qualitatem perſonæ, difficultatem Itineris, loci diſtantiam C. cum ſit Romana de appellat, & in C. cupientes poſt. princip. de electione in 6.

17. Quod autem inhabiles eligentes, & electi debent privari, primi nempe Iure eligendi, ſecundi beneficio, facit textus noſter citatus in principio huius §. & C. inter quatuor, eo, & habetur in C. ex parte eod. niſi prius monitus habeat legitimam excuſationem, &c. ſicut etiam, qui ultra tempus ſibi permiſſum ſe aſſentandi à cura ſua, non iterum ad curam ſuam non faciet acceſſum, prout ex locis citatis immediate antecedenter in hoc numero 16. legittima autem excuſatio poteſt eſſe, vel quia incidit in gravi infirmitate 7. q. 1. C. preſentium; vel ob Capitales inimicitas, ob quas de vita ſua timebat C. bonæ 2. de electione; vel ex alia cauſa ſimili, ut in C. inter, & in C. fin. eo, in quibus cauſis ſi procederetur contra ipſum non fieret illi præiudicium, arg. cap. in Nomine Domini extra de teſt. & eſt valde notandum quod impedimentum ſuperveniens ei non ſit proventum ab ipſo ob aliquam illicitam operationem ſuam, quia ſi hoc eſſet non eſſet excuſandus, quia dando operam rei illicitæ privavit ſe beneficio excuſationis, leg. 2. ff. ſi quis caut. Sed ſecundum Abbatem in C. inter quatuor poteſt dici, quod imputabitur dicti abſentia, ut puniatur alia pæna, quam privationis. Secus autem ſi non dedit operam rei illicitæ.

In §. Iuſtè non reſidendi cum ſeqq.

18. In præſenti §. cum ſequentibus. Enumerare habet Doctor cauſas Iuſtas, ob quas habens curam animarum po-

teſt ſe à cura abſentare, ſi deinde reæpilogare habet totum librum querit an tam Clerici, quam laici poſſint eſſe monaci, de duobus ultimis, nihil dicam, quia in ſe nullam continent difficultatem. Solum de Iuſtis cauſis abſentiæ ſermonem faciam. Sequendo authoris Doctrinam, nec non Theologorum, ac Canoniſtarum, abſquè eo, quod ego à textu noſtro faciam diſceſſum.

19. Cauſæ iuſtæ, ob quas qui habet animarum curam poteſt abeſſe à ſua Eccleſia, quinque ſunt, ut pote Chriſtiana charitas; Vrgens neceſſitas; Debita obedientia; Eccleſiæ utilitas; & evidens Reipublicæ bonum.

20. Chriſtiana charitas intelligitur proximorum utilitas, ut ſi aliqua Eccleſia verſatur in magno periculo hæreſis, & Epiſcopi, vel Curati prædicatione poſſet ſuccurri; vel ab componendam pacem magnatum aliquorum; dummodo ex hoc non ſequatur magnum detrimentum in Eccleſia propria ſpirituale; quia ſi eſſet tale periculum, tunc potius debet mori quam propriam Eccleſiam deſerere, & proprium gregem relinquere. Sic firmat Tolet. Card. in inſtructione Sacerdotali lib. 5. cap. 4. quem refert, & ſequitur Marcus Antonius Genuenſ. cap. 31. n. 3.

21. Vrgens neceſſitas eſt quando Curatus, vel Epiſcopus affectus eſt aliquo gravi morbo, & ſi non mutat locum immiret illivitæ evidens periculum, dummodo Eccleſia ſua in ſpiritualibus damnum non patiatur. Quia, quando Eccleſiæ & animabus ſuis grave damnum ex abſentia ſequi poſſet, debet potius mori quam oves ſuas ſine paſtore relinquere, firmat idem Tholet. cap. 4. n. 3 verſ. 3. Marcus Anton, Genuenſ. cap. 31. n. 3. Azor. cap. 4. q. 4. Coranza ad dict. tract. de reſidentia Epiſcopi cap. 12. verſ. ſecundo ubi aſſerit, quod occurrente temporali perſecutione perſonæ, & non Eccleſiæ vel aliarum, nempè, ex ſuis ovibus, iuxtè poteſt abeſſe ab Eccleſia durante perſecutione ad exemplum Pauli, qui fugit per feneſtram miſſus in ſportam, ſicut & Athanaſius fugit ab Eccle-

Eccleſia ſua ſtante perſecutione Conſtantini Imperatoris, non ſic temporæ peſtis. Si omnes Parochi, eſſent mortui, vel aufugerint, quia ipſe in tali caſu tenetur Sacramenta miniſtrare. Iuxtà D. Thom. & Suar. ſic reſolvit Marcus Antonius Genuenſ. dicto cap. 31. n.4.

22. Debita obedientia eſt quando aliquis ex iſtis à Summo Pontifice vocatur, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 54. verſ. tertius caſus, Azzor. d. cap. 4. cit. q. 4. verſ. ad tertium, quia ſi vocatur ob bonum Reipublicæ Chriſtianæ, vel ob utilitatem univerſalis Eccleſiæ Romanæ iuſtè à reſidentia excuſatur, nam publicum bonum anteponi debet particulari, verùm eſt quod negotio expedito debet redire ad Eccleſiam ſuam: unde Barb. de offic. Epiſcopi alleg. 53. in 3. p. inquit, quod non datur alius caſus, quando ſunt alij, quia alia officia ab enumeratis exercere poſſunt, citando Caietanum & Sotum, quos etiam refert, & ſequitur Azor. cap. quarto q. 5.

23. Evidens Eccleſiæ utilitas intelligitur quando diſcedit ab Eccleſia ſua ad iura Eccleſiæ propriæ defendenda, &c. vel ſi contingat Concilium celebrare Generale, &c. quandiu durat Concilium Generale, vel Provinciale, Tolet. cit. n. 3. verſ. quartus, Salzed. cap. 54. ut verſ. quartus, Caranza dicto cap. 12. verſ. tertio, Marcus Antonius Genuenſ. d. cap. 31. n. 5.

24. Evidens Reipublicę utilitas, quando ſcilicet utilitas ſuæ civitatis, aut regni ſic poſtulat ut diſcedat ad illa tractanda, ita tamen, ut non ſit aliàs tanctæ efficaciæ, in hoc ſicut ipſæ Epiſcopus, vel Curatus, tunc poteſt, ut habetur in C. cum parati de appellat. gloſ. uni verbo legatum in C. Epiſcopus 14. diſt. Corſet. in tract. de poteſt. Regia p. ultima n. 47. Car. de Graſſ. de effectibus Clericalibus eff. 61. n. 2 Zechi de caſibus reſervatis caſu 3. n. 2.

25. Vndè noto quod ita ſunt adeo Epiſcopi, & animarum Curati ad reſidentiam in ſuis Eccleſijs, ut ne votum quidem ſuſcipere poſſint. per quod dirimatur ligàmen quod habent reſidendi ſine Romani Pontificis licentia, C. niſi cum pridem

pridem de renunciat. C. licet de regular. C. magna de voto Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 11. verſ. 3. plura hic eſſent dicenda, ſed ad aliam Rubricam volo tranſire in qua multa ad meum ſtatum pertinent. Sic igitur.

RVBRICA DVODECIMASECVNDA.

De Regularibus, & Monacis.

1. SIc inſtituo hunc titulum, quia ſic facit author, tanto magis quia regulariter valet argumentum à regulari ad monacum, & e cortra; undè quidquid valet de uno valet de alio, pæcipuè quoad eſſentialia Religionis, etenim regulares dicuntur omnes qui regulam, & tria ſubſtantialia vota cuiuſlibet Religionis approbatæ profitentur, nempè paupertatem, caſtitatem, & obedientiam, undè aliquando Monacorum appellatione omnes regulares continētur prout in textu noſtro §. quoniam vero in fine hijs verbis (ſivè de *Monachis*, eadem fere iura ſervantur, & idem etiam intellecturi de regularibus cæteris) facit Abb. in cap. 2. in principio de poſtulatione, per illum textum ibi, & per textum in cap. 1. & C. Monachi 16. q. 1. ſed diſident in eo, quod quoad cætera votis exceptis, regulares aliqui non habent ita ſtrictiorem regulam, ut in C. quod Dei timonem, de ſtatu Monacorum, & in §. fugitivas infra eod. alij vero licet aliqua promittant, non dicuntur proprie Monachi, vel regulares, vel regulam habere, ſed potius certum vivendi modum, licet modus ille ſit ab Apoſtolica Sede approbatus, & de hoc not. in Clement. 1. de Relig. & in Clement. cum ex eo de ſententia excommunicationis, & per Abb. in Rubrica, eod. ubi infert, an, & quando diſpoſitio loquens de regularibus comprehendat Fratres de tertio ordine, Ieſuitas, & mulieres mantellatas, ac alios Clericos Regulares vocatos; certum eſt quod præsbiteri, nullo modo regulares debent dici, quia numquam

regulam

regulam habuere neque regulam aliquam profitentur contra dictum alicuius, qui dicit, quod præsbiteri primam regulam habuere.

2. Inquit hic auttor, quod regulares Religioſi in eſſentialibus omnes conveniunt, diferunt tamen in maiori, vel minori perfectione, nam aliqui, non omnia iura ſervant, & proponi aliqui poſſunt Eccleſijs Parocchialibus, C. quod Dei timore de ſtatu Monachorum, Fac. §. fugitivos infra eod. & cap. 2. de poſtulatione.

3. Sunt aliqui regulares, qui ſtrictioris obſervantiæ apparent inter cæteros, eo quia ſub rudi veſte incedunt, cum longa barba, ac cum ſcandalibus in pedibus ſuis. Magna corda ligati, aut in alio habitu, &c. ſed in caſtigatione corporis cum victo, longe diſtant a Monachis, & à multis alijs regularibus, qui ſtrictiſſimè, in hac parte vivunt, & ob hanc rationem Minimorum Religio, a Summis Pontificibus Iulio II. & alijs, vocata fuit ſtrictior omnium, quia ſcilicet, faciunt quartum votum vitæ quadrageſimalis perpetuæ, undè non datur minimis locus tranſeundi ad aliam Religionem, niſi de plenitudine poteſtatis Pontificis, ut dicam in fine huius operis in appendice una, ubi hæc repetam, nam hic non eſt diſcendendum ab inſtituto.

4. Multa tractat. Author in hac rubrica demonacis, & regularibus, de quibus omnibus diſtinctè fient propoſitiones, & reſolutiones per §§. diverſos, Deo dante ſub protectione ut ſpero B. M. V. ac mei Patris S. Franciſci de, Paula, incipiatur ergo ad laudem iſtorum, & omnium aliorum ſanctorum, &c.

In §. Monaci cum ſeq.

5. In præſenti §. cum ſequenti agit Auctor 1. quis ſit, Monacus, & an impubes à patre traditus Monaſterio, poſt annum pubertatis poſſit redire ad ſæculum ſi velit 2. An impubens præter voluntatem ſuorum genitorum; Sive tutorum

Mona-

Monaſterium fuerit ingreſſus poſſint parentes intra annum reclamare, ſivè adhuc ſit, pubes, ſivè non ſit pubes.

6. Ad difficultatem propoſitam dico ſecundum textum quod Monaci fiunt filij, vel ex paterna devotione, aut ex propria profeſſione, aut ex voti emiſſione, ex paterna devotione, quando pater filios impuberes Monaſterio affert, in quo caſu ſi profeſſionem emittant tranſacta pubertate poſt annum quintum decimum debent illa ratificare, moniti prius ſi in ipſo habitu, & profeſsione manere cupiant, alias ulterius locum non habebunt, & ſi ad ſæculum redire volunt non poſſunt retineri, quia ſatis inutile eſt, ut coactè ſervitio Domini præſtentur, ratio principalis huius concluſionis eſt, quia in ſtatu pubertatis homo non habet uſum rationis niſi incompletè, & hinc eſt quod ſi impubes tonſuram monacalem preter voluntatem parentum acceperit, parentes id irritare valent; at ſi parentes appud iudicem competentem, intra aunum non reclamaverint, revocare factum amplius non poterunt, ita textus in dictis duobus §§.

7. Vndè advertendum eſt, quod iſti impuberes qui emiſerunt profeſſionem, ante ratificationem faciendam ab ipſis, non eſt neceſsè, ut cognioſcatur cauſa nullitatis qnando ratificare volunt, ſed ſatis eſt illam cognoſcere ſub conditione; nempè, quod ille, qui vult ratificare dicat, Ego totis viribus ratifico, & confirmo meam profeſſionem lam factam, quatenus opus ſit, & iterum promitto Deo, id quod in manibus prælati, vel alterius loco illius promiſsi, valet enim argumentum à matrimonio Carnali ad ſpirituale quale eſt profeſsio, facit C. periculum §. cæterum de electione, lib. *6.* Calder. conſil 5. de regul. Geminian. conſil. *66.* n. 4. Tuſcus Verb. profeſsio concluſ. 883. n. 11. tom. *6.* atqui in matrimonio Carnali ſi coniux nullitatis ignarus conſentiat, ex tunc in matrimonium, caſu quo à principio irritum fuiſſet, valet matrimonium; ergo, & profeſsio ratificatur, ſi de novo profeſsus conſentiat in id, quod promiſit caſu quo

prior

prior profeſsio fuiſſet invalida , minor probatur ; quia coniux non tanctum intendit in matrimonio contracto perſeverare , ſed denuo contrahere ſub eadem conditione , ſi prius matrimonium irritum fuerit , quarè ſi conditio tunc exiſtat , verè matrimonium contrahitur . Ita firmat Remigius Seraf. in ſuo opuſculo de invaliditate profeſsionis dubio 6. n. 2. firmat gloſs. in C. ſignificatum, immò, non eſt neceſſe, ut expreſse ratificet , ſed ſufficit tacitè per delationem habitus , & per ipſum dicentem ratificaſſe , ut notat Gloſs. ſuper cap. 1. de Regul. in verbo videtur . Ioannes Andreas. Archidiaconus. Filippus Francus, & Petrus Anchanarus dicunt eſſe præſumptionem Iuris dum à religione non recedit , & tanto magis quia non recipit probationem in contrarium , firmatur idem à Lapo allegatione 130. n. 14. quem ſequitur Cardinalis Tuſcus , practich. Iur. Concluſ. tom. 6. verſ. profeſsio tacita concluſ. 881. n. 3.

8. Certum eſt etiam quod Parentes non poſſunt cogere filios ad intrandum Religionem , neque alij , poſſunt tamen illos ſuaviter inducere, nō autem ſimoniacè , aut mendacio ; Sic docet Sanctus Thomas 2. 2. q. 189. art. 9. & ultra Canones antiquos Concilium Trident. ſic diſpoſuit in hac materia ſeſſ. 25. cap. 17. & 18. titulo de regularibus, & monialibus, nec etiam tutores hoc facere poſſunt cum minorem authoritatem habeant in pupillos , quam parentes , videantur , quæ habentur per Abbatem in cap. 2. eo , & facit quod legitur 20. q. 2. cap. 2.

9. Sicut etiam advertendum eſt quod impuberes invitis parenribus Monaſterium Ingrediēdo, ante ætatem non exeunt de patria poteſtate ; Secus poſtea ætatem , &c. 20. q. 2, cap. 1. & cap. 2. ſicut non valet oblatio facta à parentibus de impubero , & quandocunque poterit impubes exire . Sequitur Abbas cap. 2. eo . Argument. cap. 2. 70. q. 1. nam pueri , & puellæ ante pubertatis annos ſunt in poteſtate Patris, quoad diſpoſitionem vitæ, ita S. Thomas 2. 2. dicta q. 189. art. 5. & habetur cap. 1. 20.q.2.& cap. oportet.

Digitized by Google

In §. propria profeſsione , cum duobus ſeqq.

10. Notat in iſto §. cum duobus ſequẽtibus Author noſter cũ textu ipſo, quomodo efficiatur quis vere Monachus. Secundo quotuplex ſit profeſſio 3 quando profeſſio à monacho emitti poſſit.

11. Circa primum dicendum eſt quod per propriam profeſſionem, quis verè fit Monachus, vel verè Religioſus, nam tempore probationis, novitius non eſt vere Religioſus, niſi privilegialiter, ſic textus undè ſi fugiens ad Religionem abſquè licentia Genitorum ſuorum poſt annum pubertatis, etiam ante profeſſionem, per talem ingreſſum Religionis ſolvitur patria poteſtas, ut not. in cap. 1. 20. q. 1. & in l. ſi ex cauſa §. Papinianus ff. de minor. Et per Abbat. poſt alios in cap. 2. eod., mortuus enim ſupponitur, qui de mundo ad Clauſtruum confugit 16. q. 1. C. placuit, quod idem valeret; ſi Pater intraret monaſterium, nam incontinenti, ſolvitur Patria poteſtas, ratio eſt, quia cum pater tranſeat ſub poteſtate Abbatis, non poteſt alium habere in poteſtate, quod valet, non ſolum de Monachis, ſed de omni faciente ingreſſum in aliqua vera religione approbata l. ſi arrogator, ff. de adopt. not. in Auth. ingreſſi, & in auth. ſi qua mulier C. de Sacroſanct. Eccleſ. facit C. cum ſumus eod.

12. Profeſſio enim, qua quis fit Monachus, aut verè Religioſus, eſt duplex, nempè, aut tacita vel expreſſa, de quibus profeſsionibus ad maiorem Intelligentiam. Iuxtà Authorem noſtrum figuratur hic caſus, quidam Seculares ingreſsi ſunt Religionem S. Franciſci à Paula, at in profeſſione emittenda non eundem modum obſervarunt, nec conſtitutiones Concilij Tridentini reſpexere, nam unus ex illis fecit profeſſioнẽ à principio, alius intra annũ, & alius ãno expleto, undè, quęſitum, fuit, & quæritur modo quid iuris, à principio, & prima facie videtur quod nulla ſit attendenda diſtinctio; ſed quod ſufficeret voluntas ingredientis obſervare ea, quæ à

Regu-

Regula S. Franciſci a Paula ordinantur, nam ex ſupradictis numero antecedenti ſimplex profeſsio facit monacum §. 1. ſupra, eod. ut quia ſecundum Concilium Tridenrinum, & Pontificias conſtitutiones, nullus poteſt profeſsionem emittere ante annum probationis C. niſi in aliquibus caſibus in Iure expreſsis, quia neceſſarium eſt de novitijs periculum facere, hinc eſt quod caſus propoſitus difficultatem magnam ponit.

13. Quoniam indubitatum eſt, quod nullus recipiendus eſt ad Religionem, niſi prius faciat periculum aliquod, quapropter, ille qui in ingreſſu Religionis profeſsionem emittit, & qui in medio anni probationis, videntur quod vere non ſint profeſsi, quia conſtitutio Clementis VIII. & Vrbani VIII. ſimiliter, & Concilij Tridentini annum probationis integrum requirunt circa recipiendos ad profeſsionem ergo, &c. non tamen obſtat obiectio, quia in illo caſu propoſito, profeſsio, accipitur largè, ſecundum verò conſtitutiones Pontificias, & Tridentini Concilij ſtrictè ſumitur, vndè regulariter adſtrictam profeſsionem nullus eſt recipiendus, niſi per annum in novitiatus loco periculum fecerit iuxtà textum, & hoc poſt legittimam ætatem facit C. ad Apoſtolicam eod. & C. conſaldus 17 q. 1. quandoque ſtatuit biennium 19. q. 2. C. Monaſterii, & in hoc ſtandum eſt ſtatutis Religionum, in alibus ad biennium, & cum variæ ſint conſtitutiones Religionum in hoc ultra annum tempus eſt arbitrarium, ut in dicto C. ad Apoſtolicam, verum eſt, quod qui in principio acceptionis habitus profeſsionē miſit, & per annum integrum in novitiatu permanſit in obſervātiam regulæ, & conſequenter per ſubſequens tempus, ſimiliter ſic permanſit, & ante quinquennium non reclamavit, dicitur profeſſus tacita profeſsione, quia cenſetur ſe voluiſſe obligare ad regulę obſervantiam, dummodo quando cognoſcit ſuam primam profeſsionem fuiſſe nullam illam ratificet, ita omnes ferè Theologi, & Canoniſtæ, prout aſſerit Remigius Scorſa in ſuo opuſcolo de

nullitate profeſsionis dubio 3.n.1.& præcipuè quando in prima profeſſione profitens putavit ſe obligare in utroque foro. ad regulæ obſervantiam ſic Graffius in lib. 3. deciſion aurear. cap. 5. n. 28. citatus ab eodem Remigio Scorſa, & hæc ratificatio iuvat ne turbetur Religio C. quod interrogaſti, diſt. 27 16. q. 7. C. per Laicos Monacalem.

14. Quibus addo quod profitens malo dolo, & emittens profeſsionem nullam ex natura rei tenetur reſtitutionem facere de Alimentis, nam malitia ſua non debet illi iuvare, ſic idem Remigius citatus.

In §. quemadmodum autem cum tribus ſeqq.

15. In §. preſenti, cum tribus ſequentibus quatuor proponuntur quæſtiones 1. eſt, an quis poſsit profeſsionem deferre poſt annum ab ingreſſu 2. an ordinatus ignorante Domino, ſi fiat Monacus ſit liber. 3. eſt an Regulares hodie poſsint emittere profeſsionem ante annum completum probationis, 4. an delatio habitus tacitam oſtendat profeſsionem.

16. Ad primam difficultatem videtur reſpondere affirmativè per Sacros Canones antiquos, & præcipue ſi in Monaſterio eſt incognitus, vel ex alia iuxta cauſa, facit textus in §. quæmadmodum, dummodò ad finem bonum, & non ratione captandi patrimonium aliquod, quia tunc Monaſterium non potet hæreditatem recipere, C. conſtituit 20. q. 3. Abb. in C.præter de officio delegati, & in C. in præſentia, adde proba., & in C. cum dilectus, de hijs, quæ vi metu caſu quibus addo quod ſervs per triennium manens in Monaſterio ſit liber, & propterea ante triennium, non eſt ei concedendus habitus, ut in l. 1. C. de ſervo fugitivo; quia hoc eſt in favorē Eccleſiæ, & ſi aliqui dicant quod Eccleſia debet recompenſare Domino damnum 14. q. 6. C. competimus, & ſimile eſt in C. q. 17. q. 4. verum eſt, quod tempore proba-

tionis

ionis debet eſſe in habitu priore, non Monacali C. legem. diſt. 53. & C. multos diſt. 54. & C. ſuper eo extra qui Cler. vel voven. ego probabilius teneo, quod debet habitum regularem geſtare, quia alias non poſſet experiri an idoneus ſit pro ſervitio Religioſi ut not. in C. fin. 17. q. 2. & inſuper requiritur, ut habeat omnes qualitates requiſitas per Sacros Canones Bullas Pontificias, & regularia ſtatuta, &c.

17. Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo affirmativè; quia ſic firmat textus in §. quinimo; facit Abb. in cap. 1. de eo qui furt: verum eſt, quod prout ait idē Abb. de converſione infidelium, quod intra annum, incipiente à die notitiæ delicti non autem à die ordinis; quia a die ordinis factus eſt liber ut not. in C. ſi ſervus.

18. Ad tertiam non poteſt diſcedi à ſtatuto Concilij Tridentini, & conſtitutionum Summorum Pontificum qui omnes ſtatuere habent, quod non admittatur aliquis ad profeſſionem ante annum 16. completum, & hæc ætas debet computari de momento, ad momentum, alioquin non eſſet completa, & poſt annum integrum Novitiatus, & ſi in primo non conſtaret de iuſta ætate, quo ad horas expectandum eſt per diem ſequentem, Concilium Trident. ſeſſ. 25. de regul. Sanchez lib. 5. moral. cap. 4. n. 4. Bonacc. de clauſur. q. 2. punct. 10. differentia 2. §. 3. Diana de dubij regul. reſol. 57. p. 3. & p. 5. art. 5. reſol. 18. de Vecchis diſp. 15. dub. 1.

19. Hinc oritur dubium pro maiori explicatione de ſupra dictis ſub n. 12. de profeſſione tacita, & dubium eſt cum Concilium Tridentinum de hac materia tacitæ profeſſionis nihil ſtatuerit, quarè res iſta manet in diſpoſitione iuris antiqui, ſi quis accepit habitum Religionis; & vel Superioris, negligentia vel ipſius Novitii, profeſſionem non emiſſit, & bona fide poſt annum probationis ordines Sacros ſuſcepit, an dicatur tacite profeſſus. Affirmativè dedit reſponſum Sacra Congregatio Cardinalium negotijs Epiſcoporum, & Regularium in una Beneventana 20. Decembris 1619. hijs verbis; *cum Frater*

Andreas

Digitized by Google

Andreas Ponſectus in Religione per octennium permanſiſſet abſquè eo, quod profeſſionem emiſiſet, dicto autem tempore Patre Magiſtro Curiano inſtante Sacros ordines ſuſcepiſſet, petiit facultatem habitum dimittendi ſibi concedi. Sacra autem Congregatio reſpondit, quod ſuſceptio ordinum profeſſionem tacitam inducit, ita refert Tamburin. tom. 3. de iure Abb. diſp. 6. q. 13. n. 11. itaque benedixi ſupra in antecedentibus, nempè, quod ordines Sacri tacitam profeſſionem inducunt.

20. Ad quartam, an delatio habitus oſtendat profeſſionem tacitam, patet ex antedictis, undè non eſt neceſsè eam repetere, dummodo habitum ſumpſerit, & geſſavit in Religione aprobata, facit, C. legem diſt. 53. alibi citatus, & C. multos diſt. 54. facit etiam, C. conſuliſti, & ſecundum Innocentium, & Hoſtienſ. in C. ſtatuimus eod. & in C. non ſolum eod.

An verò poſt iſtam tacitam profeſſionem, & expreſſam poſſit ad ſæculum redire, & uxorem ducere ita ut Matrimonium teneat. Negativa eſt coclusio, ut not. per Abb. in C. conſulti, & per eundem in C. conſuluit, qui Cleric. vel vovent, non ſic ſi geſſiſſet habitum in Religione non approbata C. uni de voto in 6. & Clem. 1. eod. ut C. ut Clerici eod. in Clem. eos.

21. Videamus modo, an Epiſcopus qui ingreditur Religionem abſquè licentia Summi Pontificis Romani poſſit ibi profeſſionem emittere, & quatenus illam emittat teneat? Reſpondeo negativè, ob rationes ſupradictas in Rubrica antecedenti, cum de reſidentia locutus fui, etenim Epiſcopi ita ſunt abſtricti ad reſidentiam ſuæ Eccleſiæ, ut ne votum quidem [ut iam dixi] ſuſcipere poſſint, quo vinculum, per quod ſunt ſuis Eccleſij addicti, & obligati dirimatur, ſinè Romani Pontificis licentia, facit C. niſi cum pridem de renunciatione C. licet de regular. C. magna de voto, favet Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 11. cap. 16. q. 2. Marc. Ant. Genuenſ. cap. 31. n. 10.

In

In §. Et ſi contingerint, cum tribus seqq.

22. Aliæ quatuor quæſtiones moventur ab authore in iſtis quatuor §. 1. an beneficium beneficiati vacet per eius ingreſſum Religionis 2. an neceſſariò qui uovit vitam regularem, Monaſterium ingredi debeat 3. an pervota ſolemnia Religionis, derogentur vota ſimplicia ante ingreſſum Religionis facta; & quia de hac materia, nunquam egi ad explicationem textus juxtà authorem, & textum noſtrum, aliquos caſus adducam reſervando multas difficultates ſolvendas in Appendicem quam ponam, in fine pro huius primi libri Coronide.

23. Ad primam dico non vacare niſi emiſſa profeſſione, ſed novitius poteſt eum retinere ſi vult, & alicui aſſignare congruam de proventibus portionem, & talis cui aſſignatur portio congrua debet dicto beneficio inſervire. Sic textus noſter, & reliqua ex redditibus beneficij, in utilitatem Eccleſiæ ipſius debet expendi, vel pro novitij victu, & veſtitu, ut not. in C. beneficium in 6. & hoc etiam ſi ſit Curatus.

24. Ad ſecundam difficultatem, affirmativè reſpondendum eſt, etiam ſi ſit Prælaturam conſequtus, immò ſi ille, qui emiſſit tale votum compos erat rationis debet cogi ad Religioſum habitum accipiendum etiam ſi poſt votum Prælaturam eſſet aſſecutus, ſic textus noſter in §. is quoque, nam votum ſecundum D. Thomam; *eſt deliberata, & ſpontanea promiſſio Deo de ijs, quæ ſunt Dei*, ſic 2. 2. q. 88. art. 1. quod firmat etiam Magiſter ſententiarum in 4. diſt. 38. quod qui novit ingreſſum Religionis etiam ſi ſit Prælaturam conſequtus, debeat compelli ad voti executionem, Prælaturam dimittendo, licet ſi poſtea poſſit ſi fuerit electus Epiſcopus, Epiſcopatum recipere, facit C. per tuos, de voto, & vot. red.

25. Hinc cognoſcitur differentia, inter matrimonium carnale, & ſpirituale. Nam carnale Matrimonium tollit votum prius emiſſum, matrimonio non conſonum cap. 1. devoto, & voti redit. in 6. ſecus in ſpirituali, ut hic, & in C. per

in C. per tuas; nam inter Epiſcopum, & Eccleſiam contrahitur matrimonium ſpirituale cap. 2. de tranſlat., & ſup. de correp. uſu ſubl. §. 1. & tamen per matrimonium con ſpirituale non eſt ſublatum religionis votum præcedens, & ſic videtur fortius Carnale, an hoc habeat locum in alijs dignitatibus ab Epiſcopatu diverſis vide Abbatem in dicto C. per tuos.

26. Verum tamen hic advertendum eſt quod aliud eſt vovere Religionis ingreſſum, aliud Religionem profiteri, hoc ſecundum poteſt fieri etiam habitu non mutato C. ſicut, & C. porrectum, eo in antiquis, & C. conſtitutionem, eo in *6.* quia habitus, & C. aliud vovere de intrando, vel profitendo, & tunc loquitur hic, & C. qui poſt eo in *6.* ſicut eſt vendere, à promiſsione de vendendo.

27. Ad tertium reſpondendum eſt, quod per votum ſolemne vota ſimplicia derogantur, ratio eſt, quia votum Religionis Gratius eſt Deo, nam melius eſt votum perpetuum quam temporale, facit textus in §. illud quæri poteſt, & eſt communis opinio, in qua concurrunt omnes tam Iuris Pontificij periti, quam ſummiſtæ, dicentes quod quodlibet votum quiſque poteſt ex ſe permutare, ſivè abolere per profeſsionem factam in Religione Approbata facit C. ſcriptura: D. Thomas 2. 2. q. 88. art. ultimo, firmat ſecutus a Rich. in 4. ſententiarum diſt. 38. q. 8. art. 2. Piſanella in verbo votum *6.*

28. Ad quartam difficultatem dicendum eſt, ſecundum textum, votum ſimplex eſſe illud, quod non eſt aliqua profeſſione munitum; e contra vero votum ſolemne eſt quando quis per profeſſionem tacitam vel expreſſam in aliqua Religione Approbata comprobatur. Facit C. uni de voto in *6.* & vot reddi. eſt autem votum duplicis ſpeciei, nam aliud eſt ſimplex, & aliud ſolemne, primum conſiſtit in ſola promiſſione voventis, ſecundum addit acceptationem factam per ſuperiorem, vel ab aliquo ab eo ſubſtitutum ex parte Dei,

votum

votum ſolemne ſit in profeſſione Religioſa, & in voto caſtitatis annexo Sacris ordinibus, reliqua vero vota ſunt ſimplicia, dividitur etiam votum in perſonale, & reale, primum eſt illud, quod impleri debet per perſonam, ut votum caſtitatis peregrinationis, &c. Secundum, quod implendum eſt per aliam rem, ut votum de danda Eleemoſina quod poteſt impleri per alium de hac re diſtinctius, & latius, in appendice, in fine huius Rubricæ.

In §. Is igitur cum tribus ſeqq.

29. Quatuor ſunt in iſto §. cum ſequentibus tribus de quibus, quatuor quæſtiones facit Author, quarum 1. eſt an Monacus habito ſuſcepto teneatur, vt ita dicam coactè in Monaſtero ſemper remanere 2. an Monacus aliquid proprium habere poſſit, & an Papa in hac re diſpenſare poſsit 3 an Monacus poſsit tranſire ad Laxiorem religionem 4. cuius Iudicio ſtandum ſit an Religio ſit ſtrictior, vel magis libera.

30. Difficultas 1. eſt maximi momenti, in qua mihi multum laborandum eſt, ut demonſtrem vim meæ regulæ circa tranſitum ad aliam religionem meorum confratruum, contra aliquos ſcribentes, & meam Regulam non legentes. Sed prius difficultatem examinabo Iuxtà textum noſtrum in generali, deindè non tamen prolixè ad meum particulare deveniam.

31. In §. is igitur tractat. Author de vita Monachorum, & deindè qualis eorum Superior eſſe debeat, relinquendo ſecundam, & ſolum primam ſumo. Certum eſt Religiones ſivè habitum Religioſum ſumentes ante profeſsionem eſſe ſui iuris, non tamen poſt profeſsionem emiſam, modo Canonico, quando in hoc ultimo ſtatu poſiti, non ſolum vota promiſſa debent obſervare, verum in eadem Religione perſeverare, uſque ad finem vitæ ſuæ, nec cogitare debent ad tranſitum ad aliam Religionem, quæcunque

que illa ſit, quia etiam ſi Religiones ſecundum aliquos, quos non cito ob reverentiam, differant ſecundum magis, & minus, differunt tamen ſi benè conſiderentur eſſentialiter, in eſſentialibus, non quidem religionis, ut ſic, inquo omnes conveniunt; ſed in eſſentialibus talis Religionis. Lupus enim à Leone non differt ſpecie per accidentalia; ſed per eſſentialia, equs, à Cervo ſimiliter non per Cornua, ſed per eſſentialia, &c. homo, à Lepre, ſivè ab agno ſimiliter ergo, &c. undè ſi Author dicit religiones differre ſecundum magis, & minus perfectum in veſtibus rudibus portandis errat in textu, & eſt contra Doctrinam Sanctam, & veram Angelici Doctoris 2. 2. q. 88. art. 12. undè Pontifex non poteſt concedere tranſitum, ut non ſit religioſus; & ſi in profeſſione diſsit vovere, vivere, & mori in illa Religione, inquam profeſſionem emiſit, non poteſt diſpenſari, ut ad aliam tranſeat, videtur conſentire Auctor ad decretalia ad Monaſterium de ſtatu Monachorum, quod intelligendum eſt ſtante Monachatu, videlicet ſtante profeſſione non poteſt Papa diſpenſare, ut declarat Caietanus ibidem (quid, quid dicat Sotus, qui aliter ſentit de Iuſt. & Iur. lib. 7. q. 1. art. 2.) & præcipuè, ſi liberè in tali religione profeſsionem emiſit, quia ſi coactè, non eſt dubium, quia nulla eſt profeſſio, & ſi poſt quinquenium reclamat, ratione inquietudinis animæ, Pontifex, cui incumbet animarum ſalus poteſt concedere tranſitum cap. 1. & quæ ibi Doctor, & C. ad noſtram, co & 20. q. 1. C. ſicut, & q. 3. per tot. dummodo talis coactio cadat in virum conſtantem C. cum dilectus, quod met cauſ. niſi quis ex timore propter maleficium intraret Religionem, ut not. in cap. 1. dict. queſt. 3. nam in hac materia devoto, debet eſſe ſpontanea voluntas fac not. in C. Abbates quod me cau. argu. contra in C. maiores §. item quæritur de Bapt. votum enim eſt de iure divino, qua propter Religioſi, qui emittunt quartum votum, quod in aliam Religionem non poſſent obſervare, non poſſunt, tales Religioſi habere tranſitum

ſitum ad illas, ut ſunt minimi, qui habent quartum votum vitæ quadragenmalis per totum tempus vitæ ſuæ prout in regula.

32. Forma vero profeſſionis fratrum Minimorum ſequens eſt *Tego frater N. voveo, & promitto Deo omnipotenti, B. M. Virgini, ac tota curia Celeſti; & tibi Patri, huicque Sacro Ordini, ſtare, perdurare toto tempore vitæ meæ, ſub vita, & Regula fratrum Ordinis Minimorum ſancti Franciſci de Paula, per Santiſſimum. Dominum noſtrum Iulium ſecundum, poſt Falicis recordationis Alexandrum ſextum Romanos Pontifices, approbata, & confirmata perſeveranter vivendo ſub votis Paupertatis, Caſtitatis, ac obedientia, & quadrageſilis vitæ. Iuxta determinationes, & circumſtantias in ipſa regula poſitas, & limitatas*: cum ergo nulla alia ſit religio in Eccleſia Dei, quæ talem quartum votum vitæ quadrageſinalis perpetuæ habeat, ſequitur quod minimus non poſſit diſpenſari à Papa, ut ad aliam religionem tranſeat, tranſire benè poſſunt, ad Minimitanam meam Religionem, Religioſi Cæterarum Religionum, & ego vidi in hac provincia mea Etruriæ Cappuccinos duos, & unũ Cartuſianum ad meam Religionem Minimam tranſitum feciſſe, etenim ad ſtrictiorem in eſſentialibus Papa diſpenſare poteſt. Sicut, & ad laxiorem circa conſtitutiones, non vero Circa vota eſſentialia talis Religionis.

33. Qua propter, in Provincia Caſtellæ meæ Minimitane, Religionis. Succeſsit, quod R. P. Franciſcus Manſilla Matritenſis cum Breve Pontificio fecerat tranſitum ad Religionem PP. Prædicatorum, quæ eſt obſervantiſſima Religio, & quia Religio mea, inſtavit apud ſanctam ſedem contra ipſum ratione quarti voti vitæ quadrageſimalis perpetuæ, & quia vovemus ſtare, & per durare in illo toto tempore vitę noſtræ, coactus fuit ad noſtram Religionem reddire, ſupponebat namque iſte PP. Manſilla non poſſe ſervare vitam quadrageſinalem, quod falſum erat, eo quia dicebat ſe

 eſſe

eſſe infirmum , in qua re S. P. Noſter in regula dat Remedium . Finis enim talis Patris erat ſub reptitiè ſe liberare à tali honere ; at quia finis eius ceſſabat , cum fuiſſet ſemper Sanus in religione , opportuit , ut ad dictam vitam , & habitum minimum , ut dixi regreſſum faceret, proponerat enim, quod in tali caſu poterat in tali quarto voto diſpenſari ſequendo falſam ſententiam Mirandæ tom. 1.q.9. art. 6.concl. 1. & 3. qui aſſerit , quod non ſolum Pontifex , ſed etiam Generalis poteſt à vita quadrageſimali nos minimos diſpenſare iuxtà Concilium Tridentinum ſeſſ. 25.cap. 1. diſtinguendo inter vota eſſentialia , & conſtitutiones , atquè adeò putabat iſte Pater Manſilla , votum noſtrum vitę quadrageſimalis conſtitutionem eſſe , at quia eſt votum eſsentiale ,conſtitutivum , ac diſtinctivum Minimitanæ Religionis, eius finis ceſsabat , atque adeò eius diſpenſatio à ſummo Pontificie obtenta Iuxtà ſententiam omnium Theologorum, & Iuriſtarum; quod expreſsio Cauſæ finalis falſæ vitiat diſpenſationem,nam tunc vitiat intentio Concedentis , quorum . DD. plures Citat Tiraquel. tractatu , &c. nam ceſsante cauſa ceſsat effectus, &c. limit. 1. n. 1. & ſequitur Menochius de Arbitrio Iudicis lib. 2. caſu 201. & lib. 4. de præſumption. præſump. 189. circa finem n. 196. & 197. Sanchez lib. 8. de matrimonio diſput. 30. n. 8. & 9. & diſput. 21. n. 32. ubi n. 31. innumeros etiam allegat, aientes etiam expreſſionem cauſæ impulſivæ omninò vitiare .

34. Et ſi noſter R. A. P. Laurentius de Peyrinus tom. 1. Privileg. Ordinis Minimorum Coſtitut. XI. Leonis X. n. 30. Fol. mihi 576. videatur docere poſt Herriquez lib. 12. cap. 4. n. 7. Sylveſt. verbo reſcriptum q. 6. verſ. 2. & q. 7. verſ. 1. ſi. Covarru. lib. 1. variar. cap. 20. n. 5. verſ. falſitas , & alios , quos citat. & ſequitur Sanctarellus par. 1. variarum reſolut. q. 51. n. 1. quod cauſa impulſiva falſa non vitiet Privilegium , nihil hominus iſti DD. ſi attentè legantur , loqûntur de cauſa impulſiva Brevis , & Privilegij Apoſtolici ,

motu proprio à Pontifice conceſſi in hijs quę ab ipſo concedi poſſunt, non autem de Brevis, aut Privilegijs ad inſtantiam Partis exponentis conceſſi, idem ſucceſſit de P. Gabrielle Lopez minimo de anno 1631.

Qua propter Miror, quod mea Religio non ſe oppoſuerit Brevi obtento à Patre Franciſco Mancini, quando, fecit tranſitum, de mea Religione minima, ad Ordinem Minorum, poſtquam per annos 24. integros manſerat cum optima ſalute, puto ego (& non errabo certè) quod non habuit oppoſitionem.

35. Dixi ſupra, quod incautè dixit miranda votum noſtrum vitæ Quadrageſimalis fuiſſe conſtitutionem, non votum eſſentiale Religionis Minimæ, atquè adeò poſſe à generali ſaltem diſpenſari, & benedixi; quia eſt votum eſſentialiſſimum ordinis Minimorum, ſinè quo ab alijs Religionibus non diſtingueretur niſi in habitu, videatur Suar. de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 12. a n. 28. Bordonus reſol. 14. n. 24. Pellizar. in manuali, qui de vita Quadrageſimali Minimorum multa dicit; eſt enim Minimorum Religio omnium ſtrictior, ut declaraverunt Summi PP. plures, inter quos fuit Iulius 11. in ſuo motu proprio incipiente Sacerdos §. 4. dato Romæ ſub die 27. Martij 1508. Leo X. per ſuam Bullam emanatam Romæ ſub die 18. Auguſti de anno 1516. idem dicit, & prohibet Fratribus minimis tranſitum ad aliam Religionem, quia mea ſtrictior eſt, &c.

36. Ad ſecundam quæſtionem reſpondeo, Monachus non poteſt aliquid proprium habere, nec contra hoc poteſt Papa diſpenſare. Sunt verba textus, quæ hanc concluſionem probant in §. ſed nec aliquid, &c. verba textus ſunt iſta; *ſed nec aliquid proprium poſſidere debet, & ſi quid habet, totum in continenti reſignabit; nam abdicatio proprietatis adeò eſt annexa regula monacali, ut contra eam, nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere, & ſi proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte ſepultura privandus, & ſepultus exhumandus, &c.*

qua-

quipropter author ſequitur niſi in morte oſtenderit contritionem, facit argumentum C. a nobis, de ſententia excommunicationis; quod autem ſi ſepultus eſt debeat exhumari, intelligendum eſt ſi fieri poteſt ſine ſcandalo, C. ſuper de ſtatu monachorum.

37. Ad tertiam quæſtionem, patet reſponſio ex ſupradictis a n. 31. uſquè ad 36. nempè quod non poteſt verè profeſſus in Religione probata ad aliam tranſire, niſi ad ſtrictiorem, in eſſentialibus C. ex parte de tempore ordin. alias largo modo tranſiens eſt apoſtata, ut not. per Abbat. in C. Ioannes an ſi eo, & C. ſicut de iure iurando.

38. Ad quartum dubium dico, quod iudicare, quænam ex religionibus ſit ſtrictior, ad ſuperiorem, a quo diſcedendus eſt Religioſus ſpectat iudicare, quia ipſe debet dare ſuum conſenſum, nempè ad generalem, vel Provincialem. Sic per Abb. in C. licet eod. ſimil. 11. q. 1. C. pervenit, & C. nullus de iure patronatus, avent. de Sanct. Epiſcopis §. ſi a Clero col. 9. ipſorum eſt iudicare, an talis tranſitus fiat Zelo perfectionis, an Levitate, &c.

In §. mendicantibus, cum tribus seqq.

49. Quæritur hic 1. an mendicantes ſolum ad Cartuſias licitum ſit trāſitus, 2. an Superiores debeant per quære refugitivos, an regulares poſſint præeſſe Eccleſijs Parrocchialibus, qui ſint eligendi in Superiores in Religione, &c. de quibus omnibus, uſquè modo dictum eſt ferè ſatis, undè ſolum de prima, & ſecunda difficultate, afferam reſolutionem per duas ſequentes concluſiones.

Concluſio 1. & ſi textus dicat, quod ſolum mendicantes poſſunt facere tranſitum cum debita licentia ad Cartuſias prout in §. mendicantibus vero, &c. tamen quia, ut dixi ſupra in antecedenti §. a n. 31. uſquè à n. 36. cum Religio Minimorum omnium ſtrictior ſit ratione quarti voti perpevæ vitæ

Qua-

Quadrageſimalis, ut probavi loco citato puto quod ſolum ad ipſam tuta conſcientia ſolum tranſitum facere poſſint, cum debita licentia; nam tempore quo talis determinatio facta fuit à Sacris Canonibus de tranſeundo ſolum ad Religionem Cartuſianam. Religio Minimorum non erat, undè leges quę faciebat pro ea, modo iuvant, pro minima Religione, nam loquebantur de artiori prout determinavit Martinus IV. ut in extravagant. Quæ incipit, viam ambitioſæ, cupiditatis, &c.

Concluſio 2. ſuperiores tenentur perquirere fugitivos omni diligentia, dicuntur autem fugitivi ſecundum Ioannem Andream, Abb. in C. fin. eod. illi, qui morantur extra Monaſterium, Sivè Conventum, & ſe Superioribus celare habent l. qui ſit fugitivus ff. de ædil. relict. nam eo ipſo, quod Religioſus, abſquè licentia Prælati exiit de Monaſterio, eſt apoſtata, & fugitivus. Innocentius in C. fin. de renunciat Abb. in C. fin. eod. firmant totum ſequentes DD. Rodriquez tom. 1. qq. regularium q. 30. art. 1. Miranda in manuali Prælatorum, tom. 1. q. 11. n. 1. Sanchez lib. 6. moral. cap. 8. n. 2. & 8. Azzor. p. 1. lib. 12. cap. 16. q. 1. & cap. 17. q. 6. Leſſ. lib. 2. cap. 41. n. 102. Bonacc. de clauſura q. 2. punct. 11. difficult. 5. §. 1. pro concluſione facit Bulla de Apoſtatis, & Concilium Trident. ſeſſ. 25. ſub titulo de regularibus cap. 4. & 5, & cap. 11. & 13. quibus conſtitutionibus me remicto. Quis autem ſit eligendus in Superiorem, certum eſt quod non profeſſus non poteſt elegi in Superiorem, de cæteris dixi, cum de electione feci Sermonem.

In §. noviſſimè, cum ſeqq.

Examinatur in iſto §. cum ſequenti, de fundatione novæ Religionis, & qui hoc vult facere, quid gerere debeat. Quibus duobus difficultatibus. Quoad primam indubitatum eſt, quod ſecundum generalia Concilia prohibitum eſt novam Religionem fundare abſquè Sanctæ Sedis Apoſtoticæ conſenſu, immò

eſt votum eorum promiſſio , neque eorum Iurare , eſt Iuramentum ; quia , talis promiſſio ſivè deliberatio momentanea cum non ſufficiat ad tradendum ſe diabolo , nec ad peccatum mortale , nec ad veniale , conſequenter, non erit ſufficiens ad votum , cum per votum homo ſe tradat Deo Verum eſt quod quando quis dubitaret , an eſſet vera , & deliberata promiſſio , nec , nè tunc ſtandum eſt pro voto , & pro illius poſſeſſione . Sic tenet Bonacc. tom. 2. diſp. 4, q. 2. par. 1. n. 3.

3. Hinc dico non valere votum factum à mente capto qui non habet lucida interualla ; quia votum factum , in intervallo lucido , Supponitur factum cum debita deliberatione ; ſicut in ſemi Ebrio : quia ſi habet tunc uſum rationis ſufficiens ad mortale , conſequenter habet ſufficientem cognitionem , ac deliberationem ad vovendum , quemadmodum , qui vovet , in actu iracundię , dummodò , iracundia non ſit tanta, ut liberum uſum rationis tollat ; at in dubio , an ira ſit tanta , néc ne , ut libertatem abſtulerit , tenendum eſt pro voto , vidè Sancium de matrimonio lib. 1. diſp. 8. n. 23. Suar. lib. 4. de voto cap. 6. n. 10. & alios ab eis citatos, iſta autem deliberatio ad votum validum, debet eſſé, vel virtualis, vel formalis, formalis ſivè actualis quando nō præceſſit virtualis. Sic omnes fere DD. & præcipuè Sanchez lib. 4. moral. cap. 1. n. 6. Suar. lib. 1. cap. 10. n. 5. ſequentes Navarr. cap. 12. n. 24.

4. Neque dicendum eſt , quod libertas in cauſa ſi ſufficit ad peccatum mortale ; ergo libertas eadem debet ad votum validè emittendum ſufficere, nam hoc falſiſſimum eſt , etenim ad peccatum , cum ſit malum , ſufficit quilibet defectus , non ſic ad votum, quia cum ſit aliquod bonum , requiritur ad eum omnis bona conditio ; iuxtà illud bonum ex integra cauſa , malum verò ex quoqunque defectu , nam in ebrietate cum contineatur peccatum , tenetur homo illum evitare ; non autem tenetur vitare votum , quia non cenſetur virtus in cauſa voti , ſed requiritur deliberatio expreſſa . Vndè ad vovendum

requiruntur duo & cognitio obiecti, ſcilicet & libertas. Etenim actus factus per ignorantiam, vel per vim, vel metum, nom erit voluntarius, & conſequenter nunquam habebit rationem voti. Hinc fit quod vota puerorum non ſunt vera vota, quia non habent diſcurſum, Verum ſi ſit dubium, an ſint liberi, nec ne tenendum eſt pro voto, ſicut dixi de amente, & ebrio, Suar. de relig. tom. 2. lib. 4. cap. 6. n. 10. quia etſi illa deliberatio appareat imperfecta ex communibus accidentibus, ut eſſet animi perturbatio, &c. præſumitur perfecta; tenet etiam Turrian. opuſc. 10. diſp. 1. dub. 2.

5. E ſi Sotus lib. 7. q. 7. art. 2. docum. 1. contrarium doceat, dicendo quod ſi ſeptennium ſit completum votum teneat, ſi minime, nequaquam tenet, meo videri non ita benè dicit, ut non poſſit ſuo dicto dari ecceptio, nam aliquando malitia ſupplet, ætatem, & aliquando, etiam in octavo anno ſunt aliqui ità ſimplices, ut non cognoſcant malitiam, videatur, Suarius devoto, & Diana par. 3. tract. 6, reſolut. 50. §. notandum, & par. 4. tract. 3. reſolut. 11.

6. Aliqui dicunt, quod ſi quis inveniatur in graviſſima anguſtia, & voveat, tranſacta anguſtia, non ſolum votum non confirmat, ſed pænitet ſe voviſſe votum non tenet, & ego Credo quod benè dicant, & cum fundamento, etenim in illa anguſtia, voluntas non erat perfectè libera, ſed a magno periculo obſeſſa; ad votum enim omnimoda libertas requiritur, alias non erit perfecta deliberatio, ſed ab extrinſeco cohartata, nec valet ratio aliorum dicentium, quod in peccato, non valet poſt eius commiſſionem pænitere, quia adhuc peccatum erit, ita, & in voto emiſſo, pænitentia votum non invalidabit, non valet inquam hæc ratio, quia ut dixi votum cum ſit aliquod bonum debet pendere ab integra cauſa, at malum à quocunquæ defectu provenire poteſt, vide Angelum verbo voto 1. n. 6. Tabienam verbo votum 1. q. 1. ſupplement. Gabrielem in 4. diſt. 38. q. 1.

art. 1. immò Baſſ. in verb. votum voto 1. n. 4. ſibi meo videri contra dicit, ut legenti patebit.

7. An vero peccatum ſit vovere ex repentino, & ſubitaneo motu, abſquè debita deliberatione, quia aliquo modo videtur, quod ſit voti abuſio; dico eſſe ad Summum peccatum veniale, ſicut eſt in abuſu iuramenti, ex immatura deliberatione facti. Sic Niſallor inquit Angelicus Magiſter 2. 2. q. 189. art. 10. & hoc eſt regulariter, præcipuæ quando, eſt de re minima, non ſic quando eſſet in re difficili, ubi periurium eſſet, ut ſæpe violaretur quia tunc vovens periculo gravi ſe exponeret, ſi tamen periculum adverteret, vel de facili ab eo ad eo adverti poſſet, ut quando quis expertus eſt, quod ex facilitate vovendi illi talia incommoda ſequuntur. Sic Gaietanus 2. 2. q. 88. art. 1. Valentia ibidem diſp. 6. punct. 1. Sancius lib. 4. moralium cap. 1. n. 6.

8. Sed quid agendum, ſi quis vovit caſtitatem ſervare, & non recordatur, an in tali voto incluſerit ingreſſum in Religionem, & ibi profiteri? Reſpondeo cum diſtinctione, ſi dubium eſt leue puto, quod ſtandum ſit pro vovente, ſi verò maximum, pro voto ſtandum eſt, & ſolum ad implendum votum teneri poſt annum probationis in aliqua religione, vel in illa particulari, ſi de particulari eſt dubium. Sic firmat Reginaldus tom. 2. lib. 18. cap. 25. n. 383. nam in tali caſu ſupponitur votum fuiſſe conditionatum, nempe ſi Religio placeret, undè, ſi non placeret, vel vires voventi non eſſent pro tali obſervantia cenſetur ab oſervantia voti liber. Suarius de Religione legatur, tom. 3. lib. 4. cap. 4. n. 15. quia poſſeſſio ſtat proverbis voti, de quibus vovens non recordatur. Sanchez in ſumma cap. 13. n. 17. Diana p. 4. tract. 3. reſolut. 10. §. ex hijs poſt medium, & reſolut. 36.

9 Verum eſt, quod ſi recordatur, quod vovit caſtitatem, & Religionem ingreſſus eſt ubi omnia probando, non poteſt illā ſufferre non tenetur in illa ſtare tenetur tamen ſi ab illa recedat, caſtitatem ſervare, e contra, vero ſi dubitaret an vovendo

Religionem, dubitaſſet vehementer an expreſſiſſet in tali voto Caſtitatem explicitè, &c, independenter a Religione, Diana p. 4. tract. 3. reſolut. 42.

10 Vtrum qui accedit ad ſuſcipiendum Ordinem Sacrum, & ſcit illi eſſe annexum votum caſtitatis, at ille, illum poſitivè reſpuit, ſivè intelligit ſe ad talem votum non obligare, tenetur ne ad caſtitatem ſervandam ex vi voti, quando, alias habuit intentionem deliberatam Ordinem Sacrum recipiendi? dico, non teneri ad caſtitatem ſervandam exui voti, quia non vovit, nam ad votum requiritur voluntas poſitiva deliberata, ipſe autem talem voluntatem non habuit, immò illam reſpuit; ergo,&c. ſed tenetur caſtitatem ſervare ratione Ordinis Sacri, ut quid proprietativum dicti Ordinis, conſtat ex Tridentino ſeſſ. 24. cap. 9. cuius hæc ſunt verba: *ſi quis dixerit Clericos in Sacris conſtitutos, vel Regulares ſolemniter caſtitatem profeſſos poſſe matrimonium contrahere, contractumquem validum eſse; non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto, anathema ſit*, undè non tantum ratione voti, Sed ratione Sacri Ordinis caſtitatem ſervare tenentur. Sanchez lib. 4.moral. cap. 1. n. 26.

11. Sicut, ſi quis voveret cum intentione vovendi deliberata, ſed cum intentione non adimplendi votum, an teneatur adimplere votum quæritur? Reſponſio eſt affirmativa, immò ſi eſt in materia gravi tenetur adimplere ſub pœna gravis peccati, ſi levis, ſub culpa levi; ſicut qui fictè vovet, abſquè animo vovendi, aut ſe obligandi, ſi ſit votum ſimplex venialiter peccat, quia facit aliquam irreverentiam Deo, per accidens tamen ratione circunſtantiæ poteſt peccare mortaliter, nempè ſi inputaret fallere deum, quia talis actus includeret errorem in fide, & blaſphemiam includeret, niſi hoc metu gravi faceret, aut ad evitandum graviſſimum Scandalum; quia tunc erit ſolum peccatum veniale, pro toto dicto videantur ſequentes DD. nempe. Suarez de Religione lib. 18. cap. 4. n. 261. & 262. Filiucc. ibid. n. 7. Sylvius,

Layman

Layman lib. 4. tract. 4. cap. 1. Bonacc. tom. 2. diſp. 4. q. 2. punct. 1. n. 14. & 15.

12. Caſus curioſus proponitur. An videlicet, qui vovet quotidie Ieiunare per annum integrum, teneatur Ieiunare in die Nativitatis Domini, occurrente feria 6. aut in die ſabbati? Reſpondeo negativè, facit textus in cap. 1. de obſervat. Ieiunij, ubi ſi vigilia inciderit in die Dominico, debet Ieiunare in die ſabbat. præcedentis, ubi notant aliqui DD. quod ſi quis teneatur aliquid facere in die una, & ob feſtum non poteſt, debet facere ante feſtum, & ſic prevenire, non autem poſponere poſt feſtum, ſeu poſt diem promiſſionis l. 2. in finem C. de tempore Appoſiti.

13. Quare quis non teneatur Ieiunare in die Dominico etiam ſi quis voverit Ieiunare per ſingolos dies per annum integrum eſt, quia dies Domini, ſive dies Dominus, eſt, dies letitiæ, nempè dies 7. in qua Deus requievit ab omni opere, & ut appareat differentia inter diem Chriſtianorum fidelium Eccleſiæ ſponſæ Chriſti, à gentilibus, & ab alijs ipſi Eccleſiæ Romanæ non obedientibus, & præcipuè à gentilibus, ut facit dictum C. ieiunium; ergo, & vovens Ieiunium, & conſequenter abſtinentiam à Carnibus, poterit diem talem in alium transferre, & ſi transferri non poteſt quia vovet per omnes dies, non ieiunâre debet confirmando ſe Eccleſiæ. Facit textus in C. in his diſtinct. 11. alias intemperans dicendus eſſet, nolens ſe alijs conformare, facit ad propoſitum C. poſtulaſti de Regularibus. Sylv. in verbo Religio 2. q. 19. aut ſuperſtitioſus, innanis gloriæ cupidus, vel hypocrita C. quis, quis diſt. 41. facit etiam dictum Io. Andr. in C. fin. de obſervantia Ieiunij n. 4. ubi dixit, quod ſi quis vovit non commedere carnes in 6. feria, ocurrente in illa feſto Nativitatis, comedere poterit, quia votum intelligi debet de eſu non licito, adhoc de Iur. Iurand. C. petitio, & C. ad noſtram, n. 3. de verbor. ſignificatione C. ſuper quibuſdam, qua propter cum eius omnium ſit licitus in die Do-

minico

minico, ſit quod votum non extendatur.

14. Nec quis poteſt ſe obligare ad votum cum hac conditione, ut diſpenſationem petere non poſſit de illo à Summo Pontefice, quia non obſtante voto, diſpenſationem petere poteſt. Felin. Conſil. 26. n. 16. & habetur in C. conſtitutus n. 9. & n. 18. de reſcriptis; undè licet iſte voverit, per Sacros Canones eius votum tamen translatum eſt etiam eo invito, facit argumentum textus in l. nemo poteſt ff. de legat. ut dicunt multi DD. contra Graſſium lib. 3. conſiliorum de voto pag. mihi 194. n. 5.

15. Verum eſt, quod ſententia Graſſij eſt probabilis, & illam non recuſo; nempè, quod poſſit Ieiunare in die Domenico, & facere votum, ita ut petere non poſſit de eo diſpenſationem à Papa quod oſtenditur pluribus rationibus, & primo ex ſufficienti argumento, nempè; qui poteſt totum poteſt quamlibet partem totius ſeparabilis vulgatis Iuribus, at qui poteſt quis ex voto ſe obligare ad vitam quadrageſimalem per totum tempus vitæ ſuæ; vt faciunt Religioſi minimi mei Sacri Ordinis S. Franciſci de Paula. ergo à pari, & multo magis, ex voto poteſt quis ſe obligare, ad abſtinendum in Dominica. Immò ex maioritate rationis, quia qui vovet perpetuam quadrageſimam, etiam in Paſchatis die, ſervare votum tenetur, in quo maior ratio viget non obſervandi, quam quæ viget in Dominica.

16. Secundò, quod laudabiliter fieri poteſt ex devotione, fieri poteſt ex voto, prout probatur, & bene in C. fin. de obſerv. ieiun. ubi quamvis licitum ſit veſci carnibus ſi feria 6. occurrit feſtum Nativitatis Domini, tamen non ſunt reprehendendi, qui ob devotionem voluerint abſtinere, immò ſecundum gloſ. magis ſunt laudandi, ratio eſt, quia ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceat nobis non impendere; cauſa tamen dilectionis impendimus 28. q. 1. C. iam nunc, quia maioris gratiæ eſt offerre, quod non debes, quā reddere, quod teneris 33. q. 5. C. qui ſitit, ego id quod ex devotione licitum

tum eſt abſtinere, licitum eſt ex voto, ut eſt ibi textus in-cit. C. fin.

17. Immò magis virtuoſum, quia firmat voluntatem ſuam in bono, & ut dicit Anſelmus de ſimilit.; *ſicut obſequium eius qui domino totam arborem cum fructu offert, eſt acceptius Domino quam obſequium eius, qui dat Domino de fructibus arboris quantum vult, non tamen dat arborem*; ſed bonum eſt ſi ex devotione quis à carnibus ſe abſtineat, vel ieiunet die Dominico, gloſ. in C. ſi quis tamquam diſt. 30. C. utinam diſt. 76. ergo poteſt ex voto ſi quis ſe obligaverit in caſu noſtro, ut in quoqunque die venerit feſtum Annunciationis, teneatur illud obſervare, facit argumentum textus in dicto C. fin. ſic expreſsè tenet etiam Zabarr. ibi concluſionem Graſſi firmans.

18. Addo aliam rationem efficaciſſimam, licet iuramentum propria authoritate, abſquè authoritate Superioris poſſit in melius commutari, ut habetur in C. pervenit, extra de iur. iurando, prout facit textus in C. ſcripturæ de voto l. fin. ff. qui ſatiſd. cog. tamen hoc non procedit quando iuramentum concerneret authoritatem privatam, quia ſinè conſenſu illius, cui præſtitum eſt commutari non poteſt, nec prodeſt in hoc authoritas Superioris, not. in C. quanto, de iur. iur. per Innocent. in C. cum inter de renunciat. ergo ſi quis præcisè tenetur ſervare promiſſionem factam homini, non poteſt commutare invito creditore, etiam in melius bonum, ergo multo magis Deo, ſed tenetur illud obſervare prout votum emiſit, poſui utramquem ſententiam, ad hoc ut unuſquiſque capiat ex duobus, quem ſibi beneviſum fuerit.

19. Cum votum neceſſariò includat expreſſam promiſſionem, nec ſufficiat propoſitum tantum, etiam ex toto corde factum, hinc oritur difficultas, una nempè, an teneatur ad votum dubius an illud emiſerit? negativè reſpondendum eſt cum Maldero in 1. 2. q. 19. art. 5. diſp. 87. & ſivè negativum, ſivè affirmativum ſit votum, nam in tali dubio poſſeſſio ſtat pro libertate, & generaliter loquendo, in dubio melior eſt

con-

21. Et ut magis, ac magis ratio voti clareſcat videndum eſt etiam hic quotuplex ſit votum. Eſt ergo votum multiplex, dividitur namque. Primo, in reale, & perſonale, & mixtum. Secundo in temporale, & perpetuum. Tertio, in ſimplex, & ſolemne.

22. Votum reale eſt, quando promittitur pæcunia, vel aliqua res pæcunia extimabilis, dummodo non ſit actio humana, ſivè hominis voventis. Perſonale votum eſt quando Deo promittitur aliqua actio alicuius perſonæ, V. G. dicendi Roſarium in quolibet die, vel aliqua ommiſſio, nempè non amplius ludendi, vel non comedendi carnes die Mercurij. Mixtum eſt votum compoſitum, ex perſonali, & reali, & fit quando præter hominis actionem includit ſumptus reales, V. G. peregrinatio ad Virginem Lauretanam cum intentione offerendi aliquid. Temporale, dicitur votum illud, quod fit ad certum tempus, ut votum ſe diſciplinandi quotidiè per menſem, perpetuum votum, eſt illud quod durat uſque ad ultimum terminum vitæ voventis. Votum verò ſimplex, eſt illud votum, quod, & poteſt eſſe, & temporaneum, & perpetuum, dummodò non fiat ſolemniter, in manu alicuius Superioris, immò poteſt talis eſſe cum profeſſione, in Religione tamen non approbata, ut alibi dixi in ultima Rubrica [quamvis tranſeunter] e contra vero ſolemne votum vocatur, illud votum quod fit in ordinis Sacris ſuſceptione, & in profeſſione in Religionibus approbatis à regularibus.

23. Divitur item votum in tacitum, & expreſſum, in conditionatum, & abſolutum, item conditionatum votum dividitur in ſimplex conditionatum, & in conditionatum pœnale. Votum igitur tacitum eſt; quod fit in ſuſceptione ordinis, ingeſtatione habitus religioſus Religionis approbatę, poſt annum probationis, ut in antecedenti Rubrica dixi Satis, etiam ſi verbis non exprimatur. E contra vero expreſſum, quod fit, verbis expręſſis. Votum autem conditionatum, dicitur, quod fit cum aliqua conditione, non ſic abſolutum;

 ſim-

ſimpliciter conditionatum, & non ſit ſub conditione in pœnam delicti futuri; ſed ſub alia V. G. ſub conditione alicuius mali, divino auxilio vitandi, & eſt quaſi per modum contractus. Si Deus liberat me ab iſta infirmitate, ſivè a Tyrannide Caneliſei de ieiunare in pane, & aqua volo per ſingulos dies Sabbati, &c. Pœnale votum conditionatum eſt, quando quis vovet aliquid in pœnam delicti, ſi forte in illud inciderit quod dupliciter fieri poterit; primo ſi tantum voveat pœnam delicti, non autem evitationem, & hoc dicitur ſimplex votum pœnale; Secundo ſi non ſolum voveat pœnam in eventu delicti, ſed etiam cautionem delicti, & hoc votum non eſt ſimplex, ſed compoſitum, videndi ſunt Doctores ſequentes de hijs votorum diviſionibus, nempe Sylveſter verbo votum 1. q. 5. Tolet. lib. 4. cap. 18. Gregorius de Valentia 2. 2. diſp. 6. q. 6. punct. 5. Leſſ. lib. 2. cap. 40. dub. 6. Filiucc. tract. 26. cap. 2. q. 12. Malder. tract. de voto cap. 5. dub. 3. cum alij, ex quibus alia multa colligi poſſunt.

24. An vero votum ſolemne ſpecie, diſtinguatur à voto ſimplici, ego cum D. Thoma partem affirmativam admitto, prout ipſe firmat in 4. ſententiarum diſt. 38. & confirmat Sylv. 2. 2. q. 88. art. 7. unde dico ulterius, quod qui confitetur feciſſe contra votum caſtitatis, ſi eſt profeſſus Religioſus, debet addere, contra votum ſolemne caſtitatis; vel ſi eſt Clericus in Sacris ſimiliter, illam particulam addere debet, nam eſt circunſtantia ſpecificans aperienda. Sic omnes ſequaces D. Thomæ Advocati mei.

25. Non improbo tamen contrariam ſententiam, quæ ſuis rationibus non caret, quia dicunt iſti non minus apud deum obligare votum ſimplex, quam ſolemne, prout habetur ex Papa Cæleſtino in C. rurſus, eo quia habent idem obiectum, vide Caietan. 2. 2. q. 88. art. 7. in fine, Medinam lib. 4. de continentia controver. 7. cap. 38. Vaſquez 1. 2. q. 96. art. 4. diſp. 165. n. 73. Sancium de Matrim lib. 7. diſp. 25. n. 6. & lib. 5. moral. cap. 1. n. 7.

26. An

26. An vero votum ſolemne per Procuratorem fieri poſſit. Reſpondeo ego, & dico, quod quamvis Rodriquez, Navarrus, & Sylveſter, Azorius, & Sancius affirment fieri poſſe adducendo exemplum de Matrimonio, & de Sacramento Baptiſmi, ubi in primo per procuratorem contrahitur, in ſecundo per patrinos promittitur; nihilominus ſemper contrarium defenderem; nam requiritur, ut dixi expreſſio voluntas ipſius profitentis externa voce, nam de momento in momentum poſſet mutari, atquè adeò contra profeſſionem reclamare; in hoc tamen me remiſto peritioribus ſcribentibus, nam hic contractus fit cum Deo, nec poteſt irritari convenientibus partibus.

27. Vnum advertendum eſt circa votum pœnale nempè, quod non ſemel obligat ad pœnam, nempe per primam tranſgreſſionem, ſed ſemper, ſcilicet in omni tranſgreſſione, undè qui vovet dandi decem ſecuta pauperibus, ſi amplius blaſphemaverit, quoties blaſphemias protulerit, totiestalem pœnam ſolvere debet vide DD. de hac re, & inter alios Baſſ. verbo votum, voto 1. pag. 838. n. 18. & Sanc. lib. 4. moral. cap. 22. n. 21.

28. Materia voti eſt totum id, quod poſſumus promittere in Dei cultum. Quæ duplex eſt, proxima videlicet una, remota, altera, remota eſt illa, quæ per proximã attingitur, V.G. in ieiunio carnes, & latticinia, humana corpora ſunt materia remota caſtitatis, proxima eſt actio humana, quæ proxime promittitur, Filiucc. tract. 26. cap. 2. n. 36. & 37. atque 50. Tolet. lib. 4. cap. 17. Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 2. n. 11. Suar. lib. 2. de voto cap. 7. n. 3. Sylv. 2. 2. q. 88. art. 2. concl. 1.

29. Quæritur hic ad tollendus ſcrupulos, an qui vovit dicere Roſarium. & dubitat, an promiſerit totum; vel tertiam partem tenetur ne perſolvere totum, an tertiam partem tantum; dico ego quod perſolvendo tertiam partem roſarij ſatisfacit voto, ratio eſt quia tertia pars roſarij. Roſarium vacatur, ſic Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 8. n. 5. Sicuti,

qui vovit dare triticum, aut nummos alicui Eccleſiæ, vel pauperibus, & dubius eſt de quantitate, an tanta, videlicet, vel tanta: tenetur de minori quantitate, niſi aliqua ratio evidens, vel veriſimilior fundet præſumtionem in contrarium, confirmat meum dictum Rebell. p. 1. lib. 2. q. 14. ſect. 2. n. 10. Diana reſol. 50. in 3. p. in fin. §. 1.

30. Vovens dare alicui Eccleſiæ Calicem, non determinando materiam, ſicut vovens dare frumentum pro condendis hoſtijs, vel vinum pro miſſis. Satisfacit voto ſi dat Calicem cum argentea Cuppa, vel frumentum aptum, etiam ſi non ſit de meliori, ſicut etiam dando vinum mediocre, videatur Merolla tom. 1. diſp. 3 cap. 3. n. 109. Diana p. 4. tract. 3. reſol 48. §. infertur primo, eundem Merollam ibidem n. 110 ratio eſt, quia in dubijs Satis eſt quæqunque quantitas, vel qualitas, qua cenſeatur promiſſio verè compleri, etiam ſi infima ſit; Diana p. tract. 3. reſol. 48. in fine.

31. An quis vovere poſſit quod non eſt in ſua poteſtate? V. G. negativè reſpondendum eſt, nam impoſſibilium non eſt obligatio, immò ſtultitia eſt aliquid alicui promittere quod in poteſtate promittentis non eſt. Filiucc. Bonac Sylv. de voto. V. G. quis promittit, ſe moriturum, vel non moriturum, neque valet votum de aliquo opere, impediente maius bonum, quia votum debet eſſe de meliori bono, & de, eo quod magis gratius eſt ipſi Deo. Secus vovere de non peccando graviter eſt materia apta ad vovendum, & votum tenet, quia eſt de re honeſta licita, & poſſibili, undè non opus eſt materia ſufficiens voti, ſed ſolum illud opus, quod perfectius bonum continet; non eſt tamen validum votum de nullo modo peccando, quia eſt de re moraliter impoſſibili, requiritur enim in hoc ſpeciale Dei Privilegium. Suar. lib. 2. cap. 3. Valentia diſp. 6. q. 6. p. 2. Sanc. lib. 4. cap. 5. n. 10. Leſſ. Rodriquez Azor. & alij.

32. Votum de non vovendo non tenet, quia eſt contra Divinum conſilium, dicentem; *vovete Domino Deo veſtro*,

eſſet

eſſet tamen validum hoc votum V. G. voveo non vovendi ſine alterius conſilio, aut de Confeſſarij licentia; quia reſpiciunt actum prudentiæ, & Divinum conſilium. Sic Rodriquez tom. 2. Summ. Latinæ cap. 96. n. 13. Sylveſter verbo votum 3. n. 4.

33. Actio indifferens, non eſt materia apta pro voto, quia Deo non eſt magis acceptum illud fieri, quam omitti, votum autem eſt magis acceptum Deo quam eius oppoſitum, quando tamen eſſet bonus finis, & illud opus indifferens ad illum finem conduceret, & tali fini inſerviat, & talis finis in illo opere indifferenti à vovente intenditur, & finis ſit honeſtus, ob quam opus indifferens fuit promiſſum, & quando promittit tale opus finis non ceſſavit, ſed adhuc viget tale opus indifferens poteſt eſſe materia ſufficiens ad vovendum, & votum tenebit, ita Navarr. cap. 12. n. 37. Leſſ. Rodriquez 2. p. cap. 96. n. 6. Sanchez lib. 4. cap. 7. Filiuec. Sylvius, & alij non pauci.

34. Votum factum de malo non tenet, nam actio mala non eſt conveniens Deo, & taliter vovendo peccat mortaliter, ſi talis actio peccatum grave eſt, ſi veniale, venialiter peccat; actio mala intelligitur illa quæ eſt peccatum mortale, aut veniale; ſicut facere votum de actione prohibita à Superiore non tenet, quia eſt de re illicita, at ſi alicui prohibitum eſſet vovere, & de re licita emitteret votum, votum tale teneret; ſicut etiam teneret votum de non habere rem cum alia muliere, quam cum propria, non autem teneret; ſi voveret, quis non habendi rem, cum alia fæmina, quam cum liberta non ſua, vide de hac re D. Thomam 2. 2. q. 88. art. 2. Navarr. cap. 12. n. 28. Suar. lib. 2. de voto cap. 4. Filiucc. Sanc. lib. 4. moral. cap. 6. n. 6. & 22.

35. Vovere elemoſinam ſub aliqua ratione turpi, V. G. ſi furabor, validum eſt, quia quod directe promittitur bonum eſt nempe elemoſina, dummodo ordinetur in pœnam actus mali, & in eius vindictam. Navarr. cap. 11. n. 30. Suar. lib. 1.

de

de voto cap. 5. Tolet. lib. 4. cap. 17. n. 16. non eſt tamen validum votum factum ad obtinendum actum turpem. V. G. ſi meretrix voveat elemoſinam, aut faciendi celebrare tot. miſſas. ſi meretricando lucrata fuerit centum, aut intendens à Deo exaudiri ut multi ad ipſam accedant, ut multum lucrum inde reoportet, quia tale votum blaſphemiam continet Azor. 1. p. lib. 11. cap. 15. q. 3. cum Bonaccina, & alijs ſic docent.

36. Violare votum de genere ſuo, eſt grave peccatum, quia eſt contra reverentiam dei, ipſi debitam, & videtur talis violatio quod in ſe Dei contenptum contineat, ſi alias non eſſet talis violatio in parva materia, aut ex inadvertentia, ſicut advenit in alijs peccatis ſæpe advenire poteſt, C. licet de voto.

37. Si quis voveret numquam ſe bibiturum vinum, deinde fit præsbyter, & Sacrificium facit, & offert, poteſt non oſt ante voto Sacrificare, quia non videtur voto ſuo alterare ue lle formam, & materiam ueri Sacrificij, ut benedixit Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 25. n. 2. & poteſt etiam inconſecrata ablutione poſt Dominici Sanguinis ſumptionem uino uti, & aqua; quoniam uotum mitius interpetrare debemus, ne ſit contra Eccleſiæ morem facit text. in C. in his diſt. 11. C. quiſque diſt. 41.

38. Vnde tertiarij, & tertiariæ ordinum regularium aliquorum promittentes ſervare mandata Dei, an peccando contra talia præcepta, peccent particulari circunſtantia in confeſſione explicanda? Reſpondeo negatiue cum Portella in dubijs regularium uerbo tertiarij n. 5. ratio eſt quia uotum tertiariorum, non eſt proprie uotum, ſed analogice non inducens particularem obligationem peccati, & ita eſt determinatum in Capitulis Generalibus Ordinis Minimorum, pro eius tertiarijs.

39. Petitur item, an qui uouit ieiunare, in aliquo die. Non ieiunans totiens peccet quoties in illa die carnes com-

commedit? affirmo. Quia & ſi teneatur abſtinere ratione ieiunij, quod uouit, adhuc abſtinentia à carnibus incluſa eſt in uoto ieiunij per modum abſolutæ negationis, unde obligat ad ſemper pro toto illo tempore pro quo durat uotum ad modum præcepti negatiui, ita Azor. tom. 1. lib. 11. cap. 20. q. 6. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 7. n. 12. unde data obligatione ieiunij, datur obligatio abſtinentiæ à carnibus, ut quid acceſſorium præcepto ieiunii, & ceſſante obligatione ieiunij, ceſſat obligatio abſtinentiæ à carnibus. Sic firmat fauſtus lib. 1. Theſaur. Relig. q. 140. Diana p. 1. tract. 9. reſol. 37. & 45. Layman. lib. 4. tract. 4. cap. 3. n. 3. Ghilin. in Sum. uerbo ieiunium n. 37.

40. Petes item, an qui pluries in die uotum repetit, & confirmat contrahat tot. obligationes quod ſunt uoti confirmationes? negandum eſt, uerum eſt, quod transgrediendo uotum dictum, Grauius peccat; ſicut illi qui tranſeunt de una ad aliam Religionem, ubi iterum emittunt uotum caſtitatis, Grauius peccant transgrediendo, non tamen diuerſæ ſpeciei committunt peccatum, in confeſſione explicandum; non ſic, qui facit contra uotum caſtitatis, & contra præceptum non fornicaberis. Circa iſtos Caſus uide Caiet. 2. 2. q. 88. art. 5. Valentia 2. 2. diſp. 6 q. 5. punct. 4. Nauarr. cap. 1. n. 40. Suar. lib. 4. cap. 4. n. 4. Sanc. de Matrim. lib. 1. d. 9. n. 6. Diana tract. 6. reſol. 91. p. 3. Sot. lib. 7. q. 2. art. 1. & alios, quam plurimus.

40. An in materia leui uotum poſſit obligare ſub mortali, etiam ſi uouens habeat, uel habuerit intentionem ſe obligandi ſub mortali, quia talis promiſsio eſt irrationalis, & parui ponderis intellectus, & ideò non acceptatur à Deo, quia eſt quid impertinens ad diuinum cultum. Tum quia, non poſſumus ſuper materiam leuem, ponere grauem moralitatem ſi non mutantur circunſtantiæ, ipſius materiæ Leuis, ita ut ratione circunſtantiarum, tranſeat de leue in grauem ut communiter dicunt Doctores, in materia de furto, &c.

Sanchez

Sanchez lib. 1. moral. cap. 4. n. 4. & lib. 4. cap. 12. Suar. lib. 4. cap. 4. n. 20. quos ſequntur Filiucc. & Diana pluribus in locis.

42. Quando autem uouens, teneatur uotum adimplere; dico, quod ſi inuouendo non ſtatuit tempus, ſtatim, ac uotum fecit, debet illud in executionem ponere, ſi aliquod tempus determinauit illo tempore expleto, ſtatim uoto illo ligatur ad illius obſeruantiam, ſic firmat Angelicus Doctor 2. 2. q. 88. art. 3. Syluius ibidem q. 2. Nauarr. in Manuali cap. 12. n. 41. ſi uero, nequè uouens præfixit tempus inceptionis, nec deſitionis, & de hoc ſtat in dubio; dico quod pro ſua conſcientia, poteſt iterum tempus præfigere. Sic Caietanus 2. 2. q. 88. art. 3. & in ſum., uerbo uotum cap. 4. Nauarr. & hoc tempus debet prefigi iuxtà prudentiam timoratæ conſcientiæ, nempè quando uouenti commodius, ac magis quieti ſuæ conforme eſt, firmat Syluius C. quæ ſit 2. Sylueſter uerbo uotum 2. q. 2. Aragon. 2. 2. q. 88. art. 3. Angles in Flor. 2. p. q. unic. de uoto art. 2. difficult. 12.

43. At quando quis uouit Ieiunare feria 6. in Paraſceuæ V. G. in ſolo pane, & aqua, uel in die Sabbati ob deuotione. B. M. Virginis, tranſacto illo die, ſi non ieiunauit peccat quidem mortaliter, ſed eſt ſecundum me abſolutus omninò à uoto, quia illud tempus cum ſit circunſtantia intrinſeca talis ieiunii, & conſequenter in uoto includatur, cum talis circunſtantia numericè rehaberi non poſſit, actio redditur impoſſibilis, uotum autem non poteſt eſſe de re impoſſibili, ut ſuperius dixi in appendice. Sic docuit Caietanus 2. 2. q. 88. art. 12. Nauarr. cap. 12. n. 54. Rodriquez tomo 2. ſumæ cap. 101. n. 14. & 15. Fauſtus in Theſaur. relig. lib. 1. cap. 260.

44. Si quis emiſit uotum non fornicandi, non cenſetur emiſiſſe uotum, non nubendi, nam hoc ſecundum poteſtare ſine primo, ſicut, & primum ſine ſecundo, quapropter qui unum exiſtis uouere habet, non tenetur ad aliud ex ui

uoti

voti quando una Circunſtantia, aliam non includat, nec alia alteram, uideatur Sanchez lib. 4. mor. cap. 21. n. 27.

45. Sed quæres, quid faciendum, ſi Franciſcus V. G. fecit uotum ingrediendi Religionem Approbatam, & in illam profiteri; non ſuo defectu, ſed ex malitia Religioſarum non fuit tempore profeſsionis approbatus ſed ex pulſus? Tenetur aliam Religionem ingredi vel non, atque adeo Caſtitatem Servare! Duas difficultates præ oculis habemus hic, ad primam dico quod ſi votum erat de tali Religione, expulſus ab illa non tenetur aliam querere; ſi vero vovit Religionem, abſque ulla diſtinctione, aliam quærere tenetur; ad ſecundum dico, vel quando fecit votum ingrediendi Religionem, intellexitetiā facere votū Caſtitatis, exeundo à Religione, vel quia non potuit ibi permanere ob rigorem Religionis vel quia parva Charitas Religioſorum, ipſum non admiſit ad profeſſionem; tenetur ſervare caſtitatem ſi autem, talem formalitatem non expreſsit, non tenetur caſtitatem ſervare. Sic docuit Sylvius 2. 2. q. 88. art. 3. quæſit. 4. nam votum adimplendum eſt tanctum ſecundum illas circunſtantias, ſecundum quas vovens vovit, & ad quas ſpecificè, ac individualiter intellexit ſe obligare. Sanchez lib. 4. cap. 11. n. 29. cum Suar. Layman. & Filiucc. ſic dicunt.

46. De voto reali occurrit pulcra difficultas, quæ aliquando fuit mihi ex poſita ab aliquo pœnitente. V. Franciſcus fecit votum dandi centum ſcuta dua pauperibus virginibus pro Dote, ut nubere poſſent, & veniendo ad mortem dixit filio ſuo habere talem obligationem ratione voti, cui numquam ſatisfecit, videamus modo, an dictus filius hæres ſolvere centum prædicta teneatur, &c. Reſponſum ego dedi affirmativum, ſi tamen filius ultro legitimam in hæreditate paterna extabant bona non gravata ære alieno, antecedenter ad votum patris; quia ſi illa bona præter legitimam filii ære alieno gravata erant debito priori ſatisfaciendum erat, & ratio mea pro tali reſponſione fuit. Quia ſicut hæres ſuccedit

in bonis, actionibus, & iuribus patris, ità in oneribus filius hæres ſuccedere debet, quæ hæreditatem attingunt. Clavis Regia firmat meum dictum lib. 6. cap. 7. d. 6. Layman. n. 12. & 13. Sanc. lib. 4. cap. 15. n. 25. 26. & 37. quos ſequitur Sylv. & Azor. cum alis quam plurimis.

47. Si vero votum Patris fuiſſet mixtum, ex reali, & perſonali, V. G. pater hæredis voverat de eundo ad Virginem Lauretanam, & portandi ibi Calicē argenteum, tenetur Calicē argenteū mittere; non autem ire. Quia votum perſonale eſt actio propria ipſius voventis, undè, qui factus eſt impotens ad votum perſonale adimplendum, non tenetur tale votum adimplere per alium. Navarr. cap. 12. n. 15. Sanchez lib. 4. moral. cap. 15. n. 3. & ſeqq. Suar. lib. 4. c. 10. Filiucc. tract. 26. n. 103. & ſeqq.

48. Poteſt autem votum irritari, quæ quidem irritatio nihil aliud eſt, Quam annullatio voti, facta ab eo qui ſuper hoc poteſtatem, & Dominium habet; quæ quidem irritatio, ſivè voti caſſatio multiplex eſt, aut fit per irritationem, vel per diſpenſationem, aut per commutationem, irritare votum idem eſt, ac votum nullum reddere, ita ut non ſit amplius votum: diſpenſare votum, eſt illud relaſſare, vel in totum; vel in parte; commutare votum, eſt materiam voti in aliam mutare.

49. Vnde vota facta à ſervo, per Dominum eius irritari poſſunt, uxoris à viro, filij impuberis à Patre, Pupilli a Tutore, Religioſi à Prælato, viri ab uxore, dum tamen durat ſubiectio, & non poſt ſubiectionem: quia tunc iam expleta eſt vis dominativa, undè ſi filius fecit votum tempore quo adhuc erat impuber, & poſtea maior factus ſeparatur à Patre, pater non poteſt irritare tale votum. Sic nec maritus factum votum ab uxore ſua, aut uxor factum à ſuo marito poſt devortium inter ipſos ſequtum, nec Dominus factum votum à ſervo, quando ſervus non amplius manet cum illo, ſicut nec tutor, votum pupilli, tranſacto tempore ætatis pupillaris, videatur

videatur Palaus tom. 3. tract. 15. diſp 2. punct. 3. §. 3. n. 3. Diana p. 6. tract. 7. reſol. 26. verum eſt, quod Caſſian. in 2. 2. q. 89. art. 5. dicit quod etiam poſt pubertatem pater poteſt irritare votum filij, dummodo non ratificaverit, ego tamen dicerem hoc eſſe verum, ſi adhuc ſunt ſub patria poteſtate, ſi minus nequaquam poſſunt. Sicuti nec Superiores regulares, &c. poſſunt irritare vota facta à ſubdito quando erat ſub eius poteſtate, & adimplenda in tempore quando amplius ſub Domino ſui non erit, vide Caietan. in 2. 2. D. Thomæ q. 88. art. 8. dub. penult. ad 3. de hac materia, multi multa dicunt conſulantur DD.

50. Verùm eſt, quod Dominus non poteſt irritare votum caſtitatis ſui ſervi, quia in hoc ſervus non ſubditor Domino, nec tale votum in præiudicium Domini eſt, nec alia quæqunque vota, quæ ſervitium Domini non minuunt, quod puto valere idem de Superiore Religioſo in ſubditum ſuum, cum currat eodem ratio; verum, eſt quod tam ſervus, quam ſubditus cum habeant ſuam voluntatem ſubordinatam, non videntur ſui iuris, ſicut uxor, & maritus, videtur quod vovere non poſſint ullo modo niſi cum conditione, nempè, ſi Domino, aut Superiori, vel viro, aut uxori placuerit, vide Sylv. in 2. 2. q. 88. art. 8. concl. 7. & alios DD. de irritatione voti tractantes, qui innumeri ſunt.

51. An vero Prælatus regularis poſſit irritare vota ſubditorum ſuorum reſervata Papæ, affirmativè eſt reſpondendum & ratio eſt, quia materia voti, & voluntas executiva ſubditi, ſtat adhuc ſub Dominio Prælati, ergo poteſt ſemper illa irritare. Suar. de Relig. tom. 4. tract. 1. lib. 2. cap. 12. n. 10. Sanc. lib. 4. moral. cap. 33. & hoc etiam in caſu, quo ſubditus dictum votum confirmaverit, modo votum non ſit executioni mandatum. Sic docent omnes Theologi, & præcipuè Suar. & Sanchez citati, quos ſequitur Filliuc. Navar. & Reginald. Ratio eſt, quia etiam ſi Superior dediſſet ſubdito

dito ſuo conſenſum vovendi non deſinit eſſe Superior, nec amiſſit poteſtatem, & Dominium in ſubditum, quod puto militare etiam in caſibus ſupradictis numero anteceni, cum currat eodem ratio, æqualiter. Immo talis auttoritas poteſt à Prelato delegari, quia vices ſuas Prælatus alteri committens nihil ſibi reſervare habet, habetur per text. in C. venerabili de officio delegati, & communiter tenent DD.

52. Et, ſi poſſit Religioſus profeſſus vota emittere abſquè Superioris conſenſu, & multo magis ſinè licentia confeſſarii ſui, quia cum votum ſit opus bonum non poteſt vetari, tamen Superior poteſt talia vota irritare, quia Superior invito ſubdito poteſt exercere ſuam poteſtatem in, rem circa quem habet dominativam poteſtatem, non ſic loquendo de commutatione, quia invito ſubdito Superior non poteſt vota illius commutare. Ratio eſt quia per commutationem voti opus eſt aliud votum emittere, quod invito vovente, fieri non poteſt, eſt enim contra voti eſſentiam, quod invitus voveat circa has difficultates videantur ſequentes DD, nempè Rodriquez 2. p. cap. 89. Clavis Regia lib. 6. cap. 5. n. 22. Leſſ. Suar. lib. 6. cap. 1. n. 12. Sanc. lib. 4. cap. 24. n. 25. & 27.

53. Quare minor de multis Confeſſarijs, qui imperant pœnitentibus, ne quid boni faciant, ſine eorum licentia, addendo, quod bonum factum abſquè licentia confeſſariorum, non ſolum non eſt meritorium, ſed peccaminoſum. Quando ipſis confeſſarijs nullo modo pænitentes ſint ſubditi, & præcipuè moniales, & alij Religioſi, niſi ratione peccatorum confitendorum, hæc de voto.

De proprietate.

54. Moveor ad agitionem huius materiæ de proprietate, quia non parum diſputatur a Theologis, an Religioſi profeſſi viventes ſub voto paupertatis poſſint habere aliquid proprium quatenus propriũ dicit Dominium abſolutum rei, independenter ab aliquo alio, eo quia tali Dominio, ut Chriſti ſequaces per paupertatis votum omnimodè renunciavere.

55. Eſt re vera quæſtionem hanc deciſam eſt ex C. cum ad Monaſterium, & in C. monachi, de ſtatu Monachorum, ubi habetur, *prohibemus quoque diſtrictè, in virtute obedientiæ, ſub abſtentatione divini Iudicij; ne quis Monachorum; proprium aliquo modo poſſideat*; quod ita verum dictum, ut in eod. C. dicatur *nec poſſe ſummum Pontificem cum Monacho, ſuper votum Paupertatis diſpenſare*, quod totum ad maiorem Claritatem fuit definitum in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 2. vbi ſic habetur *non poſſe ſummum Pontificem cum Monacho, [remanente Monacho] ſuper votum Paupertatis diſpenſare*, hoc idem definitum fuit in Concilio Tridentino ſeſſ. 25 de Regularibus cap. 2 ubi ſic determinaverunt PP. *Nemini Regularium, tam virorum, quam mulierum, licet bona mobilia; vel immobilia, cuiuſcunque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, tamquam propria, aut etiam nomine conventus poſſidere; vel tenere, ſed ea ſtatim Superiori tradantur, Conventuique incorporentur*, ut videre etiam apud Navar. comm 2. de reg. n. 14. & 15.

56. Et, ut melius dicta intelligantur pro reſolutione quęſtionis propoſitæ; & pro exoneratione conſcientiæ Regularium, advertendum eſt, dominium, poſſeſſionem, adminiſtrationem, ac uſum poſſe ſumi dupliciter, primo prout dicta ſunt Iuris, nempe pro ſuo arbitrio poteſt de illis diſponere. Secundo; quatenus talia ſunt facti, nempè de facto habentur, ſed habens illa; non poteſt de eis pro ſua voluntate diſponere ſed ad alterius voluntatem diſponit; Sicut ad voluntatem Superioris imperantis amovibilia ſunt.

57. Dominium primi generis nullo modo poteſt ſtare cum voto Paupertatis Religioſæ, bene tamen ſecundum, firmat Navarr. comment. 1. de regul. n. 15. Bartolomeus à S. Fauſto tractu de vitio proprietatis q. 3. num. 5. & 6. cum aliis ſcriptoribus, & poſt iſtos R. A. P. meus Laurentius Peyrinis tom. de ſubdito, pag. mihi 510. cap. 2. de paupertate, ex cuius Doctrina, eruditiſſima, colligo ſequentem concluſionem nempè.

58. Po-

58. Poteſt Religioſus profeſſus de licentia ſui Prælati ex iuxta cauſa, & rationabili conceſſa aliquod pæculium, ſeu aliquos annuos redditus per ſeipſum adminiſtrandos, quo ad uſus licitos, & honeſtos etiam indeterminatos, neceſſarios tamen, ad nutum tamen Superioris admovibiles, & hoc non ſolum de iure antiquo, ſed etiam poſt Concilium Tridentinum.

59. Cum hac mea concluſione conveniunt; ex toto corde, non ſolum Navarr. loco ſupracit. n. 56. & etiam ibidem n. 18. verum idem Navarr. lib. 3. conſil. de ſtatu monacorum conſil. 14. n. 6. idem confirmat; ſecutus eſt Navar. à Sa in Aphoriſmis verbo Religio n. 48. & latè totum probat Sanchez lib. 7. in decalog. cap. 22. n. 11. ſequitur Ledeſma de ſtatu Religioſo in communi cap. 4. concluſ. 3. dub. 13. pag. 112. in quo loco citat. Ioannem Gallum, quem ait fuiſſe perſonaliter in Concilio Tridentino id aſſerit nunquam Patres Concilii prædicti Intellexiſse per eorum decretum tales annuos redditus prohibitos fuiſse, quia cum Religio, ut plurimum non det ſuis filiis neceſsaria; ſine iſtis redditibus, vel aliis ſubventionibus coguntur aliquando ſibi neceſsaria procurare modis non nimis licitis. Probat hanc ſententiam Lodovicus Beia 4. p. caſuum conſcien. caſu 17. in principio, aderet Rodriquez, & Vega meus ſuper Concilium Tridentinum qui dicunt nunquam Concilium aliquid in hac rè innovaſse, ſed ſolum explicaſse ius antiqum, quid quid alij dicant, cum non negent poſse talem uſum Superiorem concedere, ſed de tali conceſſione, diverſimode loquuntur, ut ſunt Valentia tom. 3. diſp. 10. q. 4. p. 3. colum 2. corollario 4. qui dicit hoc eſse concedendum fratribus exiſtentibus in Conventibus pauperrimis; Bartolommeus a S. fauſto inquit talé peculium poſse concedi a ſuperibus ſubditis ſuis ad uſus licitos determinatos, V. G. ad emptionem librorum, &c. & hoc ſolum officialibus Conventus, quod etiam firmat Corduba in ſumma q. 54. verbu *lo Tercero digo.* Lopez 2. p. inſtruct.

ſtruct. cap. 5. columna 3. verſ. tertio addimus.

60. Probo 1. concluſionem poſitam n. 57. quod id habetur ex communi uſu inter Regulares, etiam apud Reformatos Religiones, ut Teſtatur Beia loco ſupracitato n. antecedenti verſu, confirmat hoc ipſum, & Ledeſma ſimiliter citatus, propter quem uſum ſuſpicatur Vaſquez opuſcolo de redd. cap. 3. dub. 2. n. 15. quod decretum Concilij, &c. ſeſs. 25. cap. 2. de regul. non fuerit receptum; Sicut non fuit receptum, quoad illud quod Religioſis cuncta neceſsaria miniſtrarentur.

61. Probo 2. quia tales uſus non dicit proprietatem, niſi nominaliter, nam ad nutum Superioris ſemper ſtant omnia, & non conceditur facultas expendendi in quodcunque uſus, ſed tantum licitos, & neceſsarios, quod non eſt contra votum Paupertatis vt ſupra dixi in principio huius tractatuli de proprietate n. 53.

62. Probo 3. nam Papa ſolet concedere, & de facto concedit aliquibus Religioſis benemeritis de Eccleſia aliquos annuos redditus, ut videtur in dies, ergo ſignum eſt quod non eſt hoc contra votum paupertatis Religioſæ, neque eſt propietas, quia non eſt vera poſſeſſio, ſed talis poſſeſſio, eſt veluti votum tertiariorum, reſpectu voti Religioſorum, nempè analogà poſſeſſio, nomine, ſcilicet, non re; ſic Ledeſma, & Beia locis ſupracitatis.

63. Ad id quod dicunt aliqui, qui adducunt Concilium Tridentinum ſeſs. 25. cap. 2. de Regul. dico quod vera ſunt verba Concilij, ſed non inducunt, aliquod ius novum ſed ſolum renovant ius antiqum, & illud in memoriam Regularium reducunt, nempe quod Religioſi, nihil proprium poſſideant; ſed id, quod habent, de licentia ſui Prælati habeant, & de eius licentia in rebus licitis, ac Religioſis neceſſariis expendant. Sic intelligit Navarrus Citatus ad quintum Reca etiam Citatus. Col. 4. verſ. reſpondemus, Sanchez lococitato n. 13. Ledeſma Citat. p. 113. verſ. alla razon. dudar,

miranda

miranda, & alii, & præcipuè Sanchez 7. in decal. cap. 22. n. 1. & Cenedus de pauper. dub. 9. n. 10., ſed habetur expreſſius in Bulla Clementis VIII. de largitione munerum. §. id autem, hiis verbis: *eique, ut ad libitum de eis diſponat per Superiores conceſſa fuerint.*

64. Ex quibus verbis ſummi Pontificis Colligitur quod id quod à Superiore conceditur Religioſis pro eorum uſu, & neceſſitate, non poſsunt donare, ergo ſupponit Pontifex, quod Superiores poſſint ſubditis aliquod pæculium concedere; non quidem, ad mala opera facienda, ad parentes alendum, pro ludis, & commeſtionibus; pro emendis veſtimentis ſericis, aut laneis magni prætii, ſivè pro ſe, ſivè pro aliis; non ad captandam benevolentiam apud ſæculares, & Prælatos, vt ab eis honores obtineant, vel in honoribus conſerventur; non ad nuditatem puerorum, vel puellarum cooperiendam, aut eorum famem ſatiandam; ſed pro emendis libris ſibi, pro libris imprimendis, & aliis ſibi neceſsariis ad uitam honeſtam Religioſam conceduntur, & à Superioribus concedi poſsunt, quod ſi aliàs in alium finem à Superiore ſubdito concedantur pæcuniæ, peccat graviter, & Religioſus, qui male expendit dictum peculium licitè conceſſum ipſi tenetur ad reſtitutionem, non ſolum Religioſus, qui tale pæculium malè expendit, verum, & ille, pro quo expenditur. Sic firmat Molina diſput. 95. & diſput. 146. Navarrus Comm. 2. de Regul. n. 23. Rodriquez in ſumma cap. 32. concluſ. 3. verſ. 4. digo. Miranda tomo 1. Manualis q. 28. art. 9. Vega meus 2. p. ſumm. cap. 86. caſu 33. Sylve. verbo Religio. 6. q. 7. d. 2. Sanchez in decalog. cap. 22. n. 19. Leſſ. lib. 2. de iuſt. cap. 41. dub. 9. n. 79. verſ. nuno non poteſt, & poſt alios P. Laurentius de Peyrin. q. 11. de ſubdito cap. 2. §. primus pag. mihi 513. de paupertate, ubi abducit rationem, quæ ſequæns eſt.

65. Cum Pralatus non ſit Dominus rerum Monaſterii & bene dicit, ſed aliquando talium rerum Monaſterii non

ſolum

ſolum fiunt Domini ; Sed tyramni] cum ergo Prȩlati non fint Domini rerum Monaſterij ; Sed diſpenſatores ȩquales, pro omnibus, & nihil amplius pro ſe accipere poſſunt, quam dent alijs, non poteſt facultatem facere res illas expendendi, niſi in utilitatem, & decorem Monaſterij, neque poteſt bona, quæ in Conventu, aut pro fratribus veniunt, dicere ſunt mea, & illas vendere, aut donare ; quia ſunt Conventus, etenim, quidquid acquirit Monacus Monaſterio acquirit. alias non erit fidelis diſpenſator, ſed perfrictæ frontis diſpenſator meritò venerit Appellandus, cum ergo prælatus non poſſit peculium Religioſo, nec pro ſe illum ſumere ad uſos illicitos, Sed ſolum pro neceſſarijs ad paupertatem ſublevandam in propria perſona, & pro libris emendis, aut imprimendis, aut neceſsarijs ſimpliciter pro veſtibus Religioſis ; Sequitur quod Religioſus quicunque illè ſit, utatur illo peculio tanquam Dominus, atque adeo, quod faciat contra votum paupertatis, & mortaliter peccet, & ſic illæ qui talem pæcuniam, vel aliam rem à Religioſo recipit tamquam à non habente poteſtatem dandi proprio domino reſtituere tenetur, nempè Monaſterio ipſi, non illi, a quo accepit, ut firmant Sanchez lib. in decal. cap. 19. n. 30. & Peyrinus loco ſupracitato.

64. Immò ſi talis Religioſus haberet à ſuo Prælato expreſſam, vel tacitam licentiam, vel ipſemet prælatus pro ſeipſo talem licentiam ſibi aſſumeret, quia talem licentiam prælatus non poteſt dare, nec pro ſe aſſumere, uterque ad reſtitutionem tenerentur, & mortaliter peccarent, ſicut illi qui ab eis acciperent, ut idem Sanchez lococit. n. 32. quare Religioſus tribuens meretricibus ob turpia vel alijs ob fines illicitos, ſivè etiam ludentes, ultra peccatum quod ex natura ſua portant actus illicitos, peccant contra paupertatis votum, ſed inſuper, ut dixi ad reſtitutionem tenentur.

65. Neſcio quomodo Cavicilaus cum Cancliſio ita conveniant contra diſpoſitiones ſummorum Pontificum, & Conci-

lij, ac Sacrorum Canonum hos illicitos uſus permitant, & abſquè ſcrupolo, fateantur poſſe facere, quia dicunt, Religioſos eſſe Dominos, & poſse dicere, hęc res eſt, mea, contra id quod inquit Graſſius lib. 3. de caſibus reſeruat. cap. 4. n 51. in fine D. Thomas 2. 2. q. 110. art. 3. Navarr. comm. 2. de Regul. n. 1. Bartholomeus à S. Fauſto de vitio proprietatis q. 11. & ut habetur in C. dilectiſsimis, ſi talia verba: meum, & tuum inter Religioſos invenitur, ita ut ſignificent dominium diſpoſitivum pro libito proprio ſonant proprietatem, atquè adeò includunt vitium in ſeipſis contra Religioſam paupertatem, & per conſequęns lætale peccatum, quare Caſsianus lib. 4. inſtit. cap. 13. de illis antiqnis Cęnobitis ait: *ne verbo quidem, audet quis dicere aliquid ſuum; Magnumque ſit Crimen, ex ore Monachi proceſſiſe codicem meum. Tabulas meas, Graphium meum, tunicam meam, calligas meas, pro quæ hac digna pænitentia ſatisfacturus ſit, ſi caſu aliquo, per ſubreptionem, vel ignorantiam huiuſmodi verbum ex ore eius effluxerit*, & hæc de proprietate.

66. Quæritur item an Religioſus; vel Religioſa poſſit dici proprietarius, pro eo quod libros, & indumenta, ac pæculium aliquod in particulari, habeat & teneat.

67. Reſpondeo quod Circa hoc duo particularia conſideranda ſunt, primo, in quo conſiſtit ratio proprietatis, ſecundo circa quod id quod in dubio præſupponitur olim, ordines habuerint in pratica. Quoad primum occurrit illud Ioannis Andreæ, in nonnulla ſuper, C. ad Monaſterium extra de ſtatu Monacorum. Proprium inquit eſt, quodqunque celatur Abbati, ex quo elicitur, quod ſi aliquid tenet Monacus, vel monialis, aut alius Religioſus profeſſus, ſciente, aut conſentiente Abbate, vel Abbatiſſa, aut alio Superiore, quomodocunque nuncupàto, non debet cenſeri proprietarius; dixi notanter conſentiente; quia ſi ſciret, & non conſentiret, non minus eſſet proprietarius; undè utrumque intelligendum eſt in verbo celante, &c. Sicut fuit in caſu quem Beatus Grego-

rius

rius refert de eo apud quem inventa fuit pecunia quam apud ſe tenuerat abſque conſenſu, & ſcitu Superioris,unde tanquam proprietarius merito fuit privatus Eccleſiaſtica ſepultura; ubi etiam cadit caſus Anania, & Saphirra, qui pretium agni vendita voluerunt celare, & abſcondere a Beato Petro qui ſtatuerat, aliquem nihil apud ſe retinere, unde tanqam proprietarij fuerunt morte puniti, ut in actibus Apoſtolorum legitur, & hæc deffinitio Ioannis Andreæ, fundata eſt in textu iuris ex de ſtatu Monacorum, C. ſuper quod, ubi damnatur quedam, qui etiam moriens, Superiori ſuo, proprium quod latenter habuerat noluit reſignare. Ex quo ſatis innuitur, quod ſi non latenter, ſed apparenter aliquid Religioſus poſſidet, & hoc Superiori ſuo reſignari non recuſet, nequaquam proprietarius iudicandus eſt.

68. Concorditer etiam tradit hoc Gaſpar de Calderinis in quadam conſilio ſuo quod incipit (an profeſſi) ubi dicit, nulla conſtitutio vetat quod profeſſus res quæ uſu conſumuntur, ut veſtes, libri, & pœcunia pro ſua neceſſitate, poſſit de licentia ſui Superioris habere; immo permittitur, hoc in C. non dicatis 12. q. 1. & ſunt etiam verba Auguſtini in Sermone de vita communi Clericorm; *non dicatis vos habere & aliquid proprium; ſed ſint vobis omnia communia*, & infra; *quiqunque progreſſus fuerit in tantum malum, &c.* & inferius; *cum huius veſtra Congregationis Fratres, non ſolum facultatibus ſed voluntatibus proprijs, in ipſa ordinis ſusceptione renunciaverint, & ſe per promiſſam obedientiam pænitus aliorum voluntati in Criſto, & pro Criſto ſubdiderunt, certum eas nihil habere poſſidere, dare, vel accipere ſine Superioris licentia; &c.* ubi gloſ. dicit, quod ex permiſſione Prælati ſui poſſunt poſſidere; extra de ſtatu Monacorum, C. Manch. & ad hoc facit dictum Apoſtoli; *habentes victum, & tegumentum, hys contenti ſimus*; quod intelligit Hieronymus de profeſsis 12. q. 1. C. Clericus, & C. duo ſunt, & ne dum poteſt Prælatus in hoc facultatem dare, immo omnino providere debet, ut neceſſi-

 talibus

tatibus Religioſis ſuccurratur, & non facere, ut aliqui, qui utuntur hac via, ut alius quidem exuriat, alius, autem ſemper Hebrius ſit cap. 11. q. 1. C. Epiſcopus, hæc ille, unde notandum eſt illud, C. cum ſua gloſ.

69. Sciendum eſt ergo hunc Doctorem, ex cuius litera hanc Doctrinam deſumpti, quod ratio proprietatis non reperitur in uſu fructu, ſed in Dominio reperitur rerum, quo Domino carendo, nunquam quis poteſt dici proprietarius proprio iudicio, ſed Superioris, quia tunc non ſe Dominum, ſed uſu fructuarium demonſtrat, immò talia mobilia de licentia Superioris, poteſt emere, & vendere, non tamen nomine ſuo proprio, ſed pro ſuis veris neceſſitatibus, & non fictis, non autem prohibito voluntatis, ut acreſcat Crumenam mercatorem faciendo, etiam de rebus viliſſimis, immò, de propria vita, & charitatibus à benefactoribus acceptis, ſub titulo fictitio, ut ſepe ſepius accidit, in non timentibus iuſtitiam, neque humanam, neque divinam, nam ceſſante Dominio ceſſat etiam materia ſuper, quam facta fuerat prohibitio 16. q. 7. C. & hoc diximus de verborum ſignificatione, C. Abbate hæc Reverendiſſimus Pater Magiſter Herueus Britonus Totius Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi Ordinis Predicatorum Magiſter Generalis in tract. de proprietate pag. mihi 134.

70. Quapropter in dicto ordine Dominicanæ familiæ, qui ſemper fuit obſervantiſſimus ordo, nec maiorem paupertatem, vovent ipſi PP. S. Dominici, quam nec minorem, quam voveant Religioſi profeſſi aliarum Religionum approbatarum, quoad eſſentialia tantum, ergo ſi iſtis PP. Dominicanę familiæ, de licentia, & ſcitu ſui Superioris, eſt licitum habere libros, veſtes, & pecuniam, abſque eo quod poſſint dici proprietarij; ergo, & cœteris aliarum Religionum licebit hoc.

71. Non eſt licitum tamen non legitimis Religioſis, legiptima bona Religionis conſumere, & ut divites in foris apparere.

72. An autem hęc ſcientia Superioris, & conſenſus debeant

eſſe

Digitized by Google

eſſe expliciti, vel impliciti, 'iam alibi dixi in Appendicibus præcedentibus, & in præſenti, undè hic illa non eſt neceſſe, ut repetam, quare concludo, quod proprietarius dicitur ſolum ille Religioſus qui habet verbum illud frigidum in mente meum, & tuum, nempe quod poſſidet, & diſponit tam proprium id quod habet ultra ſuum uſum licitum, honeſtum & Religioſum.

73. Quę dixi vſque modo in iſto Comentario in primum librum Inſtitutionis Canonicæ, ad maiorem Dei gloriam egi, & utilitatem animarum; Scio quod ab hominibus verſatiſsimis, hoc opus laudandum non eſt, bene tamen ſum certus quod mei defectus ab eis compaſsivè legentur, quod mihi ſufficiet, faxit Deus, ut totum ad laudem eius ſit, & gloriam; nec non B. M. V. ac S. P. mei Franciſci à Paula, & S. M. Eccleſiæ honorem, cuius Iudicio, & cenſurę omnia Genuflexus, ac obediens ſubmitto.

FINIS.

AP-

APPROBATIONES

FR. PETRVS DE CONSENTIA TOTIVS ORdinis Minimorum olim Corrector ; ad præſens verò per univerſam Italiam humilis Vicarius Generalis Ordinarius.

QVam à Nobis R. A. P. Ioannes Baptiſta Nerius eiuſdem Inſtituti Sacræ Theologiæ, & Canonici Iuris profeſſor, nec non Provinciç noſtrç olim Provincialis, facultatem petijt, Typis mandandi opus, ab ipſomet elucubratum, quod inſcribitur: *Commentarium in primum librum inſtitutionum Iuris Canonici, &c.* Arbitrio R. A. P. prçmerate Provinciæ Provincialis conferendam, quantum in Nobis eſt, remittimus, prævia tamen duorum noſtri ordinis Theologorum, per eumdem aſſignandorum, approbatione Datum in hoc noſtro S. Franciſci de Paula Almç Vrbis Collegio ad Montes die 3. Nouemb. 1685.

Fr. Petrus de Conſcentia Minimus Vic. Generalis,

De Mandato Reverendiſs. P. N. Vic. Gen.

F. Indorus à Montealto Collega, & Secret. &c.

NOS FR. IOANNES LAVRENTIVS CORRADI Sacræ Theologiæ Profeſsor, nec non Ordinis Minimorum in Provincia Tuſciç Corector Provincialis. cum ex commiſſione, ac facultate nobis tributa, à Reverendiſs. Patre Fratre Petro à Conſentia totius Italiæ Vic. Generali, ac in toto eodem Minimorum ordine, ex Generali, pro ut ex eius literis datis Romç ſub die tertia Novembris 1685. ad quas, &c. facultatem concedimus A. R. P. Ioanni Baptiſtæ Neri à Petra Sancta, No-

ſtri Ordinis Lectori Iubilato, ac Iuris Canonici Profeſſori, ut opus ab ipſo elaboratum, cuius Titulus eſt, Cōmentarium in primum librum Inſtitutionum Iuris Canonici, ut typis mandari poſſit, dummodo, à RR. PP. nempè P. Fr. Virgilio Carpi, & Iacinto de Vezzonis Sacrę Theologiæ Profeſſoribus approbetur, in quorum Fidem has dedimus. Florentiæ in noſtro Conventu S. Ioſeph hac die 9. Februarij 1685.

Fr. Io. Laurentius Corradi Provincialis &c.

Commiſſioni R. A. P. F. Io: Laurentij Corradi Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Theologi ac in Provinciæ Tuſciæ Provincialis benemeriti (ut parem) ſatiſfacere volentes revolvimus, nec non benè inſpeximus, totum hunc librū cuius titulus eſt, *Commeutorium in primum lib. Inſtitutionum iuris Canonici*, conditum ab AR. P. P. Io: Baptiſta Neri Lectore Iubilato Iuris Canonici profeſſore ac olim in eadd. Provincia Provinciali, cumque omnibus rectè conſideratis nihil invenerimus quod Fidei Cath. adverſetur, aut bonis obſtet moribus ſed potius bonum maximè cōmune contineat Ideo undequaque lucem videre, ac typis mandari iudicamus.

Ego Fr. Hyacinthus Vezzoni eiuſdem Ord. Sac. Theologiæ Lector.

Ego Fr. Virgilius Carpi eiuſdem Ordinis Lector, ac Provinciæ Deffinitor.

Admodum R. P. F. Dominicus Maria Brancaccini Ordinis Servorum B. M. V. videat librum, & inſcriptis referat.

Dat. die 31. Octob. 1685.

Nicholaus Caſtellani Vic. Gen. Flor.

Illu-

Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Domine. Opus, cui titulus eſt. Commentarium in primum librum Inſtitutionum Iuris Canonici, Authore admodum R.P. Ioanne Baptiſta Neri Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula Lectore Iubilato, &c. ſedulò animadverti: quod cum in ipſo, Sanctæ Fidei Catholicæ, boniſque moribus nihil diſſonum repererim, ad communem utilitatem, typis mandandum cenſeo. Datum Florentiæ in Conventu D. Anunciatæ tertio Idus Novembris 1685.

F. Dominicus Maria de Bram. Ord. Serv. B. M. V.

Attenta ſupradicta Relatione Impr. Dat. 11. Novemb. 1685.
Nicholaus Caſtellani Vic. Gen. Flor.

Ad R. P. Magiſter Raphael Badij Conſulctor huius S. Off. diligenter examinet pręſens opus, cui Titulus Comentarium in primum librum Inſtitutionem Iuris Canonici Auctore P. Lector Io: Baptiſtam Neri, & referat. Datum, ex ædibus S. Off. Flor. hac die 14. Novembris 1685.

Fr. Cæſer Pallavicinus de Med ol. S. Off. Flor. Vic. Gen.

Admodum Rev. Pater.

PRæfatum Opus quod tua humanitate committente, non indiligenter examinavi; cum ſapiat profectò prænominati Authoris Catholicam Doctrinam, Relioſoſque mores, quibus, ut Theologus, & Canoniſta, veluti in utroque Cæſar inter ſuos Confratres Minimos non Minimè refulget, pręlo ob id dignum ex animo atteſtor, profitendo nil, quod obici, & in eodem reperiri. Datum apud Ven. Monaſterium S. Mariæ Annunciatæ de Roſano 10. Kal. Decembr. 1685.

Ego prędictus Fr. Raphael Badius Ordin. Prædicat. manu propria.

Imprimatur hac die 27. Novemb. 1685.
F. Cæſar Pallavicinus de Mediol. Ord. Min. Conventualium S. T. M. & Vic. Gen. S. Off. Flor.

Rubertus Pandolfinus Senat. Sereniſs. Magno Ducis Audit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google